UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

Liber primus

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

# CODICIS DOMINI IVSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, PERPETVI AVGVSTI, repetitæ [a] prælectionis [b],

[a] i. ſecundæ editionis §. 3. ℨ. *de emendatione Codicis Iuſtinianei.* [b] i. editionis. Eſt etiam prælectio, præceptoris lectio. [c] 1. *Decret.* 1: 1. *ſext.* 1: 1. *Clement.* 1. [d] i. de qua tūc maximæ erant in Eccleſia controuerſiæ, vel quæ humanā cognitionem excedit, vel de ſumma Dei vnitate in tribus perſonis. [e] 16. *Cod. Theod.* 1. i. de præcipuis fidei Catholicæ articulis.

## LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER.

### *DE [c] SVMMA [d] TRINITATE, ET FIDE [e] CATHOLICA [f], ET VT [g] NEMO DE EA PVblicè [h] contendere [i] audeat,*

### TITVLVS PRIMVS.

1\. Imperatorum *Gratian. Valentinian. & Theod.* AAA. Edictum ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ.

CVNCTOS populos quos [k] clementiæ noſtræ regit imperium, in tali [l] volumus religione verſari, quam diuum [m] Petrum [n] Apoſtolum tradidiſſe Romanis [o], religio vſque adhuc [p] ab ipſo inſinuata declarat. quamque pontificem Damaſum [q] ſequi claret, & Petrum [r] Alexandriæ epiſcopum virum apoſtolicæ ſanctitatis: hoc eſt, vt, ſecundum apoſtolicam [s] diſciplinam, euangelicamque doctrinam, patris & filij & ſpiritus ſancti vnam deitatem ſub pari [a] maieſtate & ſub pia trinitate credamus. 1 ¶ Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum catholicorum [b] nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes, veſanoſque iudicantes, hæretici dogmatis infamiam [c] ſuſtinere [d], diuinâ [e] primùm vindictâ, pòſt etiam motus ‖animi‖ noſtri [f], quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus vltione plectēdos. Dat. III. Kal. Mart. Theſſ. Gratiano A. V. & Theodoſio A. Conſs. 380.

2\. Iidem AA. Eutropio præfecto prætorio.

NVllus hæreticis miniſteriorum locus [g], nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pateat occaſio. Sciant omnes, etiam ſi quid ſpeciali quolibet reſcripto per fraudem [h] elicito ab huiuſmodi hominum genere impetratum ſit, non valere. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ. vnius & ſummi Dei nomen vbique celebretur. Nicenæ fidei dudum à maioribus traditæ, & diuinæ religionis teſtimonio atque adſertione firmatæ obſeruantia ſemper manſura teneat. 1 ¶ Is autem Nicenæ adſertor fidei & catholicæ religionis verus cultor accipiendus eſt: qui [i] omnipotentem Deum & Chriſtum filium Dei vno [k] nomine confitetur: Deum de [l] Deo, lumen de lumine: qui ſpiritum ſanctum, quem ex ſummo rerum parente [m] & ſperamus & accipimus negando non violat: apud quem intemeratæ Eccleſiarum

[a] ſub parili *l.* 2. *Cod. Theod. de fide catholica*, ἐν ἴσῃ ἐξουσίᾳ 1. *Eclog.* 1. hinc illud, Rapinā non eſt arbitratus εἶναι ἴσα θεῷ *Philipp.* 2. *Verſ.* 6. ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ 5. *Iohan.* 18. [b] i. in eo profitetur ſe Catholicos. [c] ℣. *Authenticam Gazaros & l.* 21. ℨ. *de hæreticis.* [d] additur, l. 2. Cod. Theodoſ. nec eorū conciliabula Eccleſiarum nomen accipere. [e] *adde l.* 2. ℨ. *de reb. cred.* i. æterna. Poſſis etiam intelligere cenſuram Eccleſiaſticam ℣. *c.* 63. *Canon. Apoſt.* [f] huiuſmodi motus, pro ratione magiſtratuum & prouinciarum ſunt diuerſi, *de quibus* ℣. *Paponem* 1. *Arreſt.* 2: *Clarum* 5. *ſent.* §. *hæreſis.* [g] *l.* 3. *in fin. l.* 5. ℨ. *de hæreticis Nouell.* 142. vel pontificium i. poteſtas Eccleſiæ obtinendæ. *l.* 3. *in fin. Cod. Theod. de fide Catholica:* vel colligendi (ſc. ſ.) copia *lege quarta, Cod. Theod. ibid. & l.* 1: *l.* 11: *l.* 26. *eodem libro tit.* 4. [h] Per fraudem elicita priuilegia, nullius ſunt momenti. [i] nota ἐπιτομὴν ſymboli Nicæni. [k] i. pariter. [l] adde Victorini confeſſionem de trinitate huic planè ſimilem *lib.* 1. *aduerſus Arium:* ſed & formulam fidei apud Socratem 1. *hiſt.* 5. & Cyrilli Epiſtolam ad Neſtorium *apud Euagrium* 2. *cap.* 18. Hac etiam formula vtitur Marius Victor. *libro* 2. *in fin.* Deum in Deo, lumen in lumine. [m] & filio, nam ab vtroque procedit. Datur à patre *Iohan.* 13. *Verſ.* 16. mittitur *ibid. Verſ.* 26. promittitur *Luca* 24. *Verſ.* 49. *act.* 1. ℣. 4. ἐκπορεύεται *Iohan.* 15. *Verſ.* 26. Inde appellatur πνεῦμα θεοῦ *Rom.* 8. *Verſ.* 14. τοῦ πατρὸς *Matth.* 10. *Verſ.* 20. τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν *Rom.* 6. *Verſ.* 11. dicitur etiam πνεῦμα υἱοῦ *Galat.* 4. *Verſ.* 9. χριστοῦ 1. *actor. Rom.* 8. *Verſ.* 9. *Verſ.* 11. & à filio accipere *Iohan.* 16. *Verſ.* 14. 15. Huiuſmodi emanatio Theologis proceſſio dicitur: vox, meo iudicio, inuenta non tam ad exprimendum modum emanationis, quàm vt ea diſtingueretur à generatione filij. Qui plura volet de proceſſione ſpiritus ſancti legat Hugonem Eterianum. In hunc locum vide quædam apud Cuiac. 12. obſ. 16.

[f] i. quæ ſemper, quæ vbique, quæ apud omnes, quæ tempore, loco, multitudine, antiquitate, vniuerſitate, & conſenſu, nouitati, parti, & paucorum errantium diſſentioni antiſtat ℣. *Lirinenſem aduerſus profanas nouat.* Eadem Apoſtolica *l.* 1. ℨ. *eod. Tertull. de præſcript.* Euangelica *d. l.* 1. Chriſtiana *l.* 4. ℨ. *eo.* 1. *Ecl.* 1. *act.* 11. *Verſ.* 26. *Tertull.* 3. *Apologet. Euſeb.* 5. *hiſtor.* 1. Orthodoxa *Eclog. ibid.* & Romana, de quo alibi dicam. [g] 16. *Cod. Theodoſ.* 4. [h] ℣. *l. f.* ℨ. *eod.* [i] i. contentioſè diſputare *d. l.* 4. [k] Hoc relatiuum reſtringit ſuum antecedens. quippe, nec de facto, nec de iure (fuerunt enim ſemper quidam liberi populi, liberæque ciuitates) *l.* 17. *l.* 19. *ff. de captiuis*, Byzantino, aut ſi mauis, Romano imperio vniuerſus orbis ea tempeſtate paruit. peccant etiam ἀνιστορησίᾳ & iure, qui negant imperia ſuos habuiſſe limites, & occaſus, ſuaque decrementa, vel ob iuſtam inter plures cohæredes diuiſionem, vel æquam talionis & poſtliminij viciſſitudinem. Nullum vniuerſi orbis aut perpetuum imperium, niſi Dei. Maiora interire poſſunt. Romanum interiturum prædixit Sibylla apud Lactantium 7. *c.* 15. *in f.* Notum eſt illud Antonij πεσοῦσαι δὲ πόλεις ὅλαι, ἵνα τεθνήκασι. Notum eſt & illud, Latium in Latio. Nulla denique perpetua, aut ita conſtituta, vt ad orbis interitum perdurent. Ideoque negant interpretes Imperatores iuriſdictione cōtrouerſa vti poſſe extra territorium ℣. *Rolandum à Valle* 1. *Conſil.* 88. *num.* 22. *adde l.* 5. *ibi, In romanum locum* ℨ. *de hæreticis.* [l] ſic alibi, ſicut Athanaſius Theophilus & Cyrillus credebat *l.* 8. ℨ. *de hæreticis.* [m] diuinum *l.* 1. *Cod. de fide Catholica.* [n] poſſis & ipſum Paulum iure adiicere. [o] apud quos crucifixus fuit. Tertullian. *in libro de præſcript.* Felix Eccleſia, Romanā intelligit, vbi Petrus paſſioni Dominicæ adæquatur. [p] vſq; ad nunc Cod. Theodoſiano. [q] de cuius electione v. Ammianum *lib.* 27. Ruffinum 2. c. 20. Socratem 4. *c.* 24. [r] ſucceſſorem Athanaſij 2. *Ruffinus* 3: 4. *Socrates* 30. *Idem, lib.* 5. *c.* 3: 7. *Sozomen.* 39: *Epiphanius lib.* 2. *Tomo* 2. *hæreſ.* 68. *Zonaras anno* 377. [s] quæ non modò ſub, ſed & ab ipſis Apoſtolis, aut Apoſtolicis tradita, aut ab iis qui in eadem fide & conſanguinitate doctrinæ fuerūt *Tertull. lib. de præſcript.*

Incipit hoc loco Glossatorum: Codex repet. praelectionis, quem sequitur Lib. X° Volumen legum parvum

fidei ſenſus viget, & incorruptæ trinitatis indiuiſa[a] ſubſtantia quæ Græco[b] verbo ὁμουσία rectè credentibus dicitur. Hæc profectò nobis magis probanda, hæc veneranda ſunt. 2 ¶ Qui verò non hiſdem inſeruiunt: deſinant affectatis dolis alienum veræ religionis nomen adſumere, & ſuis apertis criminibus denotentur, atque ab omni ſubmoti eccleſiarum limine penitus arceantur: cùm omnes hæreticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. at ſi quid eruptio factioſa tentauerit, ab ipſis etiam vrbium mœnibus exterminato furore propelli iubemus. vt cunctis orthodoxis epiſcopis, qui Nicænam fidem tenent, catholicę eccleſię toto orbe reddantur. Dat. IIII. Id. Ianuar. C. P. Fl. Euchario & Fl. Syagrio. C C. Conſſ. 381.

3. [c] Impp. *Theodoſius & Valentinianus* A A. Hormiſdæ PP.

‖DEcere[d] arbitramur noſtrum Imperium, ſubditos noſtros de religione commonefacere. ita enim & pleniorem adquiri Dei ac ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti benignitatem poſſibile eſſe exiſtimamus, ſi quando & nos pro viribus ipſi placere ſtuduerimus, & noſtros ſubditos ad eam rem inſtituerimus.‖

1 SAncimus ‖ igitur, ‖vt omnia, quæcumque Porphyrius[e] ſua pulſus inſania ‖ aut quiuis alius ‖ contra religioſum Chriſtianorum cultum conſcripſit, apud quemcumque inuenta fuerint, igni[f] mancipentur. Omnia enim prouocantia Deum ad iracundiam ſcripta, & pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus. 2 ¶ Præterea ſancimus: vt qui adfectant impiam Neſtorij[g] opinionem, vel nefariam eius doctrinam[h] ſectantur: ſi epiſcopi aut clerici ſint, ab eccleſijs eijciantur: ſi laici, anathematizentur, ſecundum ea, quæ iam à noſtra diuinitate ſunt conſtituta. licentiam habituris orthodoxis, quicumque voluerint, ſecundum noſtram legislationem, abſque metu & damno ipſos propalare & accuſare. 3 ¶ Quoniam verò peruenit ad pias noſtras aures, quòd quidam doctrinas quaſdam conſcripſerunt & ediderunt ambiguas, & non per omnia ac præciſè congruentes expoſitę orthodoxę fidei à ſancta ſynodo eorum ſanctorum patrum, qui Nicęæ[i] & Epheſi[k] conuenerunt, & à Cyrillo piæ memoriæ, qui fuerat magnæ Alexandriæ ciuitatis epiſcopus: iubemus, facta huiuſmodi ſcripta ſiue antea, ſiue nunc, ‖ potiſſimum autem, ea quæ Neſtorij ſunt, ‖ comburi[l], & perfectiſſimo interitui mancipari, ita vt in nullius cognitionem venire poſſint. his, qui talia ſcripta aut tales libros habere aut legere ſuſtinuerint, vltimum[m] ſupplicium experturis. de cętero nulli patente licentia, præter expoſitam fidem (vt diximus) tam Nicæę quàm Epheſi, aliud quid vel dicere vel docere. tranſgreſſoribus nimirum huius noſtri diuini præcepti, ei pœnæ, quæ continetur lata aduerſus impiam Neſtorij fidem, lege ſubijciendis. 4 ¶ Vt autem omnes re ipſa diſcant, quantum noſtra diuinitas auerſetur eos, qui impiam Neſtorij fidem adfectant: præcipimus, Irenæum[n] dudum ob hancce[o] cauſam noſtræ indignationi ſuppoſitum, & poſtea (neſcimus quomodo) poſt binas[p] nuptias (vt didicimus) præter apoſtolicos canones Tyriorum ciuitatis epiſcopum factum, ex Tyriorum quidem eccleſia deijci, in ſua autem dumtaxat patria degere quieſcentem omnimodo, & ſchemate atque nomine ſacerdotis exutum. 5 ¶ Hęc igitur tua magnificentia, ſequens noſtræ religionis ſcopum obſeruare & effectui dare ſtudebit. ‖ Dat. XIII. Cal. Mart. ‖ 449.

4. Imperator *Marcianus*[a] A. Palladio præfect. præt.

NEmo[b] clericus[c], vel militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis, de fide Chriſtiana, publicè turbis coadunatis[d] & audientibus, tractare[e] conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens. Nam & iniuriam[f] facit iudicio reuerendiſſimæ[g] ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac rectè diſpoſita reuoluere & publicè diſputare contenderit. cùm ea, quæ nunc de Chriſtiana fide[h] à ſacerdotibus, qui Chalcedone[i] conuenerunt[k], per[l] noſtra præcepta ſtatuta ſunt, iuxta apoſtolicas expoſitiones & inſtituta ſanctorum patrum trecentorum decem & octo ‖ in Nicæa, ‖ & centum[m] quinquaginta ‖ in hac regia[n] vrbe ‖ definita eſſe noſcantur. Nã in contemptores huius legis pœna[o] non deerit: quia non ſolum contra fidem verè expoſitam veniunt, ſed etiã Iudæis & Paganis ex huiuſmodi certamine prophanant veneranda myſteria. Igitur ſi clericus erit, qui publicè tractare de religione auſus fuerit, ‖ à ‖ conſortio clericorum remouebitur. ſi verò militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur. cæteri autem huius criminis rei: ſiquide liberi ſint, de hac ſacratiſſima vrbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus ſupplicijs ſubiugandi: ‖ ſi verò ſerui, ſeueriſſimis animaduerſionibus plectentur. ‖ Dat.[p] VIII. Id. Febr. Conſtãtinop. Patritio cõſu. & Richimer. 459.

5. [q] Imp. *Iuſtinianus* A.

CVm recta atq; irreprehenſibilis fides, quam prędicat ſancta Dei catholica & Apoſtolica eccleſia, nullo modo innouationem[r] recipiat: nos ſequentes ſanctorum Apoſtolorũ, & eorum, qui poſt eos in ſanctis Dei eccleſijs conuerſati ſunt, dogmata, iuſtum fore exiſtimauimus, cunctis manifeſtum facere, qualiter de fide, quæ in nobis eſt, ſentiamus, inſiſtentes & adhærentes traditioni & confeſſioni ſanctæ Dei eccleſiæ cathol. 1 ¶ Credentes enim in patrem & filium, & ſanctum ſpiritum, vnam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus[ſ], ſeu ſubſiſtentibus perſonis, adoramus vnam deitatem, vnam poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem. In vltimis autem diebus confitemur vnigenitum Dei filium, Deum de Deo, filiũ ex Deo, ante ſecula & ſine tempore ex patre natum, coæternum patri, ex quo omnia, & per quem omnia, deſcendiſſe de cœlis, incarnatum eſſe ex ſpiritu ſancto & ſancta glorioſa & ſemper virgine Maria, hominem factum eſſe, crucẽ pertuliſſe, ſepultũ[t] fuiſſe, & reſurrexiſſe tertia die: vnius & eiuſdẽ miracula & paſſiones, quas ſponte carne ſuſtinuit, agnoſcentes. Neq; .n. alium Deum verbum nouimus, aliũ Chriſtum: ſed vnũ & eundẽ conſubſtantialẽ patri ſecundũ diuinitatẽ, & cõſubſtantialẽ nobis ſecundũ humanitatẽ. Manſit namq; trinitas etiã poſt incarnatum vnum ex trinitate Dei verbum. Neque enim quartæ[u] perſonæ adiectionem recipit ſancta trinitas. 2 ¶ Hæc igitur cùm ita ſe habeant: anathematizamus omnem hæreſin, præſertim verò Neſtorium Anthropolatram[x], diuidentẽ vnum

Domi-

[a] non ſi tres perſonę, tres ideo eſſentię. Malè Arius in diuinis, à tribus perſonis ad tres naturas. Malè Sabellius ab vna natura ad vnam perſonam. malè quoq; Eutyches ab vna Chriſti perſona, ad vnam naturá. malè Neſtoriꝰ à duab. naturis ad duas perſonas duxerunt argumentũ, *qua de re V. Vigiliũ lib. 1. aduerſus Eutychem.*

[b] Marius Victorinus *lib. 2. aduerſus Arrianos*, magnum miraculum, Verbum vos hæreticos facit, vel potiùs ſonus verbi qđ Græcè dicitur, *& poſt.* verbũ ὁμοούσιον non eſt obſcurum, nam & nos diximꝰ quid ſignificet. Contrarium non eſt, quia ad ſubſtantiã pertinet, quã omnes fatẽtur. Sed minus aut ampliùs exprimit? corrigendum potiùs quã auferendum. Superuacuũ non eſt, quia cõſtat vbi & quomodo dicatur. Eſt vtile, quia excludit hæreticos, maximè Arianos, Sed nuper eſt poſitum? quia nuper erupit venenata cohors hæreticorum, probatum verò à patribus in Nicæna ciuitate, & ab Imperatore. [c] conſtat hanc legem eſſe tertiam huius tituli ex Euagrio 1. c. 12. [d] muneris eſt magiſtratuum, non tantùm Epiſcoporum, ſuis legibus diuinas confirmare *l. 1. s̃. eo.* non tamen nouas condere *act. 4. Verſ. 19. 20: Galat. 1. Verſ. 10.* [e] Græcus Philoſophus author Iſagoges quæ Porphyriana dicitur, *de quo Vide Epiphanium lib. 1. tom. 2. hæreſis: Auguſt. 10. de ciuit. 21. ad finem libri: Socratem 5. hiſt. 19: Vincentium Lirinenſem aduerſus profanas.* [f] *Socrates 1. hiſt. 6. in 2. Conſtantini Epiſtola V. tomum 1. Concil. in Epiſt. Conſtantini ad omnes Epiſcopos l. 6. in f. j. de hæreticis: Nouellam 42. c. 1. in f. adde §. 3. j. eod.* [g] de Neſtorio & Neſtorianis, *adde §. 4. j. eo. l. 5. §. 2: l. 6. §. 2: l. 7. §. 1: l. 8. §. 1. §. 4. §. 6: l. 6. l. 8. j. de hæreticis: Nouell. 115. c. 3. circa finem: Ruſticum aduerſus Acephalos: Socratem lib. 7. paßim: Euagrium 1. c. 6. & c. 12. Vbi meminit huius conſtitutionis: Vigilium 1. & paßim.* [h] quænam fuerit, dicetur ſuo loco. [i] aduerſus Arium anno 20. Conſtantini. *Euſeb. 4. de Vita Conſtãtini* 47. [k] Epheſinum conciliũ intelligit, coactũ aduerſus Neſtoriũ, an. Chriſti 430. *V. acta concilij Epheſini tom. 1. conciliorũ: Socratem 7. hiſt. 33.* [l] *V. §. 1. s̃. eod.* [m] i. mortem *V. l. 28: l. 29. ff. de pœnis.* [n] *de quo V. Euagrium 1. cap. 10: Nicephorum 14. c. 47.* [o] Neſtorij ſc. Eutychianum tamen fuiſſe reperio apud Euagrium *d. loco.* [p] *V. c. 26. canonem Apoſt.*

[a] Extat hæc cõſtitutio in actis concilij Chalcedonenſis *act. 3.* [b] In Eccleſia Dei tentatio eſt populi, error magiſtri: & tantò maior, quantò ipſe eſt doctior, qui errat *Vincentius Lirinenſis d. loco.* [c] vel monachus 1. *Eclog. 1. c. 4.* [d] adunatis, & aduenientibus *acta cõcilij Chalcedonenſis.* [e] Contendere, præſertim publicè, de Chriſtiana religione prohibemur V. ἐπιγραφὴν *huius tituli.* Contendere eſt pluſquam tractare, eſt tumultus & perfidiæ occaſionem requirere ex ſua diſputatione, *Vt hic:* turbare populum *leg. 3. Cod. Theodoſ. de ijs qui ſuper religionẽ,* ꝓfanare Iudæis & Paganis myſteria Chriſtiana diſputando *acta Concilij Chalcedonẽſis ib.* huiuſmodi diſputationes merito reprehenduntur ab Apoſtolo 1. *ad Timotheum* 4. *Verſ. 5: quibus adde l. 6. §. 1. j. de hæreticis. V. Ammianum lib. 23.* [f] & meritò. Quiſquis enim poſt veritatem repertam, aliquid vlteriùs diſquirit, mendacium quærit *acta Concilij Chalcedonenſis ibid.* [g] religioſiſſimæ *acta Concilij Chalcedonenſis.* [h] fide ſtatuta ſunt ac iuxta Apoſtolicas &c. *Acta Concilij Chalcedonenſis ibid.* [i] Bithyniæ metropoli, in Eccleſia martyris Euphemiæ V. *acta Concilij Chalcedonenſis.* hodie vicus eſt exiguus ſine mœnibus *V. Ortelium in ſynonymia Geographica.* [k] aduerſus Eutychem, Dioſcorum, & Neſtorium. *V. acta Concilij Conſtantinopolitani. V. Euagrium 2. cap. 3. 4.* [l] hic locus oſtendit ſynodos antiquitus coactas Imperatorum decreto, idque confirmant acta Concilij Chalcedonenſis *act. 1.* & præſertim illa verba apud Euagrium 2. *hiſt.* 18. modo placuerit diuiniſſimo, & ſanctiſſimo noſtro Imperatori. [m] ſenſus eſt, Nicęno concilio 318. adfuiſſe Epiſcopos: Conſtantinopolitano 150: Chalcedonenſi (de quo hic agitur) 630. [n] i. Conſtantinopoli. [o] nota pœnam publicè diſputantium de religione. [p] alia extat ſubſcriptio in actis Concilij Chalcedonenſis *actione 3.* [q] Interpretatio Contij. [r] *V. Tertull. lib. de præſcrip. V. Vincent. Lirinenſem aduerſus profanas nouationes.* [ſ] hinc Chriſtus dicitur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς *Hebr. 1. Verſ. 3.* [t] Hìc omittitur deſcenſus ad inferos, vt & aliàs in Nicęno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi & Romano, & orientalibus ſymbolis. [u] ſenſus eſt, Trinitati per incarnationem verbi non acceſſiſſe quartã perſonam, quod Marcellus & Fotinus voluêre, *teſte Mario Victorino aduerſus Arium lib. 1. fol. 196.* non eſt quartũ in trinitate *V. Ruſticum Diaconũ aduerſus acephalos fol. 745: 758.* nullꝰ vnq̃ Chriſtianorũ dixit qđ quaternionẽ colimus, aut quinionẽ, vel ſenionẽ, Ruſticꝰ *ib. fol. 746.* τριάδα ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπιφέρομεν. Procl. *in epiſt. ad Arm.* [x] *V. l. 6. §. 2. j. eo.*

Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum: nec diſertè & ſecundùm veritatem confitentem ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam theotocum eſſe, hoc eſt Deiparam: ſed alium eſſe dicentem Deum ex Deo patre, alium qui ex ſancta ſemper virgine Maria natus eſt: hunc autem gratia & proximitate, quam habuit cum Deo verbo, Deum factum eſſe. Neque verò Neſtorium ſolum ſed & Eutychem [a] mentecaptum, phantaſiam inducentem, negantem autem veram ex ſancta ſemper virgine & Deipara Maria incarnationem, hoc eſt noſtram ſalutem: neque confitentem per omnia conſubſtantialem patri ſecundùm diuinitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundùm humanitatem. Simili modo & Apollinarem animicidam ſeu pſychophthoron [b], dicentem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum inanimem eſſe, & confuſionem ſeu perturbationem ſuperducentem inhumanationi vnigeniti filij Dei. Sed & omnes, qui idem cum eis ſentiunt. Si enim aliqui poſt hanc noſtram præmonitionem, certò & liquido id cognoſcentibus & comperientibus locorum epiſcopis Deo amantiſſimis, inuenti fuerint poſthac in contraria his opinione eſſe: hi nullius [c] indulgentiæ expectent veniam. iubemus enim tales, tanquàm confeſſos hæreticos, competenti animaduerſioni ſubiugari. Dat. 528.

[a] hic differentiam naturarum, ille vnitionem earum abiurat *Ruſticus d. loco.*

[b] i. negantem animam in Chriſto fuiſſe *Fulgentius* 1. *ad Thraſimundum* ſaltem reuocatione prædicta *Vincentius aduerſus profanas nationes.* De Apollinari adde Tertullianum *libro de patientia. legem* 5. *l.* 8. §. 1. §. 2. §. 3. *& ſequentes.* j. *de hæreticis* Epiphanium *lib.* 3. *tom.* 2. *hæreſi.* 76. Ruffinum *lib.* 2. *c.* 20. Sozomenum 6. *hiſt.* 25. *&* 27. Theodoretũ 5. c. 5.

[c] pœnitentem primò, admitti vult Clarus: ſed tamen detrudi in perpetuos carceres: relapſo, non parci, ne quidem pœnitenti 5. *ſentent.* §. *hæreſis Verſic. ſed quæro.*

### 6. [d] Idem Imp. Conſtantinopolitanis.

Cùm ſaluatorem & Dominum omnium Ieſum Chriſtum verum Deum noſtrum colamus per omnia, ſtudemus etiam (quatenus datum eſt humanæ menti aſſequi) imitari eius condeſcenſionem [e] ſeu demiſſionem. Etenim cùm quoſdam inuenerimus morbo [f] atque inſania detentos impiorum Neſtorij & Eutychetis, Dei & ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ hoſtium, nempe qui detrectabant ſanctam glorioſam ſemper virginem Mariam theotocon ſiue deiparam appellare propriè [g] & ſecundùm veritatem: illos feſtinauimus, quæ ſit recta Chriſtianorum fides, edocere. Nam hi incurabiles cùm ſint, celantes errorem ſuum paſſim circumeunt, (ſicut didicimus) & ſimpliciorum animos exturbant & ſcandalizant, ea aſtruentes, quæ ſunt ſanctæ catholicæ eccleſiæ contraria. Neceſſarium igitur eſſe putauimus, tam hæreticorum vaniloquia & mendacia diſſipare, quàm omnibus inſinuare, quomodo aut ſentiat ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia, aut prædicent ſanctiſſimi eius ſacerdotes. quos & nos ſequuti, manifeſta conſtituimus ea, quæ fidei noſtræ ſunt: non quidem innouantes [h] fidem, (quod abſit) ſed coarguentes eorum inſaniam, qui eadem cum impiis hæreticis ſentiunt. Quod quidem & nos in noſtri imperij primordiis pridem ſatagentes cunctis fecimus manifeſtum. 1 ¶ Credimus itaque in vnum Deum patrem omnipotentem, & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei, & in ſpiritum ſanctum, vnam eſſentiam in tribus [i] hypoſtaſibus, ſiue ſubſiſtentibus perſonis, adorantes vnam deitatem, vnam poteſtatem, trinitatem conſubſtantialem. In vltimis autem diebus confitemur dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum Dei filium ex [k] Deo vero Deum verũ, ante [l] ſecula & [m] ſine tempore ex patre [a] natum, coæternum [b] patri, ex quo omnia & per quem omnia, qui deſcendit de cœlis, incarnatus de ſpiritu ſancto & ſancta glorioſa & ſemper [c] virgine Maria, & inhumanatus, ſiue homo factus eſt, & paſſus crucem pro nobis ſub Pontio [d] Pilato, ſepultus eſt, & reſurrexit tertio die. Vnius ac eiuſdem paſſiones & miracula, quæ ſponte pertulit in carne, agnoſcentes. Non enim alium Deum verbum, & alium Chriſtum nouimus, ſed vnum & eundem, conſubſtantialem patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. Vt enim eſt in diuinitate perfectus, ita idem ipſe & perfectus eſt in humanitate. Nam eius ſecundum hypoſtaſin ſeu ſecundum perſonam vnitatem ſuſcipimus, & confitemur. Manſit enim trinitas & poſt incarnatum vnum ex trinitate Dei verbum. Neque enim quartæ [e] perſonæ adiectionem admittit ſancta trinitas. 2 ¶ His ita ſe habentibus, anathematizamus omnem hæreſim, præcipuè verò Neſtorium anthropolatram [f], & qui eadem cum ipſo ſentiunt vel ſenſerunt: qui diuidunt [g] vnum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum: & qui non confitentur propriè [h] & ſecundum veritatem ſanctam glorioſam & ſemper [i] virginem Mariam theotocon ſeu deiparam, id eſt Dei matrem: ſed qui duos [k] filios dicunt, vnum ex Deo patre Deum verbum, alterum ex ſancta ſemper virgine Deipara Maria, gratia & habitudine & propinquitate, quam cum Deo verbo habet, natum eſſe: & qui negant nec confitentur dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum incarnatum & hominem factum & crucifixum, vnum eſſe ex ſancta & conſubſtantiali trinitate. Ipſe enim ſolus eſt coadorandus & conglorificandus patri & ſancto ſpiritui. 3 ¶ Anathematizamus inſuper & Eutychetem mentecaptum, & qui cum eo ſentiunt, aut ſenſerunt, qui phantaſiam introducunt, negantque veram natiuitatem ſeu generationem domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ex [l] ſancta virgine & Deipara, hoc eſt noſtram ſalutem: & qui [m] non confitentur ipſum conſubſtantialem [n] patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem. 4 ¶ Similiter autem anathematizamus & Appollinarium pſychophthoron [o] ſiue animicidam: & qui cum eo ſentiunt, vel ſenſerunt: qui dicunt inanimem, hoc eſt animę humanę expertem, eſſe dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei & Deum noſtrum: & qui confuſionem aut conturbationem introducunt & inuehunt in vnigeniti Dei filij inhumanationem ſiue humanitatem: & omnes poſtremo, qui eadem cum ipſo ſenſerunt, aut ſentiunt. Dat. Id. Martij, Conſtantinopol. D. N. Iuſtiniano PP. A. III. Coſſ. 533.

Scriptum eſt ſuperius edictum eodem exemplo Epheſiis, item Cæſarienſibus, item Cyzicenis, Amidenis, Trapezontiis, Hieroſolymitanis, Apameis, Iuſtinianopolitanis, Theopolitanis [p], Auguſtanis, Tarſenſibus, Ancyrenis.

[a] Eo reſpectu ἀμήτωρ: vt incarnationis intuitu ἀπάτωρ. *Lactantius* 4. c. 13: Auguſt. 5. *de hæreſibus* vnus ſine cõiuge pater, alius ſine matre filius.

[b] nunquam pater ſine filio, quia nunquam ſine verbo, nunquam ſine virtute, nunquam ſine ſapientia eſſe potuit. *Euſe. Emyſſenus.* Nec heri Deus tantum, hodie Deus & pater, ſed ſemper Deus & pater, & ſemper fuit cuius eſſet pater *Agnellus ad Arminiũ.*

[c] ἀειπαρθένος.

[d] procuratore Cæſaris in Syria *Tacitus* 15. *Cuiac.* 19. *c.* 13. quam opinionem ſomnio tribuit Robertus 1. *Animad.* 21. eo nomine notatus ab Antonio Mercatore 1. *Notat.* 2.

[e] aut quinioni, aut ſenioni *Ruſticus.*

### 7. [q] Idem Imperator Epiphanio ſanctiſſimo, ac beatiſſimo archiepiſcopo regiæ huius vrbis & œcumenico patriarchæ.

Cognoſcere volentes tuam ſanctitatem ea omnia, quæ ad Eccleſiaſticum ſpectant ſtatum, neceſſarium duximus hiſce ad eam vti diuinis compendiis [r], ac per ea manifeſta eidem facere, quæ iam moueri cœpta ſunt, quamquam & illa eandem

tenti 5. *ſentent.* §. *hæreſis Verſic. ſed quæro.* [d] Contius hanc conſtitutionem Latinam fecit. [e] συγκατάβασιν. [f] hæreſis, morbus atque inſania. [g] Neſtorius Chriſtotocon fatebatur, ac ſi Deus de Maria naſci non potuiſſet in Sacroſancto myſterio, Ἀκέφαλοι Dei genitricem, ac ſi nihil humanæ naturæ poſt vnionem in Chriſto remanſiſſet *Ruſticus fol.* 610. non alio modo quam Epiſcopi mater dicitur, quæ eum qui Epiſcopus factus eſt, peperit. *Vincentius Lirinenſis fol.* 652. [h] fidei articulis nihil innouandum. [i] Trinitas ex ſcripturis ita probatur. filius non eſt ſolus, μόνος *Iohan.* 5. *Verſi.* 16. ſed eſt præterea pater *ib. Verſic.* 37. Illi duo dicuntur *Iohan.* 10. *Verſic.* 17. *Marci* 18. ab vtroque ſpiritus ἄλλος .i. alius *Iohan.* 14. *Verſic.* 16. Hi τρεῖς .i. tres eſſe dicuntur 1. *Iohan.* 5. *Verſic.* 7. & tamen vnum. Auguſtinus de vera innocentia, quum ait, vnum, Arium percellit, quum ait, ſumus, Sabellium ſtrauit. Idem 5. *de hæreſibus* 7. quod dico vnum audiat Arius, quod dico ſumus, audiat Sabellius. non diuidat vnum Arius, non confundat Sabellius ſumus. Vigilius 2. dicendo ego & pater, diſcernit quod Sabellius malè confundit: addendo vnum, vnit quod malè Arius diſcernit. [k] V. *l.* 2. §. 1. ſ. *eod.* [l] ἐν ἀρχῇ *Iohan.* 1. *Verſic.* πρὸ πάντων *Col.* 1. *Verſic.* 17. πρὸ καταβολῆς κόσμου *Epheſ.* 1. *Verſic.* 4. 1. *Pet.* 1. *Verſic.* 20. σήμερον .i. hodie, & ſemper *Pſal.* 2. *Act.* 13. *Verſic.* 33. *Heb.* 1. *Verſi.* 5. χθὲς καὶ σήμερον *Heb.* 13. *Verſic.* 8. non fuit tempus quando non fuit. [m] fuit enim ante tempora, & ab eodem res omnes creatæ *Iohan.* 1. *Verſic.* 3. *Coloſſ.* 1. *Ver.* 16. *Heb.* 1. *Verſic.* 10.

[f] ideoque nõ tanquam hominem cum verbo coadoramus, ne diuiſionis ſpecies inducatur Cyrillus *apud Vigilium* 5. non coadorandus vt alter alteri, ſed vt vnus *Ruſticus.* [g] naturarum vnitionem diuidebat: earum differentiam Eutyches negabat *Ruſticus.* [h] de eo dixi huius legis initio. [i] ἀειπαρθένον. [k] Nota dogma Neſtorij. [l] ſed ex cœlo, vt Valens & Marcion V. *Tertullianum aduerſus Marcionem & aduerſus Valentinianos. Vigilium libro* 3. [m] Nota dogma Eutychetis. [n] negant conſubſtantialem, qui per vnitionem, poteſtate diuina, confuſionem naturæ introductam exiſtimant. [o] v. l. 3. §. 2. ſ. eod. alio ſenſu Deicida appellatur quod ipſum Deum in carnem conuerſum & ita mortuum diceret *Ruſticus.* [p] *Nouella* 42. *cap.* 1: .i. Antiochenſibus, quorum ciuitas euerſa, reſtaurata à Iuſtiniano Theopolis nomen aſſumpſit V. *Cedrenum* 2. *anno imperij Iuſtiniani:* V. *Cuiacium* 8. *obſ.* 21: *& ad Nouellam* 7. *in fine.* [q] Latina interpretatio Græcæ conſtitutionis. [r] θείαις συλλαβαῖς: *&* j. *eod.* συλλαβῶν edicti compendiis. Eſt enim hæc lex quaſi compendium edicti alterius, à Iuſtiniano promulgati. Sacri apices qui ſint, dicam alibi.

cognoſcere ſumus perſuaſi. Cùm itaque comperiſſemus quoſdam alienos à Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia, impiorum Neſtorij & Eutychetis ſequutos deceptionem, diuinum antehac promulgauimus edictum (quod & tua nouit ſanctitas) per quod hæreticorum furores reprehendimus, ita vt nullo quouis omnino modo immutauerimus, immutemus, aut prætergreſſi ſimus (eum qui nunc vſque coadiuuante Deo ſeruatus eſt) Eccleſiaſticum ſtatum (quemadmodum & tua nouit ſanctitas) ſed in omnibus ſeruato ſtatu vnitatis ſanctiſſimarum eccleſiarum cum ipſo [a] ſanctiſſimo Papa [b] veteris Romæ, ad quem ſimilia hiſce perſcripſimus. Nec [c] enim patimur, vt quidquam eorum quæ ad Eccleſiaſticum ſpectant ſtatum, non etiam ad eiuſdem referatur beatitudinem, quum ea ſit caput omnium ſanctiſſimorum Dei ſacerdotum, vel eò maximè quòd, quoties in his locis hæretici pullularunt, & ſententia, & recto iudicio illius venerabilis ſedis coerciti ſunt. Ideóque ex præſentibus diuinis noſtris breuiculis [d], ſciet tua ſanctitas quæ à nobis poſita ſunt quam & quibus ſtudio eſt peſſimè interpretari quæ à nobis ſtatuta ſunt, comprehendetur.

1 ¶ Pauci quidam infideles & alieni à ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia contradicere Iudaicè auſi ſunt aduerſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus rectè obſeruantur, probantur, & annunciantur, negantes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum [e] filium Dei, & Deum noſtrum incarnatum ex Spiritu ſancto, & ſancta glorioſa, ſemper virgine, & Deipara, & hominem factum & crucifixum, vnum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis trinitatis, coadorandum & conglorificandum [f] patri, & ſancto ſpiritui, conſubſtantialem patri ſecundum Deitatem [g] conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate. Recuſantes .a. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium Dei, & Deum noſtrum fateri, vnum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis trinitatis, manifeſtè deprehenduntur impij Neſtorij ſequi prauam doctrinam, ſecundum gratiam [h] eum dicentes filium Dei, & alium Deum verbum, & alium [i] Chriſtum dicentes, quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata, eos etiam, qui eadem cum ipſis ſenſerunt, aut ſentiunt, vt alienos a ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia.

2 ¶ Et reuerendiſſimi ſacrorum monaſteriorum archimandritæ [k] ſequentes ſanctorum patrum traditionem (ea ſcilicet fide vt nihil omninò antehac immutauerint, aut hodie immutent, ab eo qui nunc vſque, ſicuti dictum fuit, obtinuit eccleſiaſtico ſtatu) vnanimiter fatentur, & cum gloria annunciant Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium [l] eſſe, & ſine tempore [m] ex patre genitum [n] & in nouiſſimis [o] diebus deſcendiſſe [p] ex cœlis, & incarnatum ex ſpiritu ſancto, & ſancta, glorioſa, ſemper virgine, & Deipara Maria, & hominem factum, & crucifixum vnum eſſe ſanctæ, & conſubſtantialis trinitatis. Conſubſtantialem enim ipſum ſcimus patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem impaſſibilem Deitate, Quemadmodum enim eſt in Deitate perfectus, ſic idem in humanitate perfectus. Ideòque eam quæ eſt ſecundum hypoſtaſim [a] vnionem [b] amplectimur, & confitemur: quemadmodum etiam vnigenitus filius verbum Dei ante ſecula & ſine tempore ex patre genitus, Idem quoque in nouiſſimis diebus deſcendit è cœlis, & carnem aſſumpſit [c] ex ſpiritu ſancto, & ſancta, glorioſa & Deipara Maria, & homo factus .i. Dominus noſter Ieſus Chriſtus propriè & ſecundũ veritatem Deus eſt, ita & ſanctam, ſemper virginem Mariam propriè & ſecundum veritatem matrem Dei dicimus, non [d] quòd Dei verbum principium ex ipſa ſumpſit, ſed quia in nouiſſimis diebus deſcendit ex cœlis, & ex ipſa incarnatus, & natus, & homo factus eſt, quem confitemur, quemadmodum dictum eſt conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem eundem nobis ſecundũ humanitatem, eiuſdem miracula & paſſiones quas vltrò ſuſtinuit carne confitentes.

3 ¶ Hæc igitur ſunt in quibus per diuinum noſtrum edictum hęreticos coarguimus, cui diuino edicto, vel omnes reperti hîc veriſſimi Epiſcopi & reuerendiſſimi Archimandritæ cum tua ſanctitate ſubſcripſerunt

4 ¶ Sequentes in omnibus ſancta quatuor concilia, & quæ ab vnoquoque eorum conſtituta .i. Nicænum [e] 318. patrum, & huius regiæ [f] 150. & Epheſinum prius & Chalcedonenſe manifeſtè omnibus (qui vnà nobiſcum ſentiunt) fidelibus ſanctæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ traditam regulam fidei, hoc eſt, ſanctam formulam, ſeu ſymbolum tenemus, & cuſtodimus à 318 ſanctis patribus expoſitam, & illud quod in hac regia vrbe 150. ſancti patres apertius expoſuerunt, Non [g] quòd defectuoſum eſſet prius, ſed quoniam veritatis hoſtes partim ſubuertere cœperant ſancti ſpiritus Deitatem, partim ex ſancta ſemper virgine Maria, Deipara, veram incarnationem Dei verbi negauerant. Propterea ſcripturæ teſtimonijs idem ſymbolum ſupradicti 150 ſancti patres apertiùs expoſuerunt, idque & aliæ omnes ſanctæ ſynodi .i. Epheſina prior, & Chalcedonenſis eandem fidem ſequentes ſuſceperunt & cuſtodiuerunt, ſanctam, glorioſam ſemper virginem [h] Mariam Deiparam publicarunt, & non confitentes eam Deiparam anathemate percelluerunt, ſimiliter anathematizarunt eos, qui aliud ſymbolum, aliámve ſanctam formulam traderent, præter eam quæ à 318. ſanctis patribus expoſita eſſet, & explicata & corroborata à 150. ſanctis patribus in hac regia vrbe congregatis, Et quidem Epheſinum prius impium Neſtorium, & eius dogma ſuſtulit, & anathematizauit. Adhæc eos qui cum eo ſenſerunt, & ſentiunt, & qui conſenſerunt, & conſentiunt. Chalcedonenſe verò ſanctum conſilium damnauit & eiecit è ſanctis Dei Eccleſijs, & anathematizauit impium Eutychem eiúſque dogmata, & qui eadem cum illo ſenſerunt, & ſentiunt, & qui conſenſerunt eidem, & conſentiunt, & omnes hæreticos eorumque dogmata, & qui cum illis ſenſerunt, & ſentiunt anathematizauit: pariter anathematizauit Neſtorium ſcilicet

[a] Iohannem intelligit de quo *l.* 8. ℑ. *eod.* [b] aliarum etiam Eccleſiarum epiſcopi Papæ appellati ſunt. hinc Cypriano Papæ presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ſalutem *Cyprian.* 2. *epiſt.* 7. Sic & Athanaſius in *Apologijs ſynodicis* Papa appellatur: *&* *apud Epiphanium.* [c] hinc illud Ammiani *li.* 15. Id enim ille (Conſtantium intelligit) Athanaſio ſemper infeſtus, licet ſciret impletum (i. Athanaſium ſede ſua iam deiectum ab Arianis) tamen authoritate (qua potiores vrbis æternæ epiſcopi) firmari deſiderio nitebatur ardenti. [d] συλλαβῶν. [e] μονογενῆ *Vt & ℑ. eod.* §. 2. Iohanni *in Euang.* 1. *Verſic.* 14. dicitur etiam πρωτότοκος *Lucas* 2. *Verſic.* 7. *Heb.* 1. *Verſic.* 6: i. primogenitus. non quòd poſt eum alios, ſed quòd ante eum, nullum Maria peperit. Sic in legibus ſupremus ſeu primus dicitur, etiam is, poſt quem nemo *l.* 9. ff. *de reb. pub:* quem nemo ſequitur *l.* 92. ff. *de Verb. ſignif.* & proximus qui ſolus *l.* 1. §. 5. ff. vnde *cognat:* l. 155. ff. *de Verb. ſignif.* [f] συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον. Impie igitur negant Pneumatomachi, ſpiritum ſanctum patri & filio conglorificandum *V. Baſilium libro de ſpiritu ſancto cap.* 27. 28. Sic alia in cauſa legimus Neſtorium docuiſſe hominem verbo coadorandum, tanquàm alterum alteri non ſicut vnum. *Ruſticus contra Acephalos.* [g] θεότητα. Hinc illud, in eo habitat, πλήρωμα τῆς θεότητος *Coloſſ.* 2. *Verſic.* 9. dicitur etiam de Deo θειότης *Paul. Rom.* 1. *Verſic.* 20. [h] Verbum non ſic filius quemadmodum nos. Nos adoptione filij: illud, natura. Etiam quadam adoptione filius eſt Chriſtus, ſed ſecundum carnem *Mar. Victor.* 1. *aduerſ. Arian.* [i] & ſic duæ. [k] Tyrannis primos Chriſtianos coegit ἐν ταῖς μάνδραις .i. ſpeluncis διάγειν. Eorum primi archimandritæ dicti. [l] malè Arius de verbo, fuit tempus, quando non fuit. [m] & ita exiſtente. malè Arius ἐκ μὴ ὄντων. [n] nec filius ingenitus, nec duo ingenita. [o] *Heb.* 1. *Verſic.* 1. ex ſimili voce videntur hauſiſſe errorem ſuum qui Pauli ætate docebant diem Chriſti inſtare 2. *Theſſ.* 2. *Verſic.* 2. *in f.* nouiſſimum diem intelligi ibi, ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου *Galat.* 4. *Verſic.* 4. [p] *Epiſt. ad Epheſ.* 4. *Verſic.* 8. *&* 9. & tamen citra mutationem loci.

[a] ὑπόστασις *perſona Heb.* 1. *Verſ.* 3. hinc vnio hypoſtatica. verbum propriè eſt perſona: caro adſumpta, aliam perſonam ei non adijcit, ſed ei vnitur. [b] ἕνωσιν. aliud vnitio, aliud vnitas: ἕνωσις vnio, ſeu vnitio, ἑνότης vnitas. In Chriſto eſt, vnitio non vnitas naturarum: Hæc, numerum non præſupponit. Illa præſupponit. [c] *Matth.* 1. *Verſ.* 20. *in f.* & hîc & illîc particula ἐκ virtutem ſpiritus ſancti ſignificat, nõ ſubſtantiam. Et ſcholaſtici notant particulam de, hîc ſignificare cauſam efficientem: reſpectu Mariæ, materialem. [d] hoc velle videtur: Maria propriè eſt θεοτόκος. non quod Deum ab æterno genuit: non quòd hominem nudum peperit, qui poſtea Deus: ſed quod in eius vtero per ſacroſanctum myſterium, vnitione naturarum indiuiſibili facta, hominem ita parere non potuit, quin & Deus quoque ex ea naſceretur. [e] Nicæna ſynodus Arium ſub Cõſtantino: Conſtantinopolitana Macedonium ſub Theodoſio ſeniore: Epheſina Neſtorium ſub Theodoſio iuniore: Chalcedonenſis Eutychem, Dioſcorum & ipſum rurſus Neſtorium, ſub Marciano, hæreticos damnauit. Hæc quatuor concilia præcipua à veteribus exiſtimata ſunt. *V. acta concilij Chalcedonenſis in pr.* [f] Cõſtantinopolim intelligit. [g] Vincentius Lyrinenſis. Nulluſne in Eccleſia Chriſti profectus habebitur religionis? habeatur planè, & maximus: ſed ita vt verè ſit profectus fidei non permutatio. creſcat in ſcientia, ſed in ſuo dumtaxat genere, eodem dogmate, eodem ſenſu, eadem ſententia. *& poſt.* Quid vnquam aliud conciliorum decretis eniſa eſt, niſi vt quod antea ſimpliciter, lentius & ſecurius credebatur, hoc idem poſtea diligentius, inſtantius & ſolicitius crederet? &c. quæ *ibi.* vide. [h] ἀειπαρθένον, ante partum & in partu (ſcriptum eſt.n. virgo pariet: ſed & illud, virum non cognoſco. ſed & illud, priuſquam ipſi conuenirent inuenta vterum ferre *Matt.* 1. *Ver.* 18:) adde, & poſt partum. nec ferendi ſunt qui abutuntur illis locis, non cognouit eam donec peperit primogenitũ, ecce mater tua, ecce fratres tui foris ſtant: & quod Iacobus frater domini dicitur. Placent qui Ezechielis caput 44. hic accommodant: Porta hęc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam. vt merito eos qui id negent ignorantia ſcriptorum labi, Epiphanius ſcripſerit *lib.* 3. *tom.* 2. *hæreſ.* 78.

eiusq́ue dogmata, & eos qui cum eo ſenſerunt & ſentiunt, eosq; qui cum eo conſenſerūt, & conſentiunt. Chalcedonenſe verò ſanctum Concilium, Magni Procli ad Armenios conſcriptam Epiſtolam, (quòd oporteat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, & Deum noſtrum vnum ſanctæ trinitatis per propriam [a] relationem) ſuſcepit & confirmauit. Quæ ſupradicta quatuor ſancta concilia, ſi negligimus, aut ea quæ his conſtituta, damus licentiam damnatis ab ijs hęreticis eorumq́ue dogmatibus ſuam peſtem rurſus in ſanctis Dei Eccleſijs oſtendere. Optandum itaque, vt quod nondum contigit fieri, hoc aliquando contingat. Idq́ue eò magis quòd ſupra dicta quatuor ſancta concilia, ſpeciali confeſſione hæreticos, eorumq́ue dogmata damnarunt. Ideóque ſi quis ab vno ſupradictorum ſanctorum conciliorum diſſentiat, palam eſt, eum amplecti dogmata à ſanctis illis patribus damnata, & anathematizata. 5 ¶ Nullus itaque fruſtra nos turbet ſpe vana innixus, quaſi nos contrarium à ſupradictis quatuor concilijs fecerimus, aut faciamus, aut fieri à quibuſdam permittamus, aut aboleri eorundem ſanctorum quatuor conciliorum piam memoriam ex dictis Eccleſiæ diptychis [b] ſuſtineamus. Omnes enim qui ab ijs damnati & anathematizati ſunt, & damnatorum dogmata, eosq́ue qui eadem ac ipſi ſenſerunt, aut ſentiunt anathematizamus. 6 ¶ Itaque bene precetur nobis & noſtro imperio beatitas tua, omnes de noſtra intentione, & noſtro erga irreprehenſibilem fidem ſtudio, docens & certiores faciens, Dat. VII. KAL. APR. CP. D. N. IVSTINIA. P. P. A. III. COSS. 533.

*Epiſtola Iohannis* [c] *Archiepiſcopi & ſanctiſſimi Patriarchæ Vrbis Romæ.*

8. Glorioſiſſimo [d] & clementiſſimo filio Iuſtiniano Auguſto Ioannes epiſcopus vrbis Romæ.

INter claras ſapientiæ ac manſuetudinis veſtræ laudes, Chriſtianiſſime principum, puriore luce tanquam aliquod ſydus irradiat, quòd amore fidei, quòd charitatis ſtudio edocti eccleſiaſticis diſciplinis, Romanæ ſedis reuerentiam conſeruatis, & ei cuncta ſubijcitis, & ad eius deducitis vnitatem: ad cuius auctorem, hoc eſt apoſtolorum primum [e], Domino loquente præceptum eſt, Paſce oues meas. Quam eſſe omnium verè eccleſiarum caput [f], & patrum regulæ, & principum ſtatuta declarant, & pietatis veſtræ reuerendiſſimi teſtantur affatus. Patet igitur, in vobis impletum fore, quod ſcripturæ [g] loquuntur: Per me reges regnant, & potentes ſcribunt iuſtitiam. Nihil eſt ‖ enim, ‖ quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe: nihil eſt, quod ita nequeat [h] occaſui ſubiacere, quàm vera religio. nam cùm auctorem vitæ vel luminis vtraque reſpiciant: rectè & tenebras reſpuunt, & neſciunt ſubiacere defectui. Quam ob rem glorioſiſſime principum votis omnibus exorabitur diuina potentia, vt pietatem veſtram in hoc ardore fidei, in hac deuotione mentis, in hoc integræ religionis ſtudio, ſine defectu ſui in longiora tempora conſeruet. hoc enim & ſanctis credimus eccleſijs expedire. Scriptum [i] eſt enim, Labijs regit rex. & iterum: Cor regis in manu Dei eſt: & vbi voluerit, inclinabit illud. hoc eſt enim, quod veſtrum firmat imperium: hoc, quod veſtra regna conſeruat. Nam pax eccleſiæ, religionis vnitas, auctorem facti in ſublime prouectum grata ſibi tranquillitate cuſtodit. Neque enim parua ei viciſſitudo à potentia diuina tribuitur, per quem nullis rugis eccleſia diuiſa ſecernitur, nullis inſertis maculis variatur. Scriptum eſt enim: Quia cùm rex iuſtus ſederit ſupra ſedem, non aduerſabitur ei quicquam malignum. Proinde ſerenitatis veſtræ apices, per Hypatium atque Demetrium ſanctiſſimos viros, fratres & coepiſcopos meos, reuerentia conſueta ſuſcepimus: quorum etiam relatione comperimus, quòd fidelibus populis propoſuiſtis edictum amore fidei pro ſubmouenda hæreticorum intentione, ſecundum apoſtolicam doctrinam, fratrum & coepiſcoporum [a] noſtrorum interueniente conſenſu. quod, quia apoſtolicæ doctrinæ conuenit, noſtra auctoritate confirmamus.

¶ *Textus autem epiſtolæ Imperatoris talis eſt.*

Victor *Iuſtinianus*, pius, felix, inclytus, triumphator, ſemper Auguſtus, Ioanni ſanctiſſimo archiepiſcopo almæ vrbis Romæ, & patriarchæ.

REddentes honorem apoſtolicæ ſedi, & veſtræ ſanctitati, (quod ſemper nobis in voto & fuit, & eſt) &, vt decet patrem, honorantes veſtram beatitudinem, omnia, quæ ad eccleſiarum ſtatum pertinent, feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis: quoniam ſemper nobis fuit magnum ſtudium vnitatem veſtræ apoſtolicæ ſedis, & ſtatum ſanctarum Dei eccleſiarum cuſtodire, qui hactenus obtinet, & incommotè permanet nulla intercedente contrarietate. Ideoq́ue omnes ſacerdotes vniuerſi Orientalis tractus & ſubijcere [b] & vnire ſedi veſtræ ſanctitatis properauimus. In præſenti ergo quæ commota ſunt (quamuis manifeſta & indubitata ſint, & ſecundum apoſtolicæ veſtræ ſedis doctrinam ab omnibus ſemper ſacerdotibus firmè cuſtodita & prædicata) neceſſarium duximus, vt ad notitiam veſtræ ſanctitatis perueniant. Nec enim patimur quicquam, quod ad eccleſiarum ſtatum pertinet, quamuis manifeſtum & indubitatum ſit, quod mouetur, vt non etiam veſtræ innoteſcat ſanctitati, quæ caput [c] eſt omnium ſanctarum eccleſiarum. Per omnia enim (vt dictum eſt) properamus honorem & auctoritatem creſcere veſtræ ſedis. 1 ¶ Manifeſtum igitur facimus veſtræ ſanctitati, quòd pauci quidam infideles, & alieni ſanctæ Dei catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ, contradicere Iudaicè atque apoſtaticè auſi ſunt aduerſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus ſecundum veſtram doctrinam rectè tenentur, & glorificantur, atque prædicantur, denegantes dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium Dei, Deum & dominum noſtrum incarnatum de ſancto ſpiritu, & ex ſancta atque glorioſiſſima ſemper virgine Dei genitrice Maria hominem factum, atque crucifixum, vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis, & coadorandum & conglorificandum patri & ſpiritui ſancto, conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundemq́ue ipſum impaſſibilem deitate. Recuſantes enim dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium Dei & dominum noſtrum fateri vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis trinitatis: videntur Neſtorij malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiam [d] dicentis vnum filium Dei, & alium dicentis Dei verbum, & alium Chriſtum. 2 ¶ Omnes verò ſacerdotes ſanctæ catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ, & reuerendiſſimi archimandritæ ſanctorum monaſteriorum, ſequentes ſanctitatem veſtram & cuſtodientes ſtatum, & vnitatem ſanctarum Dei eccleſiarum, quam habent ab apoſtolica veſtræ ſanctitatis ſede, nihil penitus immutantes de eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, vno conſenſu confitentur & glorificant, prædicantes dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium & verbum Dei & dominum noſtrum ante [e] ſecula & ſine tempore de patre natum, in vltimis diebus deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum de ſpiritu ſancto, & ‖ ex ‖ ſancta atque glorioſa virgine & Dei genitrice Maria natum, & hominem factum, & crucifixum, vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum patri & ſancto ſpiritui. nec [f] enim alium Deum verbum, & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed vnum atque eundem ipſum conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatē, paſſibilem carne, eundem ipſum impaſſibilem deitate. Vt enim eſt in diuinitate perfectus, ita idem ipſe & in humanitate perfectus eſt. in vna enim ſubſtantia deitatem ſuſcipimus & confitemur, quod dicunt Græci τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν. *Id eſt, eam, quæ ſecundum perſonam eſt, vnitatem confitemur.* Et quoniam vnigenitus filius & verbum Dei ante ſecula & ſine tempore de patre natus, idem ipſe & in vltimis diebus deſcendens de cœlis, incarnatus de ſpiritu ſancto, & ex ſancta atque glorioſa ſemper virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, propriè & [g] verè Deus eſt: ideo & ſanctam atq; glorioſam virginem Mariam propriè & verè Dei matrem eſſe dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipſa [h] ſumpſerit: ſed quia in vltimis diebus deſcendit de cœ-

[a] διὰ τῆς οἰκείας ἀναφορᾶς. Hæc verba non reperio in epiſtola Procli ad Armenios. Porro is ſenſus, Filius eſt vnus ex trinitate, non quatenꝰ ſubſtantia aut deus, ſed quatenus filius. Vox filij relatiua ad patrē: vox Deus idem cū patre, Tertullianus aduerſus Praxeam, Tres nō ſtatu, ſed gradu: non ſubſtantia, ſed forma: non poteſtate, ſed ſpecie. Hinc illę enunciationes falſæ apud Scholaſticos, Eſſentia eſſentiā, Eſſentia perſonam, Perſona eſſentiā generat: ſed illa vera eſt, perſona perſonam.

[b] διπτύχων. legitur dypticis in lege 1. *Cod. Theodoſ. de expenſ. ludor. lib.* 15. actione 14. cōcilij Chalcedonenſis: & actione 4. quintæ Synodi: & antiquus interpres Horatij qui tabellas interpretatur, epiſtolas diptychas. V. *Suidā in Verbo* διπτύχια. De polypticis dicam *ad l.* 2. *J. de diſcuſſorib. libro* 10. *titul.* 30. V. *Cuiac.* 4. *obſeruat.* 27.

[c] cui Iuſtinianus primas deferebat in Eccleſia. ideoq́ue Iohannis epiſtolam ſuæ fidei profeſſioni idem adiunxit V. *Cuiac.* 12. *obſeruat.* 16. [d] Epiſcopus Romanus nomen ſuum hîc poſtponit imperatorio *Alciat. hic.* [e] Petrum intelligit, quem tamen ante Andreas eius frater à domino vocatus eſt *Iohan.* 1. *Verſ.* 39. 40. 41. 42. 43. [f] V. 40. *diſtinct. c. vlt.* & reſcriptum orientalium ad Iulium Papam, & epiſtolam concilij Carthaginenſis (cui prȩfuit B. Auguſtinus) ad Bonifacium & ad Celeſtinum. [g] *Prouerb.* 8. [h] Vera religio occaſui non ſubiacet *Eſa.* 40: *Matth.* 5. *Verſ.* 18: 1. *Pet.* 1. *Verſ. vlt.* paucorum quidem hominum 3. *Reg.* 19. *Verſ.* 14. *Rom.* 11. *Verſ.* 3: & locorum eſſe poteſt *Apoc.* 12. *Verſ.* 6. non eſt tamen ſola, ſi Chriſtum in fuga ſemper comitem habet. Cyprianus ad Tyberitanos *apud Fulgent.* 2. *ad Thraſimund.* [i] *Prouerb.* 22.

[a] ad eundem modum Petrus, Seniores qui in vobis ſunt obſecro. ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυς. 1. *Pet.* 5. *Ver.* 1.

[b] Plus eſt ſubijcere quā vnire. Phocę imperatori idem tribuitur, *Ado Vienēſis in Chronico* 604. *Iuo in Chronico: Platina in Bonifacio* 3: & Michaeli Paleologo: cuius conſtitutionē *Vide J.*

[c] vide Gregoriū 4. *regiſt. epiſt.* 21. 24. 36. 38. Porro, videtur huic legi contraria lex 24. *J. tit. prox.*

[d] ſi verbum, Dei filius eſſet per ſolam gratiam non per naturā, non vnus ex trinitate eſſet.

[e] hinc Chriſtus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως *Coloſſ.* 1. *Verſ.* 15.

[f] is fuit error Neſtorij: cōtra, Chriſtiani, vnus Chriſtus nō vnū: In Chriſto non eſt alius & alius, ſed aliud & aliud. At in Trinitate alius eſt & alius, non aliud & aliud: non vnus ſed vnum.

[g] Quid dimidias mendacio Chriſtū? totus veritas fuit. *Tertull. libr. de carne Chriſti.*

[h] i. eius ſubſtantia. Chriſtus .n. quatenus ex patre genitus, matrē nō habet: quatenus ex matre, patre caret.

lis, & ex ipſa incarnatus, & homo factus, & natus eſt. Quem confitemur & credimus (ſicut dictum eſt) conſubſtantialem eſſe patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem: eiuſdem miracula & paſſiones, quas ſponte in carne ſuſtinuit agnoſcentes. 3 ¶ Suſcipimus autem ſancta quatuor [a] concilia: id eſt trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, qui in Nicæna vrbe congregati ſunt: & centum quinquaginta ſanctorum patrum, qui in hac regia vrbe conuenerunt: & ſanctorum patrum, qui in Epheſo primò [b] congregati ſunt: & ſanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt: ſicut veſtra apoſtolica ſedes docet atque prædicat. Omnes ergo ſacerdotes ſequentes doctrinam apoſtolicæ ſedis veſtræ, ita credunt, & confitentur & prædicant. 4 ¶ Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis per Hypatium & Demetrium beatiſſimos epiſcopos, vt nec veſtram ſanctitatem lateat, quæ à quibuſdam paucis monachis malè & Iudaicè ſecundum Neſtorij perfidiam denegata ſunt. 5 ¶ Petimus ergo veſtrum paternum affectum: vt: veſtris ad nos deſtinatis literis, & ad ſanctiſſimum epiſcopum huius almæ vrbis, & patriarcham veſtrum fratrem: (quoniam & ipſe per eoſdem ſcripſit ad veſtram ſanctitatem, feſtinans in omnibus ſedem ſequi apoſtolicam beatitudinis veſtræ) manifeſtum nobis faciatis, quòd omnes, qui prædicta rectè confitentur, ſuſcipit veſtra ſanctitas: & eorum, qui Iudaicè auſi ſunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita circa vos omnium amor, & veſtræ ſedis creſcit auctoritas: &, quæ ad vos eſt vnitas ſanctarum eccleſiarum, inturbata ſeruabitur, quando per vos [c] didicerint omnes beatiſſimi epiſcopi eorum, quæ ad vos relata ſunt, ſynceram veſtræ ſanctitatis doctrinam. Petimus autem veſtram beatitudinem orare pro nobis, & Dei nobis acquirere prouidentiam. 6 *Item ſubſcriptio talis fuit:*

Deitas te conſeruet per multos annos ſancte ac religioſiſſime pater.

LIquet igitur, imperator glorioſiſſime, (vt lectionis tenor, & legatorum veſtrorum relatio patefecit) vos apoſtolicis eruditionibus ſtudere, cùm de religione catholicæ fidei ea ſapitis, ea ſcripſiſtis, ea protuliſtis, ea populis fidelibus publicaſtis, quæ (ſicut diximus) & ſedis apoſtolicæ doctrina, & ſanctorum patrum veneranda decreuit auctoritas, & nos confirmauimus in omnibus. Opportunum eſt ergo voce exclamare prophetica [d]: Iucundetur tibi, & abundet cœlum deſuper, & effundant montes iucunditatem, & colles lætitia lętabuntur. Hæc igitur in tabulis cordis fideliter ſcribere: hæc, vt pupillas oculorum, conuenit obſeruare. Neque enim quiſquam eſt, in quo Chriſti charitas feruet, qui tam rectæ, tam verę confeſſionis veſtrę fidei refragator exiſtat: cùm euidenter impietatem Neſtorij, Eutychetiſque, & omnium hæreticorum damnantes, vnam veram catholicam fidem Domini & Dei noſtri ſaluatoris Ieſu Chriſti magiſterio inſtitutam, & propheticis apoſtoliciſque prædicationibus vbique diffuſam, & ſanctorum per totum orbem confeſſionibus roboratam, patrum atque doctorum ſententijs adunatam, & noſtræ doctrinæ conſentaneam, inconcuſsè atque inuiolabiliter deuota Deo & pia mente ſeruatis: Soli etenim profeſſionibus veſtris aduerſantur, de quibus diuina ſcriptura loquitur dicens [e]: Poſuerunt mendacium ſpem ſuam, & mendacio operiri ſperauerunt. & iterum qui ſecundum prophetam [f] dicunt Domino: Recede à nobis: vias tuas ſcire nolumus. propter quod Salomon dicit: Per ſemitas propriæ culturæ errauerunt: colligunt autem manibus infructuoſa. Hæc eſt igitur vera veſtra fides: hæc certa religio: hoc beatæ recordationis (vt diximus) patres omnes, præſuleſque Romanæ eccleſiæ, quos in omnibus ſequimur: hoc ſedes apoſtolica prędicauit hactenus, & inconcuſsè cuſtodiuit. huic confeſſioni, huic fidei quiſquis contradictor extiterit, alienum ſeipſe à ‖ ſancta ‖ communione, alienum ab eccleſia iudicabit eſſe catholica. Nos enim Cyrum cum ſequacibus ſuis in Romana inuenimus ciuitate, qui de Cumitenſi [g] monaſterio fuit: quos apoſtolicis ſuaſionibus ad rectam fidem, & velut oues, quæ perierant errantes, ad ouile contendimus reuocare dominicum: vt agnoſcant ſecundum prophetam linguæ balbutientes loqui, quæ ad [h] pacem ſunt. Ad non credentes autem, per nos primus apoſtolorum Eſaiæ [i] prophetæ verbum dicit, Ambulate [k] in lumine ignis veſtri, & flammæ, quã ſuccendiſtis. Sed obduratum eſt cor eorum, (vt ſcriptum eſt) vt non intelligerent. & paſtoris vocem oues, quæ meæ non erant, audire minimè voluerunt. in quibus obſeruantes ea, quę ab ipſorum ſunt ſtatuta pontifice, eós minimè in noſtra communione recipimus, & ab omni eccleſia catholica eſſe iuſſimus alienos: niſi, errore damnato, doctrinam noſtram quantocyus ſequi, habita regulari profeſſione, ſignauerint. Æquũ quippe eſt: vt qui noſtris minimè obœdientiam accommodant ſtatutis, ab eccleſijs habeantur extorres. Sed quia gremium ſuum numquam [a] redeuntibus claudit [b] eccleſia: obſecro clementiam veſtram: vt: ſi proprio depoſito errore, & praua intentione depulſa, ad vnitatem eccleſiæ reuerti voluerint: in veſtrã communionem receptis, indignationis veſtræ remoueatis aculeos, & nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis. Deum autem & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum exoramus, quatenus longæuis & pacificis vos dignetur cuſtodire temporibus in hac vera religione, & vnitatę, & veneratione apoſtolicæ ſedis: cuius principatum, vt Chriſtianiſſimi [c] & pij, conſeruatis in omnibus. Præterea ſereniſſime principum laudamus legatorum veſtrorum perſonas Hypatij & Demetrij fratrum & coëpiſcoporum noſtrorum: quos clementiæ veſtræ gratos fore ipſa manifeſtauit electio. Nam tantæ cauſæ pondus nõ niſi perfectis in Chriſto potuiſſet iniungi. tantæ verò pietatis, tantæ reuerentiæ plenos affatus, niſi per amantes minimè dignaremini deſtinare. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris, & communicatio ſancti ſpiritus ſit ſemper vobiſcum, pijſſime fili. Amen. *Item ſubſcriptio.* Omnipotens Deus regnum veſtrum & ſalutem veſtram perpetua protectione cuſtodiat glorioſiſſime & clementiſſime fili [d] imperator Auguſte. D. Romæ, VIII. Kalend. April. D N. Iuſtiniano P.P.A. [IIII.] & Paulino V.C. Coſſ. 534.

*Margin notes:* [a] *Nouell.* 131. *c.* 1. *l.* 23. ȷ. *de epiſc.* & *clericis.* [b] hoc addidit, vt excluderet Epheſinum ſecundum conciliabulum verius quàm concilium. [c] per nos *Hal.* [d] *Pſal.* 95. [e] *Eſaia* 28. *Verſ.* 15. [f] *Iob.* 22. *Verſ.* 17. *adde Ierem.* 44. *Verſ.* 16. 17. & *ſequent.* [g] Acumitenſi Græci ἀκοι-μήτων *Cuia.* 12. *obſ.* 26. [h] *Pſal.* 28. *Verſ.* 3. [i] *c.* 50. *Verſ. vlt.* [k] Bellouiſanus torquet hunc locum vt probet hęreticos eſſe comburẽdos 2. *Pract.* 13. *num.* 10.

[a] Contriti cordis holocauſtum nõ patitur repulſam *Cypr. de cœna Domini.* In vltimis, Dei clementia pœnitentes non excludit, nec vlla hora ſera eſt, cui compunctio diſtricta occurrit, *Idem de paſſione.* Adde ex decreto diſtinctionem de pœnitentia. [b] Imò claudit apoſtatis *l.* 3. ȷ. *de apoſtatis.* [c] hoc Epithetũ hodie ſibi vindicãt reges Galliæ. [d] rerum ſacrarum antiſtites ſolent ita oues appellare *Paulus* 1. *Corinth.* 4. *Verſ.* 14. *ad Philemon.* 1. *Verſ.* 10.

## DE SACROSANCTIS ECCLEſiis [e] & de ‖ rebus, & ‖ priuilegijs [f] earum.

## TIT. II.

1. Imp. *Conſtantinus* Auguſt. ad populum.

HABEAT [g] vnuſquiſque [h] licentiam, ſanctiſſimo catholico [i], venerabilique concilio [k] decedens bonorum, quod [l] optauerit, relinquere: & non ſint caſſa iudicia ‖ eius. ‖ Nihil enim eſt, quod magis hominibus debeatur: quam vt ſupremæ voluntatis (poſt quam iam aliud [m] velle non poſſunt) liber [n] ſit ſtylus [o]: & licitum [p], quod iterum non redit, arbitrium. P.P.V. Non. Iul. Romæ, Criſpo II. & Conſtantino II. Cæſ. Conſſ. 321.

2. Imppp. *Gratianus, Valenti.* & *Theod.* AAA. Pancratio præfec. vrbi.

NEmo apoſtolorum vel martyrum ſedem [q] humanis

[e] 16. *C. Theod.* 2: *adde* 3. *Decretal.* 48. *Nouell.* 37. ſunt ædes Deo conſecratæ. Latini etiam dominica appellarũt, qua voce etiam Germani vtuntur Domb. κυριακὸν vel κυρικὴν Die Kirch. [f] 3. *Ecl.* 3. *Nouell.* 46. 131. [g] *l.* 4. *Cod. Theodoſ.* 1. *c. futuram.* 12. *quæſt.* 1. in poſterum ſc. nam ante Conſtantinum fortè, aut non licuit, aut parum vſitatum fuit: iuſtis vel præceptis, vel exemplis Deut. 10. *d. c. futuram. c. videntes: c. habebat.* 12. *quæſt.* 1. quin, Veſtales nihil ex teſtamento capiebant 1. *Gellius* 12. *Symmachus* 1. *Epiſt.* 40. & Iudæorum collegia *l.* 1. ȷ. *de Iudæis.* Arcadius poſtea vetuit Eccleſiaſticis quicquam donari, etiam teſtamento *l.* 20. *l.* 27. *Cod. Theod. eo.* ad id fortè alludit Hieronymus *ad Nepotium* 7. *parte* 3. Pudet, inquit, dicere, ſacerdotes idolorum, aurigæ, mimi & ſcorta hæreditates capiunt: ſolis Clericis & Monachis id lege prohibetur, & prohibetur, non à perſecutoribus, ſed principibus Chriſtianis, nec de lege conqueror, ſed doleo cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt, ſed quò mihi vulnus, vt indigeam cauterio? Prouida, ſeueraq; legis cautio, & tamẽ neceſſe refrenetur auaritia. per fideicommiſſa legibus illudimus. Apud Gallos, nouas poſſeſſiones, immobilia, feuda, & cenſuales reditus Eccleſię ſine Regio diplomate nequeũt adipiſci, & niſi impetrato morticinij iure vel à rege, vel ijs, quibus id licet *v. Paponem* 1. *Arreſt. tit.* 4. *d' amortiſſement.* [h] Cui teſtamentum facere licet. Ideoq; furioſus, mutus, ſurdus, pupillus, damnatus ad mortẽ, deportandus, & bannitus non poſſunt teſtari ad pias cauſas. An idem in excommunicato, vſurario manifeſto, filiofamilias, dubitante de ſuo ſtatu? *v. Baldum hic.* [i] aliud in non catholico, & illicito. An ſpurio? nõ vltra alimenta, licet pia ſit cauſa *Baldus hic.* [k] .i. loco. An ad fabricã templi? *d. c. futuram.* An templi habitatoribus puta clericis, monachis? licuit .n. gentibus legare ſacerdotibus & hierophylacis *l.* 20 *ff. de annuis:* & dijs *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falcid. Vlpianus tit.* 22. §. *Deos.* [l] Demus res inalienabiles ob piã cauſam legatas, Nũ debebitur æſtimatio? negat Baldus *hic.* [m] mortuus velle non poteſt. [n] *Nouell.* 22. *c.* 2. & tñ adſtrictus inſtitutioni hæredis, nõ collatus in arbitriũ hæredis, munitus ſolenni teſtiũ numero *Baldus hic.* An ꝑ parte teſtatus, pro parte inteſtatus quis ad pias cauſas mori poteſt? Bartolus ait. Baldus negat. [o] de ſtylo v. quæ dicã ȷ. *qua ſit longa conſuetudo.* [p] Baldus videtur legiſſe liberum *qua de re v. Nouell.* 22. *c.* 2. [q] martyrium *l. vlt.* 9. *Cod. Theodoſ.* 17. eam etiam templi partem intelligit Baldus, quæ clericis adſignata: cui adeſſe laico non licet,

[r] cor-

[a] corporibus [b] exiſtimet eſſe conceſſam. D.III. Kal. Aug. Heracleæ, Euchario, & Syagrio Coſſ. 381.

3. Impp. *Honorius & Theodo.* AA.

NEmo martyres [c] diſtrahat, nemo mercetur D. III. Kal. Mar. C P. Honor. N.P. & Euodio Conſſ. 386.

4. Ijdem AA. Niceno qpp.

NOn plures, quàm nongenti quinquaginta, decani [e] ſacroſanctæ huius ampliſſimæ vrbis deputentur eccleſiæ: nulliq; his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia: nulli alij corporatorum [f] præter dictum numerum per patrocinia [g] immunitate [h] conceſſa, negataque omni nouationis facultate ſimilia vindicandi his, quæ in honorem vel neceſſaria obſequia ſacroſanctæ eccleſiæ indulta ſunt. Dat. VII. Kal. Sep. Eudoxiopoli. Honor. A. VIII. & Theo. Iuniore A. VIII. Conſ. 409.

5. Ijdem AA. Melitio P.F.P.

PLacet [i], rationabilis conſilij tenore perpenſo [k], diſtricta moderatione præſcribere, à quibus ſpecialiter neceſſitatibus ſingularum vrbium eccleſiæ habeantur immunes. prima quippe illius vſurpationis cõtumelia depellenda eſt: ne prædia [l] vſibus cæleſtium ſecretorum dedicata, ſordidorum [m] munerum fæce vexentur. nil extraordinarium [n] ab hinc ſuperindictúmve [o] flagitetur. nulla tranſlationum [p] ſollicitudo ſignetur. poſtremò nihil præter [q] canonicam illationem, quam aduentitiæ neceſſitatis ſarcina repentina popoſcerit, eius functionibus adſcribatur. Si quis contravenerit: poſt [r] debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos [ſ] ‖iure‖ promenda eſt, exilio deportationis perpetuo ſubdatur. Dat. VIII. Kal. Iun. Rau. Honorio VIIII. & Theodoſio V. AA. Conſſ. 412.

6. Ijdem AA. Philippo præfecto prætorio Illyrici.

OMni innouatione [t] ceſſante, vetuſtatem & canones priſtinos eccleſiaſticos, qui [u] vſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici prouincias ſeruari præcipimus: vt, ſi quid dubietatis emerſerit, id oporteat (non [x] abſque ſcientia viri reuerendiſſimi ſacroſanctæ legis antiſtitis ‖eccleſiæ‖ vrbis Conſtantinopolitanæ, quæ Romæ veteris [y] prærogatiua [z] lætatur [a]) conuentui ſacerdotali ſanctoque iudicio reſeruari. Dat. pridie Id. Iul. Euſtathio & Agricola Conſſ. 421.

7. Ijdem AA. Aſclepiodoto.

AD inſtructiones itinerum [b] pontiumque [c], etiam diuinas domos, & venerabiles eccleſias [d] tam laudabili [e] titulo libenter adſcribimus: quia nõ eſt inter ſordida munera numeratum. D. XV. Kal. Mart. CP. Aſclepiodoto & Mariniano Conſſ. 423.

8. Imp. *Carus* Præſidoro præfecto prætorio.

SAcroſancta Theſſalonicenſis [f] ciuitatis eccleſia apertè ſciat propriæ tantummodo capitationis modum beneficio noſtri numinis ſubleuandum: nec extraneorum grauamine tributorum rempublicam eccleſiaſtici nominis abuſione [g] lædendam. Dat. VI. Id. Octobr. C P. Victore V.C. Coſſ. 224.

[a] ſepeliendis 3. *Eclog.* 3. *lib.* 5. *ti.* 1. *c.* 2. aut humandis *l.* 6. *Cod. Theodoſ.* 9. *titu.* 17. 13. *quæſt.* 2. *ca. nullus. ca. non æſtimemus.* [b] An collegijs aut contractib. electionibus magiſtratuum habẽdis? An habitationi, in ius vocationi, citationi, præhenſioni? ȷ̃. *de his qui ad Eccleſ.* Video ſeruum in ijs manumitti poſſe ȷ̃. *de his qui in Eccleſia manumitt.*: tuto rem dari *arg. leg.* 3. §. 3. *ff. de tutel.* & iurari *l.* 13. *inf.* ȷ̃. *de reb. credit.* proteſtationem fieri *nouell.* 115. *c. Vlt.* An ſentẽtia, an arbitriũ, an examinatio teſtiũ fieri? ſic puto, dummodo vſus non repugnet. [c] martyrem *l.* 7. 9. *C. Theo.* 17. λείψανα ἁγίων, id eſt, reliquias ſanctorum 1. *Ecl. cap.* 5. *fol.* 2. 3. *Harmeno.* 3. *c.* περὶ λειψάνων ἁγίων. [d] contractus ergo irritus. quęnam pœna conſtituta? extraordinaria *Baldus.* [e] veſpillones, copiatæ, lecticarij, foſſarij, Bærgenæ, aut Bergenæ νεκροφόροι *adde nouell.* 43. *nouel.* 59. [f] Corporati, eiuſdem corporis & collegij V. *l. Vn.* ȷ̃. *de collegiatis.* [g] Vbi eſt numerus certus, non valet impetratio ſupra numerum, vtcumq; patrocinio ſummi viri fiat. [h] Recepti ſupra numerum, non fruuntur priuilegio ordinariorum. [i] *l.* 40. *Cod. Theodoſ.* 16. *tit.* 2. [k] Princeps, in dubio, omnia cum conſilio agere præſumitur. [l] omnia ſc. ad Eccleſiam pertinentia. [m] *Nou.* 131. *c.* 5. *de quibus* V. *l.* 13. 14. 15. 16. ȷ̃. *de excuſ. mun.* [n] Ea ſunt. quæ nec certã nec ordinatam formã præſtationis habent. *l.* 10. §. 1. ff. *de annuis.* eo eccleſiæ non tenentur, niſi de extraordinario factũ ſit ordinarium *l.* 1. *in f.* ȷ̃. *de indictionib.* [o] ſuperindictitium *l.* 40. *Cod. Theodoſ.* 16. *titul.* 2. V. ȷ̃. *de ſuperindicto.* [p] V. ȷ̃. *de collat. donat.* [q] alias, Eccleſiæ tenentur ad ordinarias præſtationes, nec licet abuti nomine Eccleſiæ, euitandorum canonum cauſa *nouell.* 37. [r] & ita, duabus pœnis aſſiciuntur, excommunicatione ſc. & exilio. [ſ] Sacrilegium committit, qui immunitatem Eccleſiæ violat. [t] quæ fortè obtinuerat tempore tyrannidis *l.* 16. ȷ̃. *eod.* [u] *adde leg.* 12. *infr. eodem. nouell.* 6. *cap.* 1. *Nouell.* 83. *capitul.* 1. *nouell.* 123. [x] atqui ad imperatorem eundum videtur? *l.* 1. ȷ̃. *de legibus.* [y] *leg.* 52. *inf.* ȷ̃. *de epiſcop.* ad differentiam nouæ *l.* 4. *infr. de oper. publ.* eſt enim duplex Roma *l. Vlt. infr. in quibus cauſ. pign.* 7. *Eclog.* 17. *cap.* 13. Conſtantinopolim Græci vocant νέαν ῥώμην Zonar. *act. conſilij Chalcedon. c.* 22. [z] *l.* 45. *Cod. Theodoſ.* 16. *tit.* 2. id eſt, patriarchatus *l.* 16. ȷ̃. *eo.* [a] Imò, ei antiſtat. *l.* 21. *infr. eo.* [b] ὁδοςρωσιῶν 5. *Eclog.* 1. *c.* 5. [c] ſtratarum, *l.* 6. *Cod. Theodoſ.* 15. *tit.* 6. *l.* 4. *inf. de priuil. dom. Auguſt.* murorum ciuitatis, putei publici & ſimilium. [d] locupletes ſcil. non ſi ſolæ aut deſtitutæ reditu. [e] non ſordido ȷ̃. *eod.* [f] V. *leg.* 12. ȷ̃. *de annonis.* [g] Priuilegij prætextu, illicitum non debet committi *l.* 1. ȷ̃. *Vbi ſenatores.*

9. Impp. *Theo.* & *Valentinianus* AA. Cyro præfecto vrbi.

QVi ſub prętextu decanorum ſeu collegiatorum, cùm id munus non impleant, alijs ſe muneribus conantur ſubtrahere, eorum fraudibus credimus eſſe obuiandum: ne quis ſub [a] ſpecie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: ne argentariorum vel numulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodò collegiati vel decani feſtinant: Ideoque ſi quis eorum ſub nudæ [b] appellationis velamine collegiatum ſeu decanum ſe appellat: ſciat, pro ſe alium ſubrogandum [c], qui prædicto muneri ſufficiens approbetur: ſubrogatione videlicet loco memoratorum; vel eorum, qui moriuntur, primatum eius, qui ſubrogatur, admiſſa [d] iudicio: ab hac diſpoſitione nemine ſe excuſante ſacroſanctarum eccleſiarum ‖reuerentia‖. D. X. Kal. April. Theodoſ. XVII. & Feſto Coſſ. 439.

10. Ijdem AA. Florentio PP.

IVbemus, nullam nauem [e] vltra duorum milium modiorum capacem ante felicem embolam [f], Vel publicarum ſpecierum tranſuectionem, aut priuilegio dignitatis, aut religionis intuitu, aut prærogatiua perſonæ publicis [g] vtilitatibus ſubtractam, excuſari poſſe. nec ſi cœleſte contra proferatur oraculum, ſiue annotatio ſit, ſiue diuina pragmatica ſanctio, prouidentiſſimæ legis regulas excuſare debebit. Quod etiam in omnibus cauſis cupimus obſeruari: vt generaliter, ſi quid huiuſmodi contra [h] ius vel vtilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat. quicquid enim in fraudem iſtius legis quolibet modo fuerit adtentatum: id nauigij quod excuſatur, publicatione corrigimus. Dat. Theod. A. XVII. & Feſto Coſſ. 439.

11. Ijdem AA. ad Taurum præfectum prætorio.

NEminem ab angarijs, vel parangarijs, vel plauſtris, vel quolibet munere excuſari præcipimus, cum ad feliciſſimam expeditionem [i] noſtri numinis omnium prouincialium per loca, quà iter arripimus, debeant ſolita nobis miniſteria exhiberi: licet ad ſacroſanctas eccleſias poſſeſſiones pertineant. Dat. XIII. Kal. Mar. C P. Valen. A. V. & Anatolio Coſſ. 440.

12. Imp. *Valentin.* & *Marcianus* AA. Palladio præfecto prætorio.

PRiuilegia [k], quæ generalibus [l] conſtitutionibus vniuerſis ſacroſanctis eccleſijs orthodoxæ religionis retro principes præſtiterunt, firma & illibata in perpetuum decernimus cuſtodiri. 1 ¶ Omnes ſanè pragmaticas ſanctiones, quæ contra [m] canones eccleſiaſticos interuentũ gratiæ vel ambitionis elicitæ ſunt, robore ſuo & firmitate vacuatas ceſſare præcipimus. 2 ¶ Et quia humanitatis noſtræ eſt, egenis [n] proſpicere ac dare operam, vt pauperibus alimenta non deſint [o]: ſalaria etiam, quæ ſacroſanctis eccleſijs in diuerſis ſpeciebus de publico hactenus [p] miniſtrata ſunt, iubemus nunc quoque inconcuſſa, & à nullo prorſus imminuta præſtari: liberalitatique huic promptiſſimæ perpetuam tribuimus firmitatem. Dat. Aetio & Studio Conſſ. 454.

Statuta contra libertatem eccleſiæ, vel eccleſiaſticarum perſonarum, ipſo iure nulla ſunt. Bald.

*Noua conſtitutio Friderichi* [q] *Imperatoris.*

*CAſſa & irrita* [r] *eſſe denuntiari per totam Italiam præcipimus omnia ſtatuta & conſuetudines contra libertatem eccleſiæ eiusq; perſonas inductas aduerſus canonicas & imperiales ſanctiones, & ea de capitularibus* [ſ] *penitus aboleri mandat noua conſtitutio: & de cætero ſimilia attentata* [t] *ipſo iure nulla eſſe decernit. ſi quid contra fiat: pœnæ, quæ ſtatutæ ſunt, imminebunt. Sed ſi per annum huius nouellæ conſtitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores: bona eorum per totum noſtrum imperium impunè ab omnibus occupentur.*

*Mulieres deo dicatæ poſſunt eccleſiæ pauperibusq; quouis modo legitimo relinquere.*

13. Ijdem AA. Palladio præfecto prætorio.

GEnerali lege † ſancim⁹: ſiue vidua ſiue diaconiſſa vel virgo Deo dicata vel ſanctimonialis mulier ſiue quocunq; alio nomine religioſi honoris vel dignitatis fœmina nũcupata, vel teſtamẽto vel codicillo ſuo: (q̄ [u] tñ

[a] *l.* 1. ȷ̃. *de collegiatis.* [b] *l.* 5. ff. *de iure immunit.* [c] Hæc lex nõ pertinet ad eum qui ſe fingit clericum: nec. n. ſe decanũ mentienti, alius ſubrogari poteſt, cùm non ſit decanus. ſenſus eſt, Nõ ſeruientẽ Eccleſiæ priuilegio carere, eiusque loco alium ſubrogari. [d] admiſſo. [e] V. *l.* 2. *infr. de nauib. nõ excuſand.* [f] i. tranſuectionem ſpecierũ publicarum V. *edictum Iuſtiniani.* 13. [g] Publica vtilitas cuilibet priuati priuilegio præferenda. [h] Reſcriptum obreptitium ipſo iure nullum. [i] Eccleſiæ ab oneribus expeditionis non excuſantur 5. *Eclog.* 1. *c.* 7. *l.* 2. *infr. de quibus muneribus: leg.* 21. *infr. de curſu publico.* [k] *l.* 21. 22. *Cod. Theo.* 11. *titu.* 16. *l.* 22. §. 1. ȷ̃. *de epiſco. Nouell.* 131. [l] Priuilegia quædam generalia eſſe poſſunt. [m] Canones, vbi agitur de re Eccleſiaſtica, iuri ciuili præferendi. [n] Optimi principis officiũ eſt egenis proſpicere. [o] hinc colligunt, Votiuo pauperi alimenta, aut tale quid, vſuſfructus nomine legari poſſe. [p] Eleemoſinę cõſuetæ præſtandæ ſunt. Atqui ſunt incertæ? non ſunt, cùm ex conſuetudine quæ, & quantæ ſint, appareat *l.* 14. §. 1. ff. *de alimentis.* [q] ſecundi. ſ. [r] ipſo iure *l.* 12. §. 1. ȷ̃. *eo.* [ſ] Capitulares libri ſtatutorum *c. omnes in f.* 11. *quæſt.* 1. [t] Attentata, alienę iuriſdictionis vſurpatio V. *Paponem* 19. *Arreſt.* 3. *d'attentat.* † Quę hodie immutata duabus authenticis ſequentibus. [u] Religioſæ perſonæ etiam ſolenniter teſtari debent.

alia omni iuris ratione munitum ſit) eccleſię vel martyrio[a] vel clero vel monachio[b] vel pauperibus aliquid, vel ex integro vel ex parte, in quacumque re vel ſpecie, crediderit relinquendum id modis omnibus ratum firmumque conſiſtat: ſiue[c] hoc inſtitutione, ſiue ſubſtitutione, ſeu legato. aut fideicommiſſo per vniuerſitatem. ſeu ſpeciali: ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta voluntate fuit derelictum: omni in poſterum in huiuſcemodi negotijs ambiguitate ſubmota. Dat. x. Kalend. Maij. C P. Anthemio Coſ. & Valent. VIII. 455.

*Authen. ex Nouell. 5. c. 5.*

*INgreßi monaſteria, ipſo ingreſſu ſe ſuaq́;[d] dedicant Deo. nec[e] ergo de his teſtantur †: Vt pote nec[f] domini rerum.*

*Authen. ex Nouell. 123. c. 38.*

*SI † qua mulier aut vir, liberis non extantibus, monaſticam[g] vitam elegerit, & monaſterium intrauerit, monaſterio[h], quod intrauit, res[i] eius competere iubemus. Sed ſi perſona liberos habens, antequàm de rebus ſuis inter eos[k] diſponat, monaſterium intret: liceat ei poſtea inter eos diuidere[l], legitima[m] nulli deminuta: & quod eis non dederit monaſterio competet. Sed ſi omnem ſubſtantiam inter eos filios diuidere voluerit: ſua perſona filijs connumerata, partem ſibi retineat, quæ monaſterio competere debet. Sed ſi poſt ingreſſum monaſterij moriatur[n], antequàm inter eos diuidat: filij legitimam percipient, reliqua ſubſtantia monaſterio competente[o].*

*Res immobiles eccleſiæ alienari non poſſunt diuidi poſſunt.*

14. Impp. *Leo* & *Anthemius* AA. Armaſio præfecto prætorio.

IVbemus, nulli poſthac archiepiſcopo in hac vrbe regia ſacroſanctæ[p] orthodoxę eccleſiæ præſidenti, nulli œconomo, cui[q] res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, eſſe facultatem fundos vel prædia ſiue vrbana ſiue ruſtica, res poſtremò immobiles, aut in his prædijs colonos, vel mancipia conſtituta, aut annonas ciuiles[r] cuiuſcumque ſuprema vel ſuperſtitis voluntate ad religioſas eccleſias deuolutas, ſub cuiuſq;[ſ] alienationis ſpecie ad[t] quamcumq; transferre perſonam. ſed ea etiam prædia diuidere[a] quidem, colere, augere, & ampliare: nec vlli ijſdem prædijs audere cedere. verùm ſiue teſtamento quocumque iure facto, ſeu codicillo, vel ſola nuncupatione, legato, ſeu fideicommiſſo, aut mortis cauſa donatione, aut alio quocumque vltimo arbitrio, aut certè inter viuentes habita largitate, ſiue contractu venditionis, ſiue donationis, aut alio quocumque titulo quiſquam ad præfatam venerabilem eccleſiam patrimonium ſuum, partemq́ue certam patrimonij in fundis, prædijs, ſiue domibus, vel annonis, mancipijs[b], & colonis, eorumq́ue peculijs voluerit pertinere: inconcuſſa ea omnia ſine vlla penitus immutatione conſeruentur. Scientes nulla ſibi occaſione vel tempore, ad viciſſitudinem beneficij collocati[c] aut gratiæ referendæ, donandi, vel certè hominibus volentibus emere, alienandi aliquam facultatem permiſſam: nec ſi omnes cum religioſo epiſcopo & œconomo clerici in earum poſſeſſionum alienationem conſentiant, ea enim, quæ ad beatiſſimæ eccleſiæ iura pertinent, vel poſthac fortè peruenerint, tanquam ipſam[d] ſacroſanctam & religioſam eccleſiam, intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri: vt ſicut ipſa religionis & fidei mater[e] perpetua eſt, ita eius patrimonium[f] iugiter ſeruetur illæſum. 1 ¶ Sanè ſi hæc noſtræ perennitatis ſtatuta audaci ſpiritu & mēte ſacrilega quiſquam œconomorum vel hominum temeranda crediderit: ipſe quidem: qui proteruo auſu eccleſiaſtica prædia donationis vel emptionis ſeu commutationis ‖titulo‖, vel cuiuſcunque contractus alterius nomine (niſi eo modo, quo nunc[g] ſtatuimus) acquirere (vel habere‖tentarit, omnem huiuſmodi fructum propriæ temeritatis amittat: & pretia quidem & munera[h], quæ eius rei gratia data fuerint œconomo, ſiue alijs quibuſcumque perſonis, eccleſiæ lucris & commodis acquirantur[i], prædia autem, & in his omnibus conſtituta, ab ipſis clericis[k] temporalibus œconomis cum fructibus ſeu penſionibus vel acceſſionibus totius medij temporis vindicentur, vt, tamquam penitus à nullo empta vel vendita, teneantur: quia ea, quæ contra leges fiunt, pro[l] infectis habenda ſunt. 2 ¶ Oeconomus autem, qui hoc fecerit, immo fieri paſſus fuerit, vel quacumque prorſus huiuſmodi venditione, ſeu donatione, vel commutatione (niſi ea, quæ præſenti lege concedimus) poſtremò in quacumque alienatione conſenſerit: commiſſa ſibi œconomatus adminiſtratione priuetur[m] deq́ue eius bonis, quodcunque exinde incommodum eccleſiæ contigerit, reformetur: hæredesq́ue[n] eius, & ſucceſſores, ac poſteri ſuper hoc facto ſiue conſenſu, competenti ab eccleſiaſticis perſonis actione pulſentur. 3 ¶ His tabellionibus, qui huiuſmodi contractuum vetitorum[o] auſi fuerint inſtrumenta conſcribere, irreuocabilis[p] exilij animaduerſione plectendis. 4 ¶ His quoque iudicibus[q], vel ius geſtorum habentibus, qui huiuſcemodi donationum vel contractuum vetitorum geſta confecerint, dignitatis propriæ & bonorum omnium ſpoliatione damnandis. 5 ¶ Sanè ne[r] omnis religioſis œconomis commodæ prouiſionis via & occaſio venerandis eccleſijs profutura videatur excluſa: id, quod vtile plerumque iudicatur, ſub cautelæ obſeruatione neceſſariò procedere concedimus. Si[ſ] quando igitur vir religioſus œconomus huius regiæ vrbis eccleſiæ perſpexerit[t] expedire, vt deſideranti cuiquam certarum poſſeſſionum atque prædiorum (vrbanorum ſcilicet, ſiue ruſticorum) ad ius eccleſiaſticum pertinentium temporalis vſusfructus, poſſeſſio pro[u] ipſius petitione præſtetur: tunc temporis, quod inter vtroſq; conuenerit, ſiue[x] in diem vitæ ſuæ ab eo, qui deſiderat, poſtuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œcono-

[a] templum martyrum *l.* 16. *infr. eod. l.* 7. *Cod. Theo.* 9. *tit.* 18.

[b] i. cœtui aut templo monachorum.

[c] Relinquimus morientes vel ſcripto, vel non ſcripto, idq́; vel inſtituendo, ſubſtituendo, legando, fideicommittendo.

[d] aliud ante ingreſſum *Nouell.* 5. *ca.* 5. & certo caſu poſt ingreſſum V. *Auth. proximas.* Hæc authentica non ſeruatur in Gallia. monaſterium.n. non ſuccedit religioſo, ſed pximiores ab inteſtato. Quin religioſi non ſuccedunt proximis, nec monaſterium eius loco. nec poteſt ſecularis factus, ſucceſſionem reuocare. ſed nec religioſos liberos, patres tenentur hodie hæredes inſtituere aut legitimam eis relinquere V. *Rebuffum in prohemio conſtitut. gloſſa* 5. *numer.* 20. 21. 22. 23. 24. Putarem tamen habendam eo caſu rationem extremæ paupertatis. [e] De rebus Deo dicatis non poſſumus teſtari. † hoc vt verum ſit, vide Authenticam proximam. [f] teſtari non poſſumus de rebus alienis. † hæc authentica non ſeruatur in Gallia, vt dixi in ſuperiore authentica. [g] quod arctius eſt, quam ſacerdotium ſimplex. [h] vel ſaltem rei alicuius vſum & defenſionem ſibi reſeruare poſſunt? vtique, permittente tamen ſuo vel præpoſito vel ſupremo ſuperiore. [i] omnes, etiam vſusfructus commoditatem & Emphyteuſeos priuatæ, immobilia, ſi modo monaſterium eorum ſit capax (quod in feudis apparet maximè) operarum obuentiones, lucra futura, vt legata & relicta V. *Paponem* 1. *Arreſt.* 8. *numero ſeptimo,* [k] non extraneos. hinc Baldus negat, monacho licere vxori dotem aſſignare, aut ei confiteri, vel de reſtituendis vſuris cauere. [l] poteſt igitur monachus teſtari inter liberos, vt hoc caſu & ex Nouella Leonis 5. de his quæ adquiſiuit poſt ingreſſum. Ideoq́ue poſſe videtur in his ſubſtituere. Ad hæc, poteſt teſtis eſſe quoque in teſtamento, & teſtamenti executor dari, aut ſi id ei non licet, executori à conſilijs eſſe *Baldus hic.* [m] Monachus liberis relicturus quàm minus poteſt, legitimam eis relinquit: quàm plurimum, virilem ſibi retinere debet. [n] patre monacho, ante diuiſionem bonorum præmortuo, liberi ſolam legitimam deducunt, quibus ideo monaſterium fauorabilius videtur. [o] non iure hæreditario, ſed cuiuſdam acquiſitionis. Inde negant interpretes, monaſterium ad inuentarij confectionem adſtringi: cùm propriè non ſit hæres V. *Graſſum. lib. ſentent.* §. *hæreditas. quæſtion. ſexta.* [p] in maioris Eccleſiæ Conſtantinopoli. Hoc priuilegium poſtea porrectum eſt ad reliquas maiori ſubiectas *leg.* 17. *infr. eodem.* & tandem ad omnes Eccleſias *Nouell.* 7. [q] Oeconomi definitio. [r] Annonæ, ſportulæ, penſiones immobilibus adnumerantur *Nouell.* 7. *in princip. Nouell.* 120. *capitul.* 1. ſic in feudis, feudum de camera, eſt cum ex arca dominij certum ſtipendium ſoluitur: de cauena, cùm ex cellario domini præſtantur annonæ. V. *Cuiacium* 1. *Feudorum* 1. *in principio.* [ſ] cuiuſcumque *Hal.* Alienationis verbo continetur venditio, donatio, permutatio. Interpretes tamen volunt, Prælatum poſſe Eccleſiæ præiudicare in adquirendis, non in adquiſitis V. *Roland. à Vall.* 1. *conſil. decimoquinto, numero vigeſimo tertio.* [t] Res eccleſiaſticæ immobiles aut quaſi immobiles, a nullo & in nullum, alienari poſſunt.

[a] putà, cum aliena Eccleſia *Nouel.* 94. *cap.* 2. vel culturæ gratia (Huiuſmodi diuiſio non eſt alienatio *l.* 38. ff. *famil.* *l.* 86. *inf.* ff. *de l.* 2.) vel ſi priuatus agit ad diuiſionem. Neceſſitas.n. probabilē facit diuiſionem *l.* 27. ff. *de manumiſ. teſt.*

[b] ruſticis ſcil. *arg. l.* 6. §. 1. j. *de ſecund. nupt. l.* 4. §. 5. ff. *de cenſib.* V. *Cuiac. nouell.* 7.

[c] colorati ita legit Baldus. adde Cuiacium *nouell.* 7. Color hic plerumq; donationi quęritur vt donari dicatur ἐϖ' ἀντιδώρῳ, id eſt, remunerandi gratia.

[d] intelliguntur ipſa templa V. *Nouell.* 7. *c.* 10.

[e] Eccleſia fidei mater *l.* 16. *inf. infr. eodem.*

[f] Patrimonium Eccleſiæ (quantum fieri poteſt) perpetuum eſſe debet.

[g] i. j. *eod.*

[h] Cuiacius *d. loco,* hoc verbo intelligit ἀντίδωρα.

[i] Illicitè, contrahens pretij ſoluti (aliud ſi nōdum ſolutum eſt) amiſſione priuatur. quod tamen ei ab Eccleſia remitti poteſt. [k] aut, eis tacentibus, à quouis, quin ab ipſo œconomo qui alienauit. [l] Quæ contra leges fiunt, pro infectis habenda, [m] per ſententiam. [n] Ob rem malè adminiſtratam, datur actio in Oeconomum, eiuſque ſucceſſores. [o] ſcriptor punitur V. *l.* 5. §. 9. ff. *de iniurijs: l.* 15. *infr. de decurionibus.* Tabellio vetitum inſtrumentum conficiens, irreuocabili exilio puniendus V. *leg.* 16. ff. *de falſis: Bellonif.* 1. *capitul.* 8. *numer. duodecimo.* [p] Hoc innuit, non omne exilium irreuocabile. V. *Papo.* 3. *notar. tit. de Rapeau de ban.* [q] Iudices & actuarij, contractui vetito authoritatem præbentes, & priuantur dignitate & omnia bona amittunt. [r] adde *l.* 24. ff. *de minorib. l.* 12. §. 1. 6. *de admin. tut.* [ſ] hæc verba referuntur q. 2. *c. ea enim.* §. *ſi. œconomus.* [t] In alienatione rei Eccleſiaſticæ requiritur vt ſubſiſtat iuſta cauſa: neceſſitatis ſ. vel vtilitatis. ideoq́; tranſactio ſuperioribus cauſis deſtituta, reddetur inutilis V. *Roland.* 1. *conſ.* 16. *numer. decimo ſexto.* [u] i. petenti, prædia Eccleſiaſtica, vrbana vel ruſtica in temporalem vſumfructum dari poſſunt *nouell.* 7. *capitul.* 4. [x] Vſusfructus temporalis fit, pacto, ad certum tempus, vel ad vitam ſuſcipientis.

mus,

mus, atque conſcribat: per quæ & tempus, intra quod hoc præſtari placuerit, ſtatuatur: & manifeſtum ſit, quod quiſque acceperit ab inuicem [a] huiuſmodi beneficij [b] gratiâ præſtando quidem eccleſiaſtici prædij pro tempore vſumfructum, poſt ſtatutum autem tempus & placitum [c], ipſorum redituum proprietate ad dominium & ius eccleſiaſticum recurrente firmiter: ita ſcilicet, vt ſiue completo ſpacio, quod fuerit inter eos conſtitutum, ſiue mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque conuenerit) is, qui poſſeſſionem eccleſiaſticam & certorum redituum vſumfructum habendi gratia interueniente pacto ſuſceperit, non minùs quàm alterius tantæ quantitatis, quantæ [d] acceperit reditus, cum ipſorum prædiorum dominio & rebus immobilibus, eorumque colonis & mancipijs eccleſiæ derelinquat. niſi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus non valere, ſed poſſeſſionem eccleſiaſticam, tamquam nullo iure tranſcriptam, in iure ipſius atque dominio permanere, & ab eccleſiaſticis œconomis vindicari. D. G. P. Iordane, & Seuero Coſſ. 470.

[a] ſic reſtitue ad inuicem. Huiuſmodi beneficij gratia præſtando quidem, &c. Porrò, hęc verba innuunt hic agi de mutuo vſu. vt Eccleſia fundum (fortè remotum) diuiti alicui (cui is proximus eſt) in vſum vitæ dare poſſit, ea lege vt viciſſim ab eo fundum aliũ (ſibi fortè vicinum) fruendum accipiat. Nouell. 7. c.4. ibi ἕτερον ἀνθ᾽ οὗ πρᾶγμα ἀντιδόναι ἐκκλησίᾳ.

[b] mutui ſc.

*Auth. ex Nouell. 7. c. 1. & 120. c. 6. 7.*

*Hoc [e] ius porrectum eſt ad omnem [f] venerabilem locum, omneque collegium, quod actio pia conſtituit: vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo ſeruetur in his rebus immobilibus, quæ [g] ab imperiali domo prædictis locis applicantur. In cæteris [h] eatenus excipitur, ſi debitum vrget. Quod ſi ex mobilibus ſolui non poſſit: primò † res immobiles ſpecialiter dentur pignori: quarum fructus creditor ſibi reputet tam in ſortem, quàm in vſuras vſque ad quartam [i] centeſimæ. Quod ſi [k] nolit creditor ita accipere: tunc ordinator [l] domus apud eum, à quo ordinatur, habitis [m] abſque diſpendio geſtis, iuret [n] (maiore parte ibidem ſeruientium [o] conſentiente) & debitum exiſtere. nec ex mobilibus [p] ſolui poſſe. quo ſubſecuto, per viginti dies rem eccleſiæ [q] venalem eſſe publicè [r] notum ſit: vt plus offerenti [ſ] detur, precio [t] modis omnibus pro debito dando. aliter [u] enim res emptori non conceditur. & hoc inſcribatur [x], nihil eſſe factum in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore verò non inuento, res æſtimata diſtrictè creditori detur in ſolutum, addita [y] in precio vniuerſæ æſtimationis decima parte, & accedente conſenſu ordinatoris, & maioris partis ibidem ſeruientium. Sit tamen ea res mediocris [z] inter cæteras, inſpecta ipſius qualitate [a] & quantitate & onere. Et is creditor hic intelligatur, qui, quod credidit, probat [b] in vtilitatem diuinæ domus proceſſiſſe.*

*Auth. ex Nouell. 7. c. 12.*

*Sicut [c] alienatio rerum eccleſiæ interdicitur: ita prohibetur, ne qua ſterilis [d] ei detur [e] poſſeſſio, aut alioqui oneroſa, veluti fiſcalium nomine vel onere.*

*Auth. ex Nouell. 7. c. 11. & 120. c. 7.*

*Multo [f] magis prohibetur ipſius monaſterij alienatio, quæ redeat in antiquum ſtatum, & ſecularem vſum.*

*Auth. ex Nouell. 120. c. 5.*

*Quibuſcumque [g] modis hoc ius alijs permittitur: interdicitur certis perſonis, res huiuſmodi accipere, vt œconomo, eiuſque cognatis. alioqui bona eorum & œconomorum, & ordinatorum, quibus coniuncti ſunt, poſt mortem eorum peruenient ad eccleſiam, de qua rem accipiunt.*

*Auth. ex Nouell. 7. c. 5. & 120. c. 11.*

*Qui res iam dictas non [h] gratuito alienationis titulo citra [i] formam legis [k] accepit: rem quidem cum omni incremento medij temporis reſtituat: eius autem, quod dedit, nullam actionem contra venerabilem locum [l], ſed aduerſus eum [m], qui alienauit, habet. Donatarius [n] autem & rem cum omni cauſa & fructum reſtituat, & aliud tantundem. Creditor quoque, reſtituta re pignorata crediti actionem contra ſolum pignoris datorem habeat. Emphyteuſis acceptor & ab ea cadat. nec, quod dedit, repetat: immo ſtatim ſoluat, quod ſoluturus eſſet vnoquoque anno, ſi iure contraxiſſet. ſed meliùs dicitur, omnimodo denegandas eſſe actiones huiuſmodi acceptori.*

*Auth. ex Nouell. 120. c. 1.*

*Si quas ruinas habent memoratæ diuinæ domus quas reædificare non valent, & hæ in emphyteuſin dentur perpetuam [o]: emphyteuta vſuro materia habitationis depoſitæ domus: vt penſio diminuatur in tertiam partem ab ea, quæ ſtantibus adhuc ædificijs colligebatur: aut primitùs eo reædificante, ex adiectis illi per æſtimationem penſionibus, medietas detur religioſæ domui. nam priore caſu ab initio emphyteuſis præſtanda eſt penſio.*

*Auth. ex Nouell. 7. c. 3. & 120. c. 6.*

*Perpetua quoque emphyteuſis in his permittitur rebus, ſi res in eorum geratur præſentia, quibus hoc adſignatur lege [p], iurantibus his, quorum intereſt, ex eo contractu nihil ad læſionem diuinæ domus effici: ſolito reditu ipſius rei, qui fuit, cum [q] diuino iuri dedicaretur, non minuendo niſi in ſextam partem: aut, ſi [r] ob cladem deminuta fuerit, tunc pro conſtante nunc penſione in emphyteuſim.*

[a] Rei æſtimatio qualitate, quantitate, & onere iudicatur.

[b] quod in dubio pręſumitur ex confeſſione Epiſcopi & Capituli. alias qui emit ab Eccleſia, qui eidem credit, numeratione factam & conuerſionem pecunię in vtilitatem Eccleſiæ tenetur probare *Bald. hic.*

[c] Quid ſi nũcius Eccleſię pecuniam amiſit? non eſt periculũ emptoris *l. 11. j. de reb. cred.*

[d] aut damnoſa.

[e] fingamus hæreditatem dãnoſam ab Eccleſia aditam, nõ confecto inuentario: non tenebitur vltra vires hæreditarias *Bald.*

[c] placitum temporum proprietate ad dominium, &c. *Hal.* [d] quantam acceperat reditus, &c. *Hal.* [e] 10. *quæſt. 2. c. ea enim.* id ſpecialiter Eccleſiæ conſtitutione conceſſum fuerat *l. 14. ſ. eod.* [f] Nullus locus religioſus alienari aut pignorari poteſt. [g] Eccleſia rem immobilem ab Imperatore acceptã alienare ac pignorare nõ poteſt, etiã alteri Eccleſiæ *v. Nouell. 120. c. 7.* [h] Eccleſia res immobiles à priuato acceptas alienare poteſt, ſi debitum vrget. † *adde l. 12. in f. ff. de religioſis.* In alienationibus rerum Eccleſiaſticarum alia ſolennitas hodie ſeruatur *D. de Rota, deciſione 135. Rebuff. in proœmio conſtitut. gloſſ. 5. num. 25. & in compendio alienationis rerum Eccleſiaſticarum.* [i] Quarta centeſimæ, eſt quadrans vſuræ, leuiſſima: vt ſi ſoluantur annuatim *trois pour cent.* [k] Sublata ſpe quæſtus, languent commercia *l. 8. j. de reſcind.* [l] vel eius loco procurator ſpecialis, aut cum libera, aut certi negotij. Is enim poteſt accipere, ſi negotium aliter explicari non poteſt *Bald. hic.* [m] hodie etiam in Francia ſcriptura adhibetur ab initio *Rebuffus in compendio de alienatio. rerum Eccleſiaſticarum numero decimo.* [n] Rebuffus negat hodie requiri iuramentum ordinatoris *capit. 1. de rebus Eccleſiar. non alienand. in 6.* [o] ceu capituli *dict. cap. 1. vide Rebuffum ibidem numero decimoquinto:* vel epiſcopi. Cuius? vtriuſque: & eius in cuius diœceſi res ſita eſt, & eius in cuius diœceſi ipſi contrahentes viuunt *Rebuffus ibidem numero vigeſimoſecundo.* [p] quo nomine intelliguntur actiones & nomina ex re mobili non immobili prouenientia *Baldus hic.* [q] de cuius vtilitate agitur. Interpretes tamen volunt, vnitis duabus Eccleſijs fundum vnius pro alterius vtilitate diſtrahi poſſe *vide Baldum hic.* [r] Subhaſtationes bonorum Eccleſiæ fieri debent *argum. l. 4. infrà de fide & iure haſtæ:* per viginti dies *vt hic: Rolandus à Vall. 1. conſilio. trigeſimotertio numero decimotertio,* quas tamen Rebuffus *dict. loco numero vigeſimo,* negat requiri de iure Canonico. [ſ] Plus licitanti, *au plus offrant & dernier encheriſſeur* res addici ſolet *l. 4. infra de fide & iure haſtæ.* [t] id eſt, ea lege vt precium acceptum creditoribus Eccleſiæ numeretur. [u] Emptor rei Eccleſiaſticæ curioſus eſſe debet, quo precium vertatur: *facit l. 3. §. 9. in fine, ff. de in rem verſo: leg. 15. §. 13. ff. de rebus cred.* [x] auctarij vice, ad emptoris ſecuritatem. puto itaque ſicubi maximè, ſcripturam in huiuſmodi alienationibus requiri. [y] An id æquum aut licitum iure poli? vide quæ notaui ad *Nouellam centeſimam vigeſimam cap. ſexto in fine.* [z] quid ſi alienari prohibita? *vide Nouellam centeſimam vigeſimam cap. 9.*

[f] Res ad Eccleſiam pertinentes prohibentur alienari, ergo multò magis ipſa Eccleſia. Propter Eccleſiam res vetantur alienari, multò magis non alienabitur ipſa Eccleſia. Potentior enim eſt prohibitio in cauſa, quam in cauſato. [g] Senſus eſt, certis caſibus res Eccleſiaſticæ à quouis emi aut conduci poſſunt. at non ab œconomo eiuſque cognatis. quin, minùs ab illo quàm ab eius cognato: & meritò, nam alienatio facta per prælatum in conſanguineos, non pręſumitur facta in vtilitatem Eccleſiæ, ſed ipſorum conſanguineorum *vide Alc. 1. præſumptio. 29.* Et tamen ſi tutori res pupillares licet vendere, eaſdem eidem emere licebit, ſed & eius vxori *l. 5. j. de contrahen. emptio.* Baldus addit, Epiſcopo permitti beneficium conferre adgnatis. [h] Non gratuitò res alienatur, cùm diſcutitur. [i] Res illicitè diſtrahitur, quoties ceſſat cauſa vel forma requiſita in alienatione. [k] 14. *ſcilicet ſ. eodem.* [l] niſi facta ſit locupletior. [m] id eſt, aduerſus adminiſtratorem. [n] Nota de his actibus præſertim quæri in rebus Eccleſiaſticis, de donatione *vt hic:* de venditione, *ſ. eod.* de mutuo *verſ. creditor. j. eod.* emphyteuſi *verſ. emphyteuſis. j. eod.* [o] Domus ruinoſa Eccleſiæ in perpetuam emphyteuſim dari poteſt. Imò, in tertiam generationem tantum *Nouell. 7. cap. 3? vide d. cap. 3. v. Nouell. centeſimam vigeſimam cap. 1. in fin.* [p] 14. *ſ. eod.* [q] Hic caſus referendus eſt ad res Eccleſiaſticas, quarum reditus ſolo tempore, non clade aliqua diminutus eſt. De analogia iuſti pretij fundorum & redituum, vide Molinæum *tractat. de vſur. quæſtione 5. numero centeſimo decimotertio.* [r] Non hic agitur de remittendo colonis reditu ob cladem: agitur potiùs de locanda re Eccleſiaſtica, clade aliqua diminuta.

*detur. Quòd ſi res precioſa* [a] *quidem eſt, parum tamen, aut nihil præſtat penſionum: res ſubtiliter æſtimanda eſt, vt ex hac penſio iuſta conſtituatur. Ea tamen ſola dentur in emphyteuſim, quæ ad hoc congrua videntur œconomo & alijs gubernatoribus.*

*Auth. ex Nouell. 7. c. 2.*

*SEd & permutare* [b] *principi* [c] *licet pro re maiori, meliori, vel æquali, ſi reſpublica hoc expoſcit, & pragmatica forma ſuper hoc præcedente.*

*Auth. ex Nouell. 54. c. 2.*

*ITem ſibi inuicem rectè permutant* [d] *cum vtriuſque indemnitate eorum ſcilicet conſenſu interueniente, qui ſupra referuntur.*

*Auth. ex Nouell. 120. c. 3.*

*ITem prædium propter onus* [e] *fiſcale inutile alienatur, geſtis (vt ſuprà) conficiendis, eodem iuramento præſtito, id eſt, quòd alia de cauſa non alienatur, niſi vt immunitas eiuſdem venerandæ domus ſeruetur.*

Non ſoluens canonem per biennium vel rem deteriorem faciens priuatur emphyteuſi.

*Auth. ex Nouell. 7. c. 3. & 120. c. 8.*

*QVi* [f] *rem huiuſmodi conductam vel in emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biennium* [g] *non ſoluerit* [h] *: hac lege repelli* [i] *poteſt* [k], *vt tamen ſoluat totius temporis penſionem, & id, in quo rem læſit, reſarciat, non* [l] *repetiturus, ſi quid impendit, nomine meliorationis.*

*Auth. ex Nouell. 120. c. 2.*

*HAec vſus præſtatio locum habet in omni domo religioſa: quo finito, res vtraque pleno* [m] *iure perueniat in domum iam dictam: nec tributis quidem grauata maioribus ſit ea res, quæ datur inuicem, & eiuſdem reditus ſit.*

15. [n] Imp. *Zeno.* **

SI quis donauerit aliquam rem mobilem vel [o] immobilem vel ſe mouentem aut ius [aliquod] perſonæ martyris aut prophetæ aut angeli, tanquam ipſi poſtea oratorium ædificaturus, & donationem inſinuauerit [p], apud quos neceſſe eſt: cogitur opus, quamuis [q] nondum inchoatum fuerit, perficere per ſe vel per hæredes, & perfecto operi dare ea, quæ donatione continentur. Idem & in Xenodochijs & Noſocomijs & Ptochijs obtinet, licentia danda epiſcopis & œconomis conuenire ipſos. His verò adimpletis, adminiſtratio ſecundum ea, quæ his, qui liberalitatem exercuerunt, viſa fuerunt, & ſecundum præſcriptos fines fiat.

16. Iidem AA. Sebaſtiano P.P.

DEcernimus, vt, antiquatis ac infirmatis funditus his, quæ contra ipſum orthodoxæ religionis Deum quodammodo [r] facta ſunt, in integrum reſtituantur vniuerſa, & ad ſuum ordinem reuocentur, quæ ante profeſſionem [ſ] noſtræ manſuetudinis de orthodoxæ religionis fide, & ſanctiſſimarum eccleſiarum & martyriorum ſtatu

[a] Res precioſa hîc dicitur, cuius reditus idē eſt qui ab initio.
[b] Rei Eccleſiaſticæ certis caſib. dominium permutari poteſt, *vt hîc.*
[c] .i. cum Imperatore.
[d] Eccleſiæ ſc. dominium.
[e] Prædia propter onus fiſcale Eccleſię inutilia reddi poſſunt.
[f] id eſt, quicunque, ſiue priuatus, ſiue alia Eccleſia.
[g] continuum ſc. Triennium expectandum eſt inter priuatos *Nouell. 7. c. 3.*
[h] Quid ſi læſerit? Baldus præſenti vſu non perpetuo priuari poſſe putat *l. 3. j. de locato.* Lęſionē intellige, non modicam, circa ꝓprietatem, dolo vel lata culpa datam. Quid ſi ignoret colonus viuat necne? penſio tamē Eccleſiæ ſoluatur ab eius procuratore? Is expelli non poterit, niſi probata coloni morte, ſaltem per famam aut coniecturam. præſumitur enim quis viuere v. *Alciat. 1. præſumpt. 44.* [i] Qui re malè vtitur ea expelli poteſt quod in Gallia locum non habet v. *quæ notaui ad l. 2. j. de iure emphyteu.* [k] niſi intra modicum tempus moram purgauerit. modicum, putà diei vnius *Bald.* [l] *l. 2. Cod. de iure emphyteutico: Nouell. 7. cap. 3. Nouell. 120. cap. 8.* aliàs ſi non fuiſſet in culpa, repetiturus *l. 3. C. de iure emphyteu.* [m] id eſt, directò. [n] Contij interpretatio. Hanc autem legem edidit Antonius Auguſtinus. Aliam editionem habet Cuiacius 12. *obſeruat.* 28. ſumptam *ex 3. Eclog. 3. fol. 35.* [o] nota hæc rerum genera κίνητον, ἀκίνητον, αὐτοκίνητον, δίκαιον. quibus addi cupio quod ſcripſi *ad l. 93. ff. de verbor. ſignific. adde l. 30. ff. de vſurpat.* [p] Inſtrumentum inſinuatæ donationis Græci δωρεαστικὸν: vt ὠνιακὸν inſtrumentum emptionis v. *Cuiac. d. loco.* [q] Res ita habet, Olim donatio re perficiebatur, hodie conſenſu *l. 10. ff. de donationib.* ſine acceptione non eſt *l. 8. §. 3. ff. de bon. libert.* & in illo loco Terentij. Dos Pamphile eſt, decem talenta. Pamph. Accipio. Niſi dixiſſet, *Accipio,* dos non eſſet, inquit Donatus. Debet igitur donatarius ſcire rem ſibi donatam. Et hoc eſt, quod Græci dicunt donationem μονομερῶς factam non valere, excepto tamen caſu huiuſce legis, quo donatio facta (inſinuata tamen) valet κατὰ μονομέρειαν v. *Cuiac. d. loco.* [r] id eſt, quocumque modo. [ſ] profectionem. & rectè, intelligit autem ſuum profugium in Iſauriam metu Baſiliſci.

firmiter obtinebāt [a]: his, quæ contra hæc tempore tyrannidis [b] innouata ſunt tam contra venerabiles eccleſias, quarum ſacerdotium gerit beatiſſimus ac religioſiſſimus epiſcopus patriarcha noſtræ pietatis pater Acacius [c], quā contra cæteras, quæ per diuerſas [d] prouincias collocatæ ſunt, necnon & reuerendiſſimos earum antiſtites, ſeu de iure ſacerdotalium creationum, ſeu de expulſione cuiuſquam [e] epiſcopi a quolibet his temporibus facta, ſeu de prærogatiua in epiſcoporum concilio vel extra concilium ante alios reſidendi, vel de priuilegio metropolitano vel patriarchico [f] ſub ijſdem impijs temporibus, penitus antiquandis: vt, caſſatis [g] & reſciſſis, quæ per huiuſmodi ſceleratas iuſſiones aut pragmaticas ſanctiones aut conſtitutiones impias ſiue formas ſubſecuta ſunt, quæ à diuæ recordationis retro principibus ante noſtrum imperium, & deinceps à noſtra manſuetudine indulta vel conſtituta ſunt ſuper [h] ſanctis eccleſijs & martyrijs & religioſis epiſcopis & clericis aut monachis, inuiolata ſeruentur. Sacroſanctam quoque huius religioſiſſimæ ciuitatis eccleſiam, & matrem noſtræ pietatis & Chriſtianorum orthodoxæ religionis omnium, & eiuſdem regiæ vrbis ſanctiſſimam ſedem, priuilegia & honores omnes ſuper epiſcoporum creationibus, & iure ante [i] alios reſidendi, & cætera omnia, quæ ante noſtrum imperium vel nobis imperantibus habuiſſe dignoſcitur, habere in perpetuum firmiter regiæ vrbis intuitu iudicamus & ſancimus. Da. 16. Kal. Ian. Armatio v. c. [k] Conſſ. 476.

17. [l] Imp. *Anaſtaſius.*

PRiuilegia magnæ eccleſiæ Conſtantinopoleos [m], & ſub ipſa adminiſtratarum & ſuſtentatarum venerabilium domorum cuſtodiuntor. 1 ¶ Aliæ autem eccleſiæ & monaſteria & ptochia & xenodochia & orphanotrophia eiuſdem ciuitatis & confiniorum eius, & quæ ſub ordinatione epiſcopi eiuſdem ſunt, quique ab eo ordināt ur metropolitæ, aut qui ab illis, immobile quid aut ciuiles [n] panes ne alienanto, niſi vtilis ſit venditio aut hypotheca aut permutatio aut perpetua emphyteuſis, hoc eſt, quando pretium eius, quod venditur [o], aut mutuum, quod ſub hypotheca ſumitur, profuturum eſt ad liberationem debiti ex ſucceſſione contracti, aut ad vſus alios neceſſarios loco venerabili impendentes, aut ad aliam magis neceſſariam rem redimendam [p], aut ad imminentem venerabilis domus reſtaurationem. &, ſi permutationem [q] faciāt, eam faciant cum [r] re magis neceſſaria, & reditum non minorem eo, quod datur, habente, & emphyteuſim [ſ] quoq; [faciāt]

[a] *l. 22. j. de epiſcopis.* [b] *l. 6. s. eod.* [c] Leo intelligit Baſiliſcū, qui ferè biennio Orientis imperium tenuit, & in eo Chalcedonē ſe concilium ac Leonis tomum condemnauit, miſſis ad vniuerſos epiſcopos litteris, quas συλλαβὰς ἐγκυκλίυς Euagrius & Nicephorus vocant. Acacio patriarchę Cōſtantinopolitano multas ſubditas prouincias ademit, parumque abfuit quin ipſum expelleret. Suidas *in voce* βασιλίσκος. quēadmodum etiā multos Epiſcopos ex varijs vrbib. expulit. ſed opera Armatij, Baſiliſco expulſo, Zeno imperiū recepit v. *Nicephorum, Euagrium ſcholaſticum, Theodorum anagnoſtam, Zonaram, Procopium, Iordanum,* & hanc legem conſtituit, qua infirmantur acta Baſiliſci. De tyrannide Baſiliſci *adde l. vlt. j. de inceſtis.* De tyrannide Odenati v. *l. 4. Cod. de ingen. manumiſſ.* Auidij Caſſij *l. 7. j. ad l. Iul. maieſt.* his adde Bartoli tractatum de tyrannia: & Baldum hîc explicantem qui ſint tyranni v. *Cuiac. 3. obſeruat. 19.* [c] patriarcha Conſtantinopolitanus, de quo ſuperius dixi. [d] epiſtolas ἐγκυκλίυς intelligit de quibus dixi s. [e] id perpetrauit Baſiliſcus apud Antiochiam, Alexandriam, Epheſum, Tarſum, Chalcedonem, Hjerapolim, Cōſtantinam, Theodoſiopolim, Mopſueſtiam. [f] prærogatiuam vocat lex 6. s. *eod.* Ea adſidendi & procedendi ante alios fuit j. *eod.* vnde προεδρία etiam dicitur. Cedebat vni Romano Conſtantinopolitanus *Nouell. 131. c. 2.* Differt autem priuilegium Patriarchæ à priuilegio metropolitano. Sunt enim inferiores metropolitani patriarchis ſiue archiepiſcopis, ſuperiores tamen ſunt epiſcopis v. *Cuiac. hîc.* [g] adde Authent. caſſa & irrita s. *eod.* Hinc Baldus, Omnia facta tempore tyrannidis, iuſto domino aduenienie, caſſari debent. Baldus *hîc*, & Rolandus a Valle 1. *conſil. 4. num. 24. 25.* negant Tyrannum præſcribere poſſe dominium: ſeu dominium tyrannicum præſcribi poſſe. Eodem modo intruſi nunquam præſcribūt beneficium 12. *q. 2. c. alienationis.* minùs legitimè quæſita dignitas vel officium etiam non præſcribitur *l. 55. j. de decurionib. adde l. 11. j. de liberali.* [h] valent tamen emancipationes, donationes inſinuatæ, venditiones, ſententiæ, arbitria, compromiſſa, pactiones, profeſſiones, depoſita, & ſimilia tēpore tyrannidis facta, de quibus v. *l. 9. C. Theodoſ. de infirmand. his, &c. lib. 15. tit. 14.* Baldus *hîc*, etiam de ſtatutis proceſſibus & iudicijs & contractibus & teſtimonijs, de electionibus Prælatorum factis ſub tyrannide agit. [i] dixi de Patriarchio s. *eod.* [k] adde & Baſiliſco. ſed hic in faſtis omittitur vt tyrannus, & quòd eius memoriam damnauerit Zeno. Quod accidit etiam Eutropio ſub Arcadio & Honorio *l. 17. Cod. Theod. de pœnis:* & Heracliano, ſub Honorio, & Theodoſio *l. 13. Cod. Theod. de infirm. his quæ ſub tyran. geſta ſunt: l. 21. Cod. Theod. de pœnis: vide Cuiac. 3. obſer. 19. & 16. obſer. 14.* [l] Interpretatio Contij. [m] *vide l. 14. s. eod. Nouell. 7. in princip.* [n] πολιτικὴν σίτησιν. [o] Res Eccleſiaſtica vendi aut pignorari iuſtis de cauſis poteſt. [p] putà captiuos *Nouell. 120. c. 2.* [q] Res eccleſiæ permutari poteſt, ſi id Eccleſiæ vtile eſt. [r] Qui rem magis neceſſariam, aut reditus non minoris adquirit, non læditur. [ſ] Res Eccleſiaſtica in Emphyteuſim dari poteſt *Nouell. 7. c. 3.*

abſque

abſque reditus diminutione, aut de re ſeu poſſeſſione minus idonea [ſeu fœnea.][a] nam quę ob ſterilitatem damnoſa ſunt, donari[b] & concedi poſſunt. 2 ¶ Id verò, quod geſtum erit, non aliter valeat, niſi vna ex ſupradictis cauſis in actis manifeſtetur, Byzantij quidem apud Magiſtrum[c] cenſus, in prouincijs autem apud defenſores[d] [ciuitatum] propoſitis ſanctis ſcripturis[e], & pro eccleſijs quidem, præſentibus œconomis[f], & qui in his morantur clericis, pro monaſterijs autem præſentia requiritur Abbatum, & cæterorum monachorum, pro ptochijs verò adminiſtratoris, & miniſtrorum, & pauperum, pro xenonibus autem adminiſtratoris, & omnium, qui inuenientur, miniſtrorum gubernationis, & ſimiliter in orphanotrophijs obſeruatoris: ita vt obtineat, quod pluribus placuerit, conſentiente etiam epiſcopo locorum, in quibus conſuetum eſt fieri. Non valente Magiſtro cenſus aut defenſore ſe excuſare, quominùs ſuſcipiant ac comprehendant venerabilem domum, in qua talis conficitur actio indemniter, & defendant ipſam. ſubijciantur enim, ob prætergreſſionem, pœnæ auri librarum viginti. Et poſt hæc fiant inſtrumenta mentionem facientia cauſarum, & monumentorum confectionis, & appellationis[g] eorum, qui adfuerunt, & apud quem confecta ſunt. 3 ¶ Si quid autem ſupradictorum prætermiſſum fuerit: tam fœnerator,[h] quàm emptor excidat ipſa re & credito & pretio: qui verò in permutationem accepit, &[i] id, quod dedit, & id, quod cepit amittat: qui verò in emphyteuſin ſuper[k] propriam vitam accepit vel donationem vel conceſſionem prohibitam, reddit, quod accepit, & quantitatem alteram, quanti eſt id, quod datum eſt. 4 ¶ Locum autem habent prædicta & in futuris eccleſiaſticis rebus, & in præteritis[l], aut præſentibus. 5 ¶ Exiſtentibus autem rebus mobilibus extra[m] ſacra vaſa, & ſufficientibus ad dictas cauſas, ceſſet neceſſariarum immobilium rerum, & panum[n] tam alienatio quàm hypotheca.

18.[o] Imp. *Anaſtaſius.*

MAgna, &c. Conſtitutio adſignat magnæ eccleſiæ Conſtantinopoleos, ſeptuaginta librarum auri reditum, eam ob cauſam, vt ſcilicet exequiæ[p] ſine ſumptu & gratis fiant in vrbe Conſtantinopolitana, & vſq; ad nouos[q] muros, & Blachernas[r]. Nam Sycæ [ſeu Sycorum[ſ] tranſitus] pars ſunt ciuitatis. Statuit contra delinquentes, pœnam quinquaginta auri librarum.

*Valet donatio facta pijs locis, & pauperibus vſq; ad 500. aureos ſine inſinuatione.*

19. Imperator *Iuſtinianus* A. *Mennæ* P.P.

ILlud, quod ex veteribus legibus (licet obſcurè poſitis) à quibuſdam attentabatur, vt donationes[t] ſuper pijs cauſis factæ, licet minus in actis intimatæ[u] eſſent, tamen valerent, certo & dilucido iure taxamus. vt in alijs quidem caſibus iura vetera ſuper intimandis donationibus intacta maneant. ſi quis verò donationes vſque[x] ad quingentos ſolidos in quibuſcunque rebus fecerit vel in[y] ſanctam eccleſiam, vel in xenodochium, vel in noſocomium, vel in orphanotrophium, vel in ptochotrophium, vel in gerontocomium, vel in brephotrophium, vel in ipſos pauperes, vel in quamcumq; ciuitatem: iſtæ donationes

[a] ἢ παντελῶς ἀπορούντος. hinc fœnea poſſeſſio, ἄπορος τῆς κτήσις V. Nouell. 7. c. 12.
[b] Res eccleſiaſticæ interdum dari poſſunt, vel ſaltem non admitti *Nouell.* 7. c. 12.
[c] *de quo V. Nouell. Leo.* 44.
[d] *V. inf. de defenſoribus ciuitatum.*
[e] de hac conſuetudine alibi dicam.
[f] Nota de œconomo Abbate, & adminiſtratoribus ptochij, xenonij, & orphanotrophij.
[g] προσηγορίας.
[h] creditor, δανειστής.
[i] *adde l. 2. §. 4. ff. de adminiſtr. tut.*
[k] nota de emphyteuſi accepta, ὑπὲρ τὴν ἰδίαν ζωήν.
[l] *V. leg. 7. J. de legibus.*
[m] ſi res eccleſiaſticas vendi neceſſe eſt, inchoandum à mobilibus, exceptis vaſis ſacris, aut ſacra ſupellectile. nec igitur ſacra vaſa poterunt pignorari? Imò poſſunt apud Gallos, etiam à monacho ignorante, & inuito Abbate V. *Paponem* 1. *Arreſt.* 1. *Arreſt.* 8. 10.
[n] ciuilium ſcilicet V. *in princip. ſupr. eodem.*
[o] Interpretatio Contij.
[p] Exequiæ ſine ſumptu & gratis fieri debent V. *Nouell.* 59. *capitul.* 13. *quæſtion.* 2. *capit. quæſita. capitul. poſtquam, & ſequent.* V. *Tertull. cap.* 13. *Apologetici.*
[q] *de quibus V. leg. 8. infr. de operibus publicis.*
[r] nouum palatium Conſtantinopolitanum. vnde Blachernenſis portus, Blachernenſe templum. *Cedrenus in Michaele Balbo*, Blachernenſe ſuburbium *Nouell.* 159. malè eſt apud VVilelmum Tyrium 2. *de bello ſacro* 7. Blaſquema.
[ſ] Is locus hodie Pera appellatur V. *Nouell. 59. capitulo quinto.*
[t] quid in liberatione ſortis, non vſurarum? Quid in remuneratione iuris quæſiti, non quærendi? idem dicendum. At non idem in donatione facta, ob præmium emancipationis, & meritum ſpecialiter expreſſum, & confeſſione iudicialiter facta coram iudice inſinuationis. Quid ſi donator renunciauit inſinuationi, aut iurauit ratum habiturum donationem, non inſinuatam? hoc non proderit donatori: nam qui ita iurat aut renunciat, donat.
[u] id eſt, inſinuatæ.
[x] donatio eccleſiæ, vel pauperib. vſq; ad 500. aureos facta, valet, etiam non inſinuata. Iam fingamus ita donatum, 40. ex fundo A. ducenta ex fundo B. triginta ex fundo C. dono. Huiuſmodi donatio, eſtne [in]ſinuanda? Si coniunctas ſummas inſpicimus, erit inſinuanda, quod vult Bartolus & Baldus: ſin minus, non erit inſinuanda, quod vult Speculator. Prior ſententia vera eſt, idque propter actus vnitatem, & fraudis vitationem.
[y] nota piarum cauſarum genera.

etiam circa[a] actorum confectiones conualeſcant[b]. ſin verò amplioris quantitatis donatio ſit: (excepta[c] ſcilicet imperiali donatione) non aliter valet, niſi actis[d] intimata fuerit. nulli danda licentia, quacumq; alia cauſa, quaſi pietatis iure ſubnixa, præter[e] eas, quas ſpecialiter[f] expoſuimus, introducenda, veterum ſcita ſuper intimandis donationibus permutare. Dat. 528. Cont.

XX[g].

NEc[h] ex ſacra forma vel archiepiſcopi[i] iuſſu annona militaris ad oratoria vel clericos vel monaſteria transferatur, quaſi deficientibus numero corporibus.

20. Imp. *Iuſtinianus* A.

NEque[k] per ſacras formas, neque per iuſſionem magiſtratuum, licet transferre militares annonas ad pias domos, aut clericos.

*Vaſa & veſtes ſacræ non poſſunt alienari vel pignorari, niſi in redemptionem captiuorum.*

21. Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

SAncimus, nemini licere, ſacratiſſima[l] atque arcana vaſa, vel veſtes, cæteraque donaria, quæ ad diuinam religionem neceſſaria ſunt, (cùm etiam veteres leges ea, quæ iuris diuini ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerint) vel ad venditionem vel hypothecam vel pignus trahere: ſed ab his, qui hæc ſuſcipere auſi fuerint, modis omnibus vindicari tam per[m] religioſiſſimos epiſcopos, quàm per œconomos, necnon & ſacrorum vaſorum cuſtodes: nulla eis actione relinquenda vel ſuper recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt: ſed, omnibus huiuſmodi actionibus reſpuendis, ad reſtitutionem eorum omnibus modis coartari. ſin autem vel conflata ſunt vel fuerint, vel alio modo immutata vel diſperſa: nihilo minùs vel ad ipſa corpora, vel[n] ad ipſa pretia eorum exactionem competere ſiue per in rem, ſiue per condictionem, ſiue per in factum actionem: cuius tenor in multis & varijs iuris articulis ſæpè eſt admiſſus. excepta[o] videlicet cauſa captiuitatis, ‖& famis‖ in locis his, in quibus hoc (quod abominamur) contigerit. nam ſi neceſſitas fuerit in redemptione captiuorum, tunc & venditionem præfatarum rerum diuinarum, & hypothecam & pignorationes fieri concedimus: quoniam non abſurdum eſt, animas[p] hominum quibuſcunq; vaſis vel veſtimentis præferri. hoc obtinente non ſolùm in futuris negotijs, ſed etiam in iudicijs pendentibus.[q]

*Auth. ex Nouell.* 120. c. 10.

PRaterea ſi habeat eccleſia ſuperflua[r] vaſa, cum debitrix ſit, nec aliunde ſoluere poſſit: ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur: integra ea (geſtis habitis coram eo, cuius eſt loci ordinatio) vel alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata cuilibet alij vendantur, quo magis debitum perſoluatur. Qui autem acceperit hoc contra hanc obſeruationem: eiſdem pœnis ſubiaceat, quæ in rebus immobilibus ſunt prodita.*

*Eccleſiæ lucratiuam deſcriptionem non ſoluunt.*

22. Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

SAncimus, res ad venerabiles eccleſias, vel xenones, vel monaſteria, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel ptochotrophia, ‖vel noſocomia,‖ vel brephotrophia, vel denique ad aliud tale conſortium deſcendentes ex qualicunque curiali[ſ] liberalitate, ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa, ſiue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorum[t] inſcriptionibus liberas immuneſq; eſſe. lege ſc. quæ ſuper huiuſmodi inſcriptionibus poſita eſt, in alijs quidem perſonis ſuum robur obtinente: in parte autem eccleſiaſtica, vel aliarũ domuum, quę huiuſmodi pijs cõſortijs deputatæ ſunt, vigorẽ ſuum, pietatis intuitu, mitigãte. Cur enim[m] nõ faciamus diſcrimen[n] inter res diuinas & humanas? & quare nõ cõpetens pręrogatiua cœleſti fauori cõſeruetur? pro rebus ſacris ſui epiſcopatus.[n] Nota libellum, Peto rem, ſi extat, aliàs, ſi non extat æſtimationem.[o] *d. §. 8. d. c. 8. Nouell. 120. c. 10. adde 12. quæſt. 2. c. Auguſtino. c. Apoſtolicos. c. & ſacrorum. c. ſacrorum. c. ſicut: & quæſt. 3. c. Aurum eccleſia habet nõ vt ſeruet, & c. c. Gloria epiſcopi eſt, pauperum operib. prouidere, &c.* Ob eam cauſam Socrates narrat Acacium Amidenum epiſcopum conflaſſe vaſa omnia aurea & argentea, hoc clericis dicto palam, ὁ θεὸς ἡμῶν οὔτε δίσκων οὔτε ποτηρίων χρήσει, οὔτε γὰρ ἐσθίει, οὐδὲ πίνει, ἐπεὶ μὴ προσδεής ἐστιν. Cui ſimile eſt illud Alexandri Imperatoris, -- in ſacris quid facit aurum. *Perſius ſatyr. 2. in f. V. Cuiac. ad Nou. 7.*[p] i. vitam hominum, corpora.[q] *V. l. 7. J. de legib.*[r] Superflua vaſa eccleſiæ diſtrahi poſſunt *vt hic & Nou. 120. c. 10.*[ſ] *Nou. 131. c. 5. in f.*[t] *V. l. vn. J. de imponẽda lucrat. deſcr.* Lucratiui tituli ſunt, hęreditas, legatũ, fideicõmiſſum, donatio cauſa mortis, donatio inter viuos, dos, donatio propter nuptias: non emptio, non permutatio *V. Cuiacium ad d. l. vn.*[u] *l. 23. J. eodem.*

[a] citra *Hal.*
[b] niſi in fraudem alterius factæ: poſſunt enim reuocari, vtcunq; ſint inſinuatæ.
[c] *V. l. 34. J. de donat.*
[d] iudicis ordinarij, ſcilicet, cuius tamen decretum non eſt neceſſarium
[e] *V. Nouell.* 15. *cap.* 3.
[f] adde & redemptionem captiuorum, vt & eorum qui ſunt in carcere, quibus facta donatio, etiam vltra 500. ſolidos, valet ſine inſinuatione *l. 36. J. de donat.* Iura ſpecialia nõ debent extendi, niſi ad ſimilia, in quibus aut par, aut maior eſt ratio *l. 10. §. 6. ff. de excuſat. tuto.* (fallit hoc in odioſis *l. 2. J. de patribus*) tunc. n. non fit propriè extenſio, ſed ille caſus ineſſe de iure dicitur.
[g] 54. *Ecloga* 2. *ex libro* 5. *tit.* 1. *ca.* 10.
[h] Interpretatio Leũclaij.
[i] alij legunt ἀρχόντων. Cuiaci[o] legit ἀρχικῆς, 12. *obſ.* 28.
[k] Interpretatio Contij.
[l] *§. 8. Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. inf. de ſepulchro: Nouell.* 8. *c.* 8.
[m] Epiſcopus agere poteſt pro rebus ſacris ſui epiſcopatus.

1 ¶ Quam oportet non ſolùm in caſibus, quos futurum tempus creauerit, ſed etiam in adhuc pendentibus & iudiciali termino vel amicabili compoſitione necdum ſopitis obtinere. 2 ¶ Recitata ſeptimo[a] miliario huius inclytæ ciuitatis, in nouo conſiſtorio palatij Iuſtiniani.

*Eccleſia & ciuitas habent priuilegia circa præſcriptionem* 100.*annorum & habent hypothecariam & in rem actionem.*

23. Idem A. Iuliano P.P.

VT inter[b] diuinum publicumq; ius & priuata commoda, competens diſcretio ſit: ſancimus, ſi quis aliquam reliquerit hæreditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel donationis titulo aliquid dederit, vel vendiderit, ſiue ſacroſanctis eccleſijs, ſiue venerabilibus xenonibus, vel prochotrophijs, vel monaſterijs maſculorum vel virginum, vel orphanotrophijs, vel brephotrophijs, vel gerontocomijs, necnon iuri ciuitatum, vel donatorum, vel venditorum, vel relictorum eis ſit longæua exactio[c], nulla temporum ſolita prȩſcriptione coartanda. Sed & ſi in redemptionem captiuorum quædam pecuniæ, vel res relictæ, vel legitimo modo donatæ ſunt: & earum exactionem longiſſimam eſſe cenſemus. Et nobis quidem cordi erat, nullis temporum metis huiuſmodi actiones circumcludi. ſed ne videamur in infinitum hanc extendere: longiſſimum[d] vitæ hominum tempus eligimus: & non aliter eam actionem finiri concedimus, niſi † centum annorum curricula exceſſerint. tunc enim tantummodo huiuſcemodi exactionem euaneſcere ſinimus. Siue itaq; memoratis religioſiſſimis locis vel ciuitatibus hæreditas, ſiue legatum vel fideicommiſſum fuerit relictum, ſiue donatio vel venditio proceſſerit, in quibuſcunque rebus mobilibus, vel immobilibus, vel ſe mouentibus, ſiue pro redemptione captiuorum quædam fuerint derelicta, vel donata: ſit eorum penè perpetua vindicatio, & ad annos centum (ſecundum quod iam dictum eſt) extendatur: nulla alia exceptione temporis inhibenda, ſiue contra primas perſonas, ſiue contra hæredes vel ſucceſſores eorum moueatur. 1 ¶ In his autem omnibus caſibus non ſolùm perſonales actiones damus, ſed etiam in[e] rem, & hypothecariam, ſecundum noſtræ conſtitutionis tenorem, quæ legatarijs & fideicommiſſarijs hypothecariam donauit. & ſupradictis omnibus vnum tantummodo terminum[f] humanæ vitæ imponimus, id eſt, centum metas annorum. 2 ¶ Hæc autem omnia obſeruari ſancimus & in his caſibus, qui vel poſtea fuerint ‖nati‖, vel iam in iudicium deducti ſunt. D.D.N. Iuſtiniano. P.P.A. Coſſ. 528. Goth. 48.

*Auth. ex Nouell.* 131. c. 6.

QVas[g] *actiones aliàs decennalis, aliàs vicennalis, aliàs tricennalis præſcriptio excludit: hæ, ſi loco religioſo competant, quadraginta annis excluduntur: vſucapione trienniȷ, vel quadrienniȷ præſcriptione in ſuo robore durantibus, ſola*[h] *Romana Eccleſia gaudente centum annorum ſpatio vel priuilegio.*

24[i]. Imp. *Iuſtinianus.*

COnſtantinopolitana[k] eccleſia omnium aliarum eſt caput. 1 ¶ Iure colonario[l] facta conceſſio, irrita eſt in eccleſiaſticis, vtpote neq; iure cognita. 2 ¶ Si in actu magiſtratus Conſtantinopoleos, per ſe vel mediam perſonam a magna eccleſia immobile accepit: id, quod geſtum erit,

[a] Septimum miliariū, palatium, quod fuit in ſuburbio Conſtantinopoleos, in quo Iuſtinianus iuri dicundo nouum cōſiſtorium extruxerat: quod & ſimpliciter Septimum dicitur V. *Cuia.* 20. *obſ.* 3.

[b] V*ide l.* 22. ſ. *eod.* Porro, quod Auſonius ſic diſtinguit, Ius aliud ſacrū, publicum, & priuatum, ad διχοτομίαν reduci poteſt. Ius publicū vel priuatū. Publicum, aliud ſacrum, aliud in magiſtratibus V. *Cuiac.* 15. *obſ.* 33.

[c] Cur ita? quia recta, ſine traditione, dominium rerū emptarum, donatarum, legatarū, tráſit in Eccleſiam: dummodo tamen adquiſitionem adprobet. Poteſt enim Eccleſia abſtinere, & renunciare beneficio huius legis, V. *Molin.* 1. *conſue.* §. 22. *numer.* 133.

[d] *adde* §. 1. ĵ. *eod.* hinc colligunt nonnulli, quemlibet præſumi centū annis viuere. de qua præſumptione V. *Alciat.* 1. *præſumpt.* 44.

† Nouella 19. quæ ad occidentales Eccleſias pertinet, vt hæc ad orientales, hodie ſublata eſt. Huic præſcriptioni centum annorum, quadraginta annorum præſcriptio ſubſtituta eſt per Nouellam 111. *cap.* 1. & *Nouel.* 131. *cap.* 6. & ita quæ priuatis competunt actiones, excluduntur præſcriptione annorum triginta: quæ Eccleſijs 40. V*ide Cuiacium* 5. *obſ.* 5. & *ad Nouell.* 111. An hæc correctio etiam pertinet ad legata captiuorum redimendorum cauſa relicta? Theodorus in Nouella 111. negat pertinere. mouetur quòd id nominatim non eſt abrogatum, vt in Eccleſijs. verum id quoque abrogatum eſſe conſtat 3. *Baſil.* 5. *ca.* 3. V. *Cuiac. cap.* 34. *de præſcriptionibus.* [e] V. *l.* 1. 2. *infr. comm. de legatis.* [f]. V. *ſupr. eodem in princip.* [g] 16. *quæſtion.* 4. *cap. placuit.* §. *quas actiones.* [h] *Nouell.* 9. [i] Epitome interprete Contio. [k] Imò, non Conſtantinopolitana, ſed Romana *l.* 8. *ibi Reddentes honorem ſupr. de ſumma trinitate.* [l] παροικικῷ δικαίῳ. Ius παροικικὸν *de quo hic Nouell.* 7. *Nou. Leo.* 13. eſt libellaria, alia ab emphyteuſi. Libellaria vēditio fit ſcriptura interueniente, certo pretio: & hoc ampliùs, certa penſione cōſtituta, in annos ſingulos, & hac plerumq; lege, vt ſtato condictoq; tempore, cōtractus renouetur numerato certo pretio, vel arbitrario. Emphyteuſis non ſolet renouari, non mutato poſſeſſore. Eadem emphyteuſis ſub lege meliorandi prædij datur. Libellaria non item. Libellaria in perpetuum, emphyteuſis ad tempus. In libellaria aliqui interpretes volunt commiſſo locum eſſe poſt biennium, ſicut in locatione, in emphyteuſi poſt triennium, V. *Cuiac.* 1. *Feud.* 2. *fol.* 480.

irritum erit: & dabit eccleſiæ æſtimationem rei. Similiter & œconomus. Si verò & per alium modum perſuaſerit, aut coegerit peruenire ad ſe eccleſiaſticam rem: & id, per quod geſtum fuerit, infirmum ſit: & pro illo datum in perſonam eccleſiæ reſtituitur ipſi: & præterea ſubijcitur pœnæ viginti auri librarum ipſe, & ille, qui rem dedit, & qui accepit ob eam rem, quòd curauit fieri contractum: datum ipſi reddit duplum: & omnia adquiruntur eccleſiæ. 3 ¶ Vltra[a] viginti annos res immobilis eccleſiæ ne locator. 4 ¶ Solis locupletibus licet & oportet eccleſiaſticas res in emphyteuſim dare propter reſtitutionem aſpectus. Excedi autem non oportet vitam emphyteuſim capientis, &[b] duorum deinceps eius hæredum: neque releuari amplius ſexta parte ſeruati canonis in tempore traditionis. Si autem lædatur res inſtante tempore, expellitur, & damnum ſarcit. Si verò negligenter verſatus fuerit œconomus, aut minùs idoneis in emphyteuſim dederit: ipſe agnoſcat damnum.

XXV[c].

CHartularij[d] eccleſiæ magnæ, neque per intermediam perſonam poſſunt accipere rem immobilem ipſius per conductionem aut emphyteuſim aut alium modum. 1 ¶ Fiunt chartularij, præeunte libello, & ferente ſubſcriptionem tam patriarcha, quàm œconomo. 2 ¶ Et ſi quis ipſorum apparuerit ſurripuiſſe, aut tranſtuliſſe, aut alias inutilis eſſe: licet patriarchæ & œconomis, eum expellere de catalogo. 3 ¶ Fiunt autem ad ſcrinium Orientis, chartularij xv. ad Aſianæ xvi. ad Ponti xv. ad[e] domeſticorum, xv. ad Thraciæ, viii. ad Antiochi, vi. ad Calopodij, vi. ad expenſarum, x. ad legatorum, ix. 4 ¶ Et accipiunt ratione conſuetudinum, pro emphyteuticis quidem inſtrumentis, quinquageſimas[f], pro conductionalibus verò, & cæteris contractibus, centeſimam. 5 ¶ Si verò ſupra[g] præfatum numerum chartularius fiat, eijcitur & dat eccleſiæ xv. libras: & qui fecit illū, xx. 6 ¶ Cum inquiſitione diligenti œconomi diſcutiuntor, ſententia Patriarchæ, factam impenſam ab emphyteutis & conductoribus & adminiſtratoribus, vno quoque ex œconomis inquirēte in ſibi commiſſa adminiſtratione. reliquarum verò rationem inquirent ex iuſſione ſcripta Patriarchæ, qui rationibus ſubſcribet hoc, *Relegi*[h]. & quod extra hanc obſeruationem diſcuſſum fuerit, de domo ſua œconomi præſtabunt. 7 ¶ Imputatæ autem ſeu acceptolatæ impenſæ & illatarum pecuniarum accipiunt œconomi centeſimas[i]. qui autem plus accipit, & miniſterij chartularij & ſacra dignitate excidit. 8 ¶ Incontinenti oportet œconomos ſingulis menſibus, aut ad ſummum binis, rationes reddere apud arcarios[k]. ſin minus, periclitabuntur.

26. Imp. *Iuſtinianus* A. Iuliano P.P.

QVoniam in pleriſque nuper teſtamentis inuenimus eiuſmodi inſtitutiones, quibus ex aſſe quis ſcripſerat Dominum[l] noſtrum Ieſum Chriſtum hæredem, non[m] adijciens oratorium, aut templū vllum, aut ipſum Dominum Ieſum Chriſtum ex ſemiſſe vel alijs inæqualibus partibus, alium verò quempiam ex dimidia vel alia portione: iam enim in complura huiuſmodi teſtamenta incidimus: cum videremus multam exinde incertitudinem ſecundùm veteres leges exoriri, Nos hoc etiam emendantes ſancimus, ſi quidem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſcripſit quis hæredem vel ex aſſe vel pro parte maniſeſtè videri ipſius[n] ciuitatis vel caſtelli vel agri in quo cōſtitutus erat defunctus, eccleſiam ſanctiſſimam inſtitutam eſſe hæredem, & hȩreditatem peti debere per[o] Deo amantiſſimos eius œconomos ex aſſe, vel pro parte, ex qua hæres inſtitutus eſt. eodem obtinente, & ſi legatū, vel fidei cōmiſſum relictum ſit. vt ipſa competant ſanctiſſimis eccleſijs ad hoc quidem, vt ad pauperum[p] alimoniam conferant. 1 ¶ Si verò vnius ex archangelis meminerit, vel venerandorum martyrum, nulla facta ædis mētione: (quod quidem etiam nouimus a quodam factum, qui ex illuſtribus erat, & in omni verborum & legum doctrina ſpectatiſſimus) ſi[q] quidem aliquis ſit in illa ciuitate, vel vicinia

[a] Imò, vltra permittitur, *authētica perpetua* 14. *ſup. eod.*

[b] V. *Nouell.* 7. *cap.* 3.

[c] Epitome interprete Contio.

[d] de quibus dicam ĵ. *titu. de numerar. actuar. & chartul.*

[e] εἰς τὸ ἐνοίκιον. Sed Cuiacius legit, εἰς τὸ Αἰγύπτιον 12. *obſer.* 28.

[f] & alio caſu centeſimas ĵ. *eodem.* & §. 1. ĵ. *eod.*

[g] Chartularij ſupernumerarij eſſe non debent.

[h] ἀνέγνων. non abſimilis ſubſcriptio Imperatoria, de qua vide quæ notaui *ad conſtit. Iuſtin. de filijs liberorum in Africa.*

[i] de quibus *adde* §. 4. ſ. *eod.*

[k] de quibus dicam ad titulum de ſuſceptoribus, præpoſitis & *arcarijs inf.*

[l] ſic apud Gētiles, Dij hæredes inſtitui poterant *l.* 1. §. 5. *ff. ad leg. Falcid.* nec quidem omnes ſed certi V. *Vlpia.* 22. §. *deos* 6.

[m] hinc ratio dubitandi ſumitur. Videtur enim incerta inſtitutio, ideóque nulla. certū enim eſſe debet cōſilium teſtantis V*ide Vlp.* 22. §. 4.

[n] Si quid teſtator iuſſerit fieri in rē piam, nō adſcripto loco, in ea ciuitate fiet in qua teſtator domicilium habuerit *l.* 49. §. 2. ĵ. *de epiſcopis: Nouell.* 131. *c.* 9. *l.* 39. *in f. ff. de condit. & demon.* i. in Eccleſia, vt vocant parochiali. [o] Oeconomis competit actio ad petenda legata Eccleſiæ facta: œconomis reſpondent matricularij, Galli *margilliers.* [p] Res enim Eccleſiæ ad pauperes nō ad diuites, pertinent 16. *quæſt.* 1. *c.* V*lt.* [q] Ex hoc loco & ſequentib. nota, legatum D. puta Paulo deberi hoc ordine, Primùm parochiali, dein vrbano potius q̃ extraneo, aut vicinali, tū metropolitano. His deficientib. eccleſijs vrbanis alteri⁹ cognominis: & ita defectu certi tēpli, nunq̃ deficit tale legatū *adde l.* 20. ĵ. *de epiſc.* eius,

eius, venerabilis locus in honorem illius reuerendiſſimi archangeli vel martyris conſtructus, videri ipſum ſcriptum eſſe hæredem: ſi verò nullus talis locus eſt in illa ciuitate viciniáve eius, tunc venerabilia loca, quæ in metropoli eius ſunt, videri inſtituta. & ſi quidem in ipſa metropoli inuentus fuerit talis aliquis locus, illi proculdubio videri relictam vel hæreditatem, vel legatum, vel fideicommiſſum: ſi verò illic nullus talis locus apparet, denuò eccleſias, quæ in illo loco ſunt, capere id debere. ſanè ſanctiſſimis [a] eccleſijs omnes aliæ domus cedunt: niſi conſtet defunctum aliud nomen ſenſiſſe & voluiſſe adijcere, & aliud dixiſſe. nam tale quid accidiſſe & nos ſcimus in cuiuſdam Pontici teſtamento, & tunc etiam conſtitutum fuiſſe, vt contra [b] ſcriptum veritas obtineret. 2 ¶ Si autem teſtator certum locum non appoſuerit, multa [c] autem templa eiuſdem tituli aut nominis in illa ciuitate inuenta fuerint vel eius vicinia: ſi quidem in aliquo illorum defunctus frequenter [d] verſabatur, & maiorem erga illud habebat affectionem, [e] illi templo videri legatum relictum: ſi verò nihil tale inuenietur, maximè ei templo ex multis eiuſdem nominis videatur relictum legatum vel hæreditas, quod [f] eſt cæteris indigentius, & magis opis & eleemoſynæ egens. Dat. XIII. Kalend. Nou. CP. Lampad. & Oreſt. VV. CC. Conſſ. 530.

## DE EPISCOPIS, [g] ET CLERICIS [h] ET orphanotrophis, [i] & xenodochis, [k] & brephotrophis, [l] ptochotrophis, [m] & aſcetrijs, [n] & [o] monachis, [p] & priuilegijs [q] eorum, & caſtrēſi peculio, [r] & de redimendis [s] captiuis, & de nuptijs [t] clericorum vetitis ſeu permiſſis,

### TIT. III.

1. Imperator *Conſtantinus* A. clericis ſalutem dicit.

IVXTA ſanctionem, [u] quam dudum meruiſtis, & vos & mancipia [x] veſtra nullus nouis [y] collationibus obligabit: ſed vacatione gaudebitis: præterea neque hoſpites [z] ſuſcipietis. † Dat. VI. Kal. Sept. Placido & Romulo Conſſ. 343.

*Clerici ad munera ſordida non vocantur.*

2. Imp. *Conſtantinus* A. ‖& *Iul. Caſ.*‖ Felici epiſc.

OMnis [a] à clericis indebitæ conuentionis iniuria, & iniquæ [b] exactionis repellatur improbitas. nullaq́; conuentio ſit contra eos munerum ſordidorum. & cùm negotiatores [c] ad aliquam præſtationem competentem vocantur, ab his vniuerſis iſtiuſmodi ſtrepitus conquieſcat. Si quid enim vel parſimonia, vel prouiſione, vel mercatura [d] (honeſtati tamen conſcia) congeſſerint: id in vſum pauperum atque egentium miniſtrari oportet. ad id, quod ex eorundem ergaſterijs [a] vel tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis exiſtiment lucrum. 1 ¶ Verumetiam hominibus [b] eorundem, qui operam in mercimonijs habent, diui principis genitoris mei ſtatuta multimodâ obſeruatione cauerūt, vt ijdem clerici priuilegijs pluribus redundarent. 2 ¶ Itaque extraordinariorum munerum à prædictis neceſſitas atque omnis moleſtia conquieſcat. 3 ¶ Ad parangariam [c] quoque præſtationem non vocentur, nec eorundem facultates atque ſubſtantiæ. 4 ¶ Omnibus clericis huiuſmodi prærogatiua ſuccurrat, vt [d] & coniugia [e] clericorum ac liberi eorum quoque, ‖&‖ miniſteria, id eſt, mares pariter ac fœminæ, eorumq́ue etiam filij ‖& filiæ‖ immunes ſemper ab huiuſmodi muneribus perſeuerent. Dat. IX. Id. Decemb. Med. Lecta V. Kalend. Ian. apud acta, Conſtantio A. IX. & Iuliano Cæſ. II. Conſſ. 357.

*Noua conſtitutio Friderichi Imperatoris de ſtatu. & conſuet. contra lib. eccle. coll. x. §. item nulla.*

*ITem nulla communitas, [f] vel perſona publica, vel priuata, collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, eccleſiis, vel aliis piis locis, aut Eccleſiaſticis perſonis imponere, aut inuadere eccleſiaſtica bona præſumant, quod ſi fecerint, & requiſiti ab [g] eccleſia vel imperio, emendare contempſerint: triplum [h] refundant: & nihilominùs bona imperiali banno [i] ſubiaceant: quod abſque [k] ſatisfactione debita nullatenus remittatur.*

3. Idem A. & Cæſ. ad Taurum præfectum prætorio.

DE his clericis, qui prædia poſſident, ſublimis auctoritas tua [l] nō ſolùm eos aliena iuga nequaquàm ſtatuet excuſare: ſed etiam pro his prædijs, quæ ab ipſis poſſidentur, eoſdem ad penſitanda fiſcalia [m] perurgeri. vniuerſos namque clericos poſſeſſores dumtaxat prouinciales, penſitationes fiſcalium, tranſlationéſque [n] faciendas recognoſcere iubemus. Data epiſtola prid. Kal. Iul. Med. Conſtantio A. x. & Iul. 3. Cæſ. Conſſ. 360.

*Officiales non redditis rationib. adminiſtrationis ſuæ non poſſunt fieri clerici.*

4. Idem A. ad Taurum P. P.

OFficiales [o] rationales, [p] ſi, exhibitione curſus ſeu primipili [q] neceſſitate neglecta, interuerſa etiam ratione fiſcali, ad clericatus honorē putauerint transeundum, ad priorem conditionem retrahantur. Si verò obnoxij [r] ratiocinijs vel neceſſitatibus non ſint: ſub notione iudicum, officijs conſentientibus, ſi probabilis vitæ ſtudium id poſtulauerit, transferantur, nec ceſſionem metuant facultatum. Quòd ſi clandeſtinis artibus putarint irrependum: duas partes ſuarum rerum concedant liberis, aut, ſi proles defuerit, propinquis, ex propria ſubſtantia portionem tertiam ſibimet retenturi. Sin verò propinquorum neceſſitudo defuerit: geminæ portiones officijs, in quibus militant, relinquantur, portione tantummodò tertia ſibi retenta. Dat. IIII. Kal. Sept. Tauro & Flor. Coſſ. 361.

*Auth. ex Nouell. 123. cap. 15.*

*SEd † neque curialem aut officialem, clericum fieri permittimus: ne ex hoc venerabili clero fiat iniuria [l]. Si verò tales perſonæ in clero conſtituantur: tanquam nec ad ordinationem perductæ, propriæ fortunæ reſtituantur: niſi monaſticam forſitan vitam aliquis eorum non minùs quindecim annis impleuerit: tales enim ordinari præcipimus, quarta propriæ ſubſtantiæ ſibi retenta, reliquis partibus curiæ & fiſco vindicandis, ſi in clero conſtituti monaſticam & decentem vitam impleuerint. 1. ¶ Sed ſi poſt clericatus honorem aliquis eorum vxorem aut concubinam acceperit, propriæ fortunæ reddatur, licèt*

[a] nota ſententiam. [b] V. l. 4. j. de teſtamentis. [c] Ambiguitas tollenda quantum fieri poteſt, vt ctus ſit in tuto V. l. 22. ff. de reb. dub. [d] Cur ita? Ea quæ ſunt cōſuetudinis & amoris, conſiderari oportet l. 31. §. 20. ff. de adilitio: l. 50. in f. ff. de leg. 1. [e] Ex frequenti conuerſatione, maior affectio colligitur l. 4. j. de caſt. pecul. [f] In dubio, fauendū pauperiori, Nouell. 131. c. 9. in f. l. 49. §. 5. j. tit. prox. [g] 16. Codic. Theodoſ. 2. Nouell. 123. Idem primicerij presbyterorum, apices & principes omniū, Optato, adde l. 6. j. tit. prox. Et ijdem ſacerdotes dicuntur 3. Ecloga 1: & l. 7. l. 18. j. eod. [h] 3. Ecloga 1. Clerici dicūtur, qui diuino cultui miniſteria religionis impendunt l. 2. Cod. Theodoſ. de epiſcopis: quæ lex extat apud Euſebium X. Huiuſmodi ſunt presbyteri, diaconi vtriuſque ſexus, ſubdiaconi, archidiaconi, lectores diuinæ ſcripturæ, exorciſtæ, oſtiarij, pſaltæ: & Hermiæ *lib. 5.* ὑποβολεῖς, i. monitores vel potius interpretes, vt apud Nicætam, qui omnes etiam miniſtri diuinę legis in conſtitutionibus dicuntur. ab ijs ſeparantur iuuenes, ceu acoluthi *v. l. 6. j. eod.* Parabolani, *v. Cuiac. ad Nouell. 3.* Qui nullum habent clericorum σχῆμα plebei appellantur, & laici, *Lays.* Tertullianus, Differentiam, inquit, inter ordinem & plebem conſtituit Eccleſiæ authoritas. [i] orphanotrophijs, xenodochijs, aſceterijs, *Hal.* & malè. nec enim hîc agitur de rebus (de quibus dictum eſt titulo ſuperiori) ſed de perſonis. Qui ſint orphanotrophi *v. l. 32. j. eodem* [k] qui aduenas excipiunt *l. 49. §. 3. j. eod.* [l] qui infantes, recentéſque à partu expulſos, aut carentes parentibus natos alebant *l. 19. l. 22. ſ. titul. prox. Enfans trouuez.* Plurima in eum finem Lutetiæ loca conſtituta ſunt. [m] *d. l. 19. d. l. 22.* ij pauperes alunt. [n] id eſt, deuotis, ſacris meditationibus. quod inſtitutum Maiorianus *Nouell. de ſanctim. & viduis:* vocat philoſophiam. vocatur à Nazianzeno & Hermia μοναχικὴ φιλοσοφία, *vide Cuiac. hîc.* [o] alij ſunt enim monachi ab aſcetrijs, vt aſceterium aliud à monaſterio *l. 54. j. eodem.* [p] de quibus *vide l. 26. j. de decurionibus.* [q] *l. 37. §. 7. j. eod.* [r] *l. 20. l. 50. j. eodem: Nouell. 113. cap. 19.* [s] *l. 28. l. 46. §. 1. j. eod.* [t] *l. 2. §. 4. l. 19. j. eod.* [u] *l. 5. ſ. tit. prox.* [x] id eſt, familia. de qua *vide hîc Bald.* [y] *16. quæſt. 1. cap. generaliter, §. nouarum.* id eſt, extraordinarijs *l. 2. §. 2. j. eod.* [z] *§. 1. in fi. extra de iure immunit.* † id non ſeruatur in Gallia. *Bugn. au traité des loix abrogees.* [a] *16. Cod. Theod. 2. l. 2. l. 14.* [b] illicitæ, *2. feud. 53. §. 1. in fine.* [c] hinc colligit Baldus, Clericos immunes à tributis venditioni bonorum impoſitis. [d] Clerici non remouentur a mercatura honeſta.

[a] officinis. atqui neutrū clerico habere licet 44. *diſtinct. cap. nullo.* [b] i. miniſtris. Galli *Buticulos* vocant. Hominū vocabulo qui intelliguntur *v. l. 1. j. de commerciis. 16. C. Theodoſ. 2. l. 10.* [c] de qua alibi dixi *adde d. l. 10.* [d] Parentibus conceſſæ immunitates, ad eorum liberos porriguntur. An etiam poſt mortem patris? negat Baldus hîc. [e] Clerici olim cōiugati. [f] Communitas delinquere poteſt. [g] Hinc colligunt, ratione delicti Laicū ſortiri forum eccleſiaſticū. [h] Imò, duplū *2. feud. 53. §. 1. verſ. illicitas.* [i] Banniti bona confiſcari, vt ſæpiùs ſolent. [k] ex contrario collige, Bānitum relaxari poſſe ex iuſta cauſa. [l] Ratione cēſuum & tributorum perſonæ eccleſiaſticæ conueniri debent apud iudicem laicum, *adde l. 10. j. de annonis: l. 12. j. de palatinis ſacrar. largit.* [m] realia ſc. non perſonalia. [n] de quibus alibi dicam. [o] Beneficiarij vel officiales rationales, &c. *l. 7.* Cod. Theodoſ. de cohort. vide *cap. vn. extra de obliga. ad ratio.* [p] καθολικιανοί. *Auctor Paratili communicatus, Cuiacio à Petro Fabro, vt ille teſtatur ad legem 5. j. de iure fiſci:* officiales procuratoris Cæſaris. Nam procurator ipſe catholicus ſæpe appellatur *vide Cuiaciū ibid: adde l. penul. j. de bon. proſcr.* [q] *adde l. 27. j. eo. Nouell. 123. ca. 1.* [r] Rationibus reddendis obnoxius inutiliter fit clericus. † hoc non obſeruatur in Gallia: nam & cancellarij ſacerdotes eſſe poſſunt. quin & Curiales ingreſſuri monaſterium de ſua ſubſtantia poſſunt teſtari. *Pet. de bella Pertica, qu. 238. Reb. in proœmio conſtit. gloſſ. 5. nu. 25.* [ſ] Clero fit iniuria, ſi indignus ad clericatum admittatur.

*tali eccleſiaſtico gradu tenebatur, in quo quis conſtitutus vxorem ducere non prohibetur. Idem eſt & in omnibus alijs monachis, licèt nulli fortunæ priùs ſubiecti fuerint. Et generaliter quicunque in quolibet eccleſiaſtico gradu conſtitutus, ad [a] ſecularem vitam redierit: honore nudatus, curiali fortunæ propriæ ciuitatis reddatur.*

5. Imp. *Iouinian.* A. Secundo præfecto præt.

SI quis non dicam rapere, ſed attentare † tantùm iungendi cauſa matrimonij ſacratiſſimas virgines auſus fuerit: capitali pœna feriatur. Dat. XI. Kal. Mart. Gratiano. A. III. & Merobaude Coſſ.

6. Imperatores *Valentinianus, Valens, & Gratianus.* AAA. ad Cataphronium.

PResbyteros [b], diaconos [c], ſubdiaconos, [d] atque exorciſtas, [e] & lectores [f], oſtiarios, [g] ‖& acolythos [h] ‖ etiã, perſonalium munerum [i] expertes eſſe præcipimus. Dat. III. Non. Mar. Gratiano. A. IIII. & Merobaude Coſſ. 377.

*Pars actorum habitorum in conſiſtorio apud Imperatores Gratianum, Valentinianum, & Theodoſium, conſulatu Syagrij & Eucherij virorum clariſſimorum, die III. Kalen. Ianuar. Conſtantinopoli in conſiſtorio.*

7. Imp. *Theodoſius dixit,*

NEc † honore [l], nec legibus epiſcopus [m] ad teſtimonium‖dicendum‖flagitetur. Item dixit, Epiſcopum ad teſtimonium dicendum admitti nõ decet. nam & perſona oneratur, & dignitas ſacerdotis [n] exempta confunditur.

*Auth. ex Nouell. 123. c. 7.*

*SEd iudex mittat ad eos quoſdam de ſuis miniſtris: vt propoſitis † ſacroſanctis euangelijs, ſecundùm quod decet ſacerdotes, dicant ea, quæ nouerint, non tamen iurent.*

*Presbyteri occaſione teſtimonij non torquentur: puniuntur tamen ſi falſum dixerint.*

8. Idem A. Paulino præfecto Auguſtali.

PResbyteri citra iniuriam quæſtionis [o] teſtimonium dicant: ita tamen, vt falſa non ſimulent. Cæteri verò clerici [p] qui [q] eum deinde gradum vel ordinem ſequuntur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt, audiantur. ‖vt‖ ſalua tamen ſit litigatoribus falſi [r] actio, ſi fortè presbyteri, qui ſuo nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quòd nihil metuant, vera ſuppreſſerint. multo magis [ſ] enim pœna digni ſunt, quibus cùm plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, occulto inueniuntur in crimine. Dat. VIII. Kal. Aug. Arcad. A. & Bautone Coſſ. 385.

*Auth. ex Nouell. 123. c. 20.*

*PResbyteri ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium perhibuiſſe conuincantur ſi quidem in cauſa pecuniaria, à diuino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati, monaſterijs pro tormentis tradantur. ſed [a] ſi in criminali: clericatus honore nudati, legitimis pœnis afficiendi ſunt. Cæteri verò clerici, communi iure ab officio eccleſiaſtico repulſi, ſine delectu cauſæ verberibus coerceantur.*

9. Impp. *Valentinianus, Theodo. & Arcad.* AAA. Tatiano PP.

NVlla, niſi emenſis quinquaginta † annis, ſecundùm præceptum apoſtoli, ad diaconiſſarum conſortium transferatur. Dat. XI. Kalend. Iul. Mediolani, Valentiniano. A. IV. & Neotherio Coſſ. 390.

*Auth. ex Nouell. 13. c. 123.*

*PResbyterum minorem † xxxv. annis fieri non permittimus. ſed neque diaconum, vel ſubdiaconum, minorem xxv. neque lectorem minorem annis vxiij. Item epiſcopum minorem annis xxxv. ordinari prohibemus.*

*Auth. ex Nouel. 123. cap. 13.*

*DIaconiſſam in ſancta eccleſia non ordinari præcipimus, quæ minor ſit annis quadraginta [b], aut ſi ad ſecundas [c] peruenerit nuptias.*

*Irruens in eccleſiam vel miniſtros eius capitaliter punitur.*

10. Imperatores *Arcadius & Honorius,* AA. Theodoro præfecto prætorio.

SI [d] quis in hoc genus ſacrilegij proruperit, vt in eccleſias catholicas irruens [e], ſacerdotibus & miniſtris, vel ipſi cultui [f], locóque aliquid importet iniuriæ: quod geritur, à prouinciæ rectoribus animaduertatur: atque ita prouinciæ moderator, ſacerdotum & catholicæ eccleſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius, & diuini cultus iniuriam capitali in conuictos ſeu confeſſos reos ſententia nouerit vindicandum: nec expectet, vt epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. Sítque cunctis [g] laudabile, factas atroces ſacerdotibus, aut miniſtris iniurias, veluti [h] crimen publicum, perſequi, ac de talibus reis vltionem mereri. Quòd ſi multitudo violenta, à ciuilis apparitoris [i] executione & adminiculo ordinum‖ vel ordinatorum‖ poſſeſſorúmve non poterit flagitari, quòd ſe armis aut locorum difficultate tueatur: præſides prouinciarum etiam militari [k] auxilio per publicas literas appetito, competentem vindictam tali exceſſui imponere non morentur. Dat. VII. Calend. Maij, Mediolani, Honorio III. & Eutychiano Coſſ. 398.

*Auth. ex Nouell. 123. c. 31.*

*SEd nouo iure pro tali iniuria verberatur, aut in exiliũ mittitur. Sed ſi ſacra [l] miniſteria turbauerit, vel celebrare prohibuerit: capite [m] puniatur. Idem eſt & in litanijs [n] nam pro iniuria verberatus, exilio tradatur. ſi eas concuſſerit, capite plectatur. Laicis [o] facere litanias interdicimus ſine clericis: quæ ſine orationibus & cruce fieri non debent.*

11. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

IN eccleſijs, [p] quæ in poſſeſſionibus (vt fieri adſolet) diuerſorum, vicis etiam vel quibuſlibet locis ſunt conſtitutæ, clerici non [q] ex alia poſſeſſione, vel vico,

---

[a] Apoſtata nõ fruitur beneficio clerici *Bald.* † V. *l.* 20. ȷ. *de furtis: l. vn.* ȷ. *de raptu:* hac lege punitur conatus. ꝗ in Gallia non ſeruatur, Rebuffus *d. loco num.* 28. *ad* 31. *De ea re dixi ad l.* 18. *ff. de pœnis.* Fatetur tamen Rebuffus *ib. nu.* 31. puniri multa pecuniaria, quin & interdum capitali. *adde Belloniſanũ* 1. *c.* 13. *Cuiac.* 5. *obſer.* 25. *l.* 1. *ff. de extraordi.* [b] de quibus dicam *ad l.* 8. ȷ. *eod.* [c] de quibus vide Duarenũ 1. *de ſacris Eccle. miniſt.* 12. [d] V. *Duar.* 1. *de ſacris* 14. [e] V. *Duar. ib.* [f] *Vide Duar. ibid.* [g] V. *Duar. ib.* [h] qui & iuuenes *l.* 10. *C. Theodoſ. eod.* Corruptè hîc, iunguntur clericis, è quorum numero nõ ſunt *l.* 24. *Co. Theo. ibi.* cereos & funalia deferebant. vetãtur cerarium exigere ab hęredibus defunctorũ *Nouel.* 59. De acolythis v. *Duar.* 1. *de ſacris* 14. [i] *l.* 52. ȷ. *eo.* 3. *Eclog.* 1. *c.* 1. † In Gallia Epiſcopi etiam teſtimonium ferre, ſicut laici coguntur. non tamen iurant tactis Euangelijs, ſed poſita ad pectus manu. Fieri etiam poſſunt periuri v. Rebuffum in *proœmio conſt. glo.* 5. *nu.* 27. [l] i. nec volens nec inuitus, ſed domum mittitur, vt fit in *l.* 2. §. 1. ȷ. *de iure. prop. calu.* [m] hoc ſpeciale. Nam reliqui cogi poſſunt *l.* 7. ȷ. *de teſtib.* [n] i. Epiſcopi, cui ſacerdotis nomen ſæpius tribuitur *l.* 18. ȷ. *eo.* interdum clericis & omnibꝰ Chriſtianis. Tertullianus, Chriſtus ſacerdotes nos Deo & patri fecit V. *Cuia. hic.* † hoc non ſeruatur in Gallia vt ſ. dixi. [o] Presbyteri, ratione teſtimonij, torqueri nõ debent 11. *Cod. Theod.* 39. *l.* 9. [p] Clerici torqueri poſſunt. [q] Hinc collige, Presbyteros ſuperiorem inter clericos locum obtinere. apoſtolorum vice ſunt, vt legimus, ἐν διαταγαῖς eorundem: eíſque nõ minus quàm epiſcopis incumbit ius annunciandi verbi σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος, & Paulo κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ: epiſcopis proximi *l.* 5. *Cod. Theod. de hæret.* V. *Cuiac. hic.* Video Petrum vocari συμπρεσβύτερον 1. *Pet.* 5. *ver.* 1. Paulus ad presbyteros Epheſios *act.* 20. *ver.* 17. 28: Vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos ad regẽdam Eccleſiam Dei: & *Tito ver.* 5. 6. Reliqui te in Creta, vt oppidatim conſtituas presbyteros, &c. Oportet. n. epiſcopum inculpatum eſſe. Presbyteri orabant pro infirmis, ab eis accerſebantur, vngebant eos oleo, *Iacò.* 5. *ver.* 9. Aduerſus eos accuſatio non facilè admittebatur *Paul.* 1. *ad Timoth.* 5. *ver.* 17. 19. Duarenus exiſtimat Cardinales olim fuiſſe presbyteros, non quoſuis, ſed qui in maiore Eccleſia, quam cathedralem dicimus, rem diuinam cum epiſcopo ſuo facerent 1. *de ſacris* 13. [r] Presbyteri falſi teneri poſſunt. [ſ] Quo quiſque honoratior, eo grauiùs punitur, ſi deliquit. Imò mitiùs *l.* 28. *inf. ff. de pœnis.*

[a] nota pœnã presbyteri, vel diaconi falſum dicentis. † olim ſexaginta *Paulus* 1. *ad Timoth.* 5. *verſicul.* 9. quinquaginta vt hic, & *Nouel.* 6. *cap.* 5. *Chalcedonenſis Synodus c.* 15. *Sexta Synodus in Trullo c.* 14. hodie quadraginta *Nouel.* 123. *cap.* 12. & ſic vtraque diſcedit à prę cepto Apoſtoli. † hodie id non obſeruatur. poſſet enim quis admitti ad ſubdiaconatum anno 18. ad diaconatum anno 20. ad ſacerdotium 25. *Clementina vbi de ætate.* Ad epiſcopatum anno 27. apud Gallos. *Vide Rebuffum in proœm. conſti. gloſſ.* 5. *numero* 32. [b] *dixi ad l.* 9. ſ. *eod.* [c] de pœnis ſecũdarum nuptiarum alibi dicam. [d] 16. *Codic. Theod.* 2. *l.* 31. [e] præſertim cum diuina myſteria & ſacri cultꝰ peraguntur 60. *Ecloga* 31. & *lib.* 3. *titul.* 1. *cap.* 43. [f] vel in ipſo cultu. *Haloand. adde Nouell.* 123. *cap.* 31. [g] Iniuria eccleſiæ vel miniſtro facta, poteſt à quouis in iudicium deduci. [h] Iniuriam facere miniſtro, crimen eſt publicum. [i] apparitionis. [k] *Vide l.* 68. *ff. de rei vindic.* [l] τὰ θεῖα μυστήρια, καὶ τὰς θείας λειτουργίας *Eclog. d. loco.* [m] *Ecloga d. loco.* [n] ἐν ταῖς λιταῖς, id eſt, ſupplicationibus. Litaniæ *l.* 5. ȷ. *de hæreticis:* δημοσία πρόσοδος *Nouel.* 67. Litaniarum vſus à Mamerco in Gallia repertus. [o] nota vt litaniæ olim fierent. [p] 16. *Cod. Theodoſ.* 2. *l.* 33. [q] hinc Galli colligunt, Extraneos beneficiorum (eorum præſertim quibus animarum cura conceſſa eſt) in Gallia non eſſe capaces. *Vide conſtitut.* Caroli 7. *anno* 1431. Hinc Innocentius Tertius *in cap. Bonæ* 4. § *intelleximus de poſtulat.* Ideo, inquit, non poteramus, ſalua conſcientia, in alia perſona, quæ de regno Hungariæ originem duceret, congruè prouidere: nec vellemus ei præferre alienum: *adde cap. nullus inuit.* 61. *diſtinct. adde* 71. *diſtinct. & cap. quoniam in plerisque de offic. ordinarij: & cap. vlti. de cler. peregr. ibi* Catholicum *præſentem nationibus illis conformem: gloſſ. in proœm. Pragmat. in verbo exterorum:* Papon. 3. *Notar.* 6. *cap.* des lettres de Naturalité: de quibus, vt & de iure Albinagij dicam *ad leg. vnic.* ȷ. *non licere habitat. metrocom.* Poſſis addere hoc hodie non obſeruari in Gallia ab eo qui Naturalitatis, vt vocant, literas à rege impetrauit.

vico, ſed ex eo, vbi eccleſiam eſſe conſtiterit, ordinentur, vt propriæ capitationis onus ac ſarcinam recognoſcant. ita vt, pro magnitudine vel celebritate vniuſcuiuſque vici, eccleſijs certus,[a] iudicio epiſcopi, clericorum numerus ordinetur. Dat. 3. Kal. Aug. Minizo, Honor. A. 4. & Eutychiano Coſſ. 398.

*Prohibitus fieri clericus reuocatur in priſtinum ſtatum per manus iniectionem.*

12. Iidem AA. Eutychiano præfecto prætorio.

SI quis curialis,[b] clericus fuerit ordinatus, nec ſtatim conuentione pręmiſſa, priſtinæ conditioni reddatur: is, vigore & ſolertia iudicãtium, ad priſtinam ſortem, veluti manu iniecta, mox reuocetur[c] clericis enim vlterius legem[d] prodeſſe non patimur: quæ, ceſſione patrimonij ſubſecuta, decuriones clericos eſſe non vetabat. Dat. 6. K. Aug. Minizo. Hon. A. 4. & Eutychiano Coſſ. 398.

13. Iidem AA. Fidiano vicario.

SI venerabilis eccleſiæ priuilegia[e] cuiuſquam fuerint vel temeritate violata,[f] vel diſſimulatione neglecta: commiſſum ‖ hoc ‖ quinque librarum auri condemnatione plectetur. Dat. 7. Kal. Iul. Brixiæ, Theodoro V.C. Coſſ. 399.

*Noua conſtitutio Friderichi de ſtatu. & conſuetu. contra li. eccle. §. item quæcumque. coll. x.*

*ITem quæcumque communitas[g], vel perſona, quæ annum in excommunicatione propter libertatem eccleſiæ fractã & violatam perſeuerauerit, ipſo iure imperiali banno ſubiaceat: à quo nullatenus extrahatur, niſi[h] prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento.*

14. Iidem AA. Hadriano P.P.

QVicumque, reſidentibus[i] ſacerdotibus, fuerit epiſcopali loco vel nomine detruſus[k], ſi aliquid contra cuſtodiam vel quietem publicam moliri fuerit deprehenſus, rurſusque[l] petere ſacerdotium, à quo videtur expulſus: procul ab ea vrbe, quam conturbauerit, centum millibus vitam agat, nec noſtra adeat ſecreta, nec impetrare reſcripta ſperet, ſed etiam impetratis careat: defenſoribus[m] etiam eorum ‖ noſtram ‖ indignationem ſubituris. Dat. Prid. Non. Feb. Rauen. Stilichone & Aureliano Coſſ. 400.

*Auth. ex Nouell. 123. c. 11.*

*SI quis epiſcopus ſacerdotio pulſus, præſumpſerit ingredi ciuitatem, ex qua pulſus eſt, relinquens locum, in quo degere iuſſus eſt: iubemus, hunc monaſterio in alia regione conſtituto tradi: vt, quæ in ſacerdotio deliquit, in monaſterio degens corrigat.*

15. Iidem AA. Studio præfecto vrbi.

COnuenticula[n] illicita[o] etiam[p] extra eccleſiam in priuatis ædibus celebrari prohibemus: proſcriptionis[q] domus periculo imminente, ſi dominus eius in ea clericos noua ac tumultuoſa[r] conuenticula extra eccleſiam celebrantes ſuſceperit. Da. 4. Kal. Septemb. CP. Honorio A. 6. & Ariſtæneto Coſſ. 404.

16. Impp. *Honor. & Theodoſ.* AA. Anthemio P.P.

QViſquis cenſibus[ſ] fuerit annotatus: inuito agri domino, temperet, ab omni clericatu: adeo vt, etiam ſi in[t] eo vico, in quo noſcitur manſitare, clericatus fuerit, ſub hac lege religioſum adſumat ſacerdotium, vt & capitationis ſarcinam per ipſum dominum agnoſcere compellatur, & in ruralibus obſequijs, quo maluerit, ſubrogato vtatur: ea ſcilicet immunitate indulta, quæ certæ capitationis venerandis eccleſijs relaxatur. nullo contra hanc legem vmquàm valituro reſcripto. Dat. ** Honorio A. 8. & Theod. A. 3. Coſſ. 409.

17. Iidem AA. Maximo P.P.

PLacet noſtræ clementiæ, vt nihil commune clerici cum publicis actionibus,[u] vel ad curiam pertinentibus, ‖ cuius corpori non ſunt annexi ‖, habeant.
1 ¶ Præterea his, qui parabolani[x] vocantur, neque ad quodlibet publicum ſpectaculum[y] neq; curiæ locum, neque ad iudicium accedendi licentiam permittimus: niſi fortè ſinguli, ob cauſas proprias & neceſſitates iudicem adierint, aliquem pulſantes lite, vel ab alio ipſi pulſati, vel ‖ in communes totius corporis cauſas ‖ ſyndico ordinato: ſub ea definitione, vt, ſi quis eorum hæc violauerit, & breuibus parabolanis eximatur, & competenti ſupplicio ſubiugetur, nec vmquàm ad eandem ſollicitudinem reuertatur. Dat. 3. Kalend. Octob. CP. Theo. A. 7. & Palladio Coſſ. 416.

*Auth. ex Nouell. 123. c. 10.*

*INterdicimus ſanctiſsimis epiſcopis, & presbyteris, diaconis, & ſubdiaconis, & lectoribus, & omnibus alijs cuiuslibet ordinis venerabilis collegij aut ſchematis conſtitutis, ad[a] tabulas ludere, aut alijs ludentibus participes eſſe, aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpectaculum[b] ſpectãdi gratia venire. Si quis autem ex his in hoc deliquerit: iubemus, hunc tribus annis à venerabili miniſterio prohiberi, & in monaſterium redigi. ſed in medio tempore ſi ſe pœnitentem oſtenderit, liceat ſacerdoti, ſub quo conſtitutus eſt, tempus minuere, & hunc priori rurſus miniſterio reddere.*

18. Iidem AA. Monaxio præfecto prætorio.

PArabolani[c] qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur, ſexcentos conſtitui præcipimus: ita vt per arbitrium viri reuerendiſſimi antiſtitis Alexandrinæ vrbis de his, qui antea fuerant, & qui pro conſuetudine curandi gerunt experientiam, ſexcenti parabolani ad huiuſmodi ſollicitudinem eligantur: exceptis videlicet hònoratis, & curialibus. Si quis autem ex his naturali ſorte fuerit abſumptus, alter in eius locum pro voluntate eiuſdem[d] ſacerdotis (exceptis honoratis & curialibus) ſubrogetur: ita vt hi ſexcenti viri reuerendiſſimi ſacerdotis pręceptis ac diſpoſitionibus obſecundent, & ſub eius cura conſiſtant: reliquis, quæ dudum latæ legis forma complectitur ſuper his parabolanis, vel de ſpectaculis, vel de iudicijs, ceteríſque (ſicut iam[e] ſtatutum eſt) cuſtodiendis. Dat. 3. Non. Feb. CP. Honorio XII. & Theod. 10. A.A. Coſſ. 418.

*Cum clericis non debent habitare extraneæ mulieres eorum caſtitatem infamantes.*

19. Iidem AA. Palladio P. vrb.

EVm, qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ[f] appellationis non decet: quicumque igitur cuiuſcumque[g] gradus ſacerdotio fulciuntur, vel clericatus honore cenſentur: extranearũ[h] ſibi mulierum interdicta conſortia cognoſcant: hac tantùm eis facultate conceſſa, vt matres, filias, atque germanas[i] intra domorum ſuarum ſepta contineant. in his enim nihil ſæui criminis exiſtimari[k] fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur affectio, quæ ante[l] ſacerdotium maritorum, legitimum meruere coniugium. neque enim clericis incompetenter adiunctæ ſunt, quæ[m] dignos ſacerdotio viros ſua conuerſatione fecerunt. Dat. 8. Id. Maij, Rauen. DN. Theod. A. 9. & Conſtantio V.C. Conſſ. 420.

*Auth. ex nouell. 22. c. 42.*

*MVlto magis[n] ergo ceſſant eorum coniugia, ſoli enim cantores lectoreſque nuptias contrahere permittuntur.*

[a] *Nouell.* 123. *c.* 18.
[b] *Nouell.* 123. *c.* 1. §. *curialis.*
[c] *l.* 53. §. 1. ȷ. *eo: adde l.* 60. ȷ. *de decurioni.*
[d] 12. *C. Theod.* 1. *lege* 59. & 104.
[e] *l.* 22. ȷ. *eod.*
[f] Pœna violantis priuilegia Eccleſię 16. *C. Theod.* 2. *l.* 34.
[g] Communitas excommunicari poteſt.
[h] Bannũ remitti poteſt.
[i] 16. *C. Theod.* 2. *lege* 35. i. ſyndico.
[k] *Nouell.* 123. *c.* 11. *inf.*
[l] Epiſcopatu repulſus, ſacerdotiũ rurſus petere nõ poteſt. Hic locus etiam oſtendit, eoſdẽ olim fuiſſe epiſcopos & ſacerdotes *ad. de diſtinct.* 50.
[m] Improbis nulla defenſio præſtãda.
[n] 16. *C. Theod.* 2. *lege* 37. *l.* 5. ȷ. *de hæreticis.* conuenticulas illicitas *Cuia.* 2. *Feud.* 53. §. 1. *verſ. conuenticula* Baldus legit *conuenticulã*, quẽ vide *hic*, explicantem varias (per ſingulos locos) argumẽtandi ſpecies, vt Topicorũ loco iuris ſtudioſis eſſe poſſint.
[o] quid licita? poteſtne ſacrum epulũ extra eccleſiã celebrari? vide Nouellam Leonis 4. Poteſtne etiam baptiſmus extra templum conferri? vide Nouellã Leonis 15.

[p] vt nullus omnino locus hæreticis pateat v. *l.* 3. ȷ. *de hæreticis.* [q] Publicatur domus in qua fiunt illiciti conuentus. [r] *d. l.* 37. *Cod. Theodoſ.* [ſ] v. *l.* 37. ȷ. *eo.* [t] *Nouell.* 123. *c.* 17. *in fi.* [u] Clerici nõ poſſunt eſſe aduocati aut procuratores *adde l.* 26. *l.* 41. *in f.* ȷ. *eo. Nouell.* 123. *c.* 6: *adde diſt.* 88. [x] de quibꝰ v. *l.* 18. ȷ. *eo.* [y] 16. *C. Theo.* 2. *l.* 42. *Nou.* 123. *c.* 10. Lactãtius in *Epit. c.* 6. gladiatorũ ſcelerib. nõ minùs cruore pfunditur qui ſpectat, q̃ ille qui facit &c.

[a] ταβλίζειν v. *l.* 34. ȷ. *de epiſcop. aud.*
[b] *dixi ad l.* 17. ȿ. *eod.*
[c] *l.* 17. ȿ. *eod.* qui & parabolarij Iulio Firmico: parabolì, Socrati: parabolani 16. *C. Theod.* 2. *l.* 42. 43. ita dicti, quòd ſe conijciunt in magna pericula propter frequentem ægrorum cõtactum *vide Cuiac. ad Nouell.* 3. Sunt .n. Græcis παράβολα, ſummis periculis obiecta *Conan.* 2. *c.* 10. *nu.* 5. *Turneb.* 13. *aduerſ.* 23: *Alciat.* 4. *diſpunct.* 9. *Tiraquell. de nobilitate.*
[d] Cuius? vtiq. Epiſcopi, de quo ſuperius facta eſt mentio. Idem ergo antiquitus fuit ſacerdos & epiſcopus.
[e] *l.* 17. ȿ. *eod.*
[f] Ita ſolebant quõdã clerici συνεισάκτους ſorores matres aut filias appellare vt ꝑpudia ſua, (ſub his videlicet pietatis nominib.) obtegerent. Id quod Hieronymus indicat *in libro ad Ruſticum monachum de viuendi forma: & in libro de vitando ſuſpecto contubernio: & in eodem ſermone Iohannes Chryſoſtomus & Anciranum concilium c.* 18.
[g] Græci diſtingunt inter presbyteros, diaconos, ſubdiaconos & epiſcopos. Illis licet συνεισάκτυς habere: his nõ æquè 3. *Ecl.* 3. *c.* 41. [h] §. 1. *tit.* 2. *de presb. & diaconis ne habitent cum mulieribus capitis primi legum Boioariorum: adde Nouel.* 123. *c.* 29. *Nou.* 133. *c.* 3. *Nou.* 137. quas Ruffinus Aquilegienſis *in c.* 3. *Nicæni concilij*, συνεισάκτυς, interpretatur. Alij vertunt ſub introductas, intromiſſas & adſcititias *c. nullus, c. interdixit, diſt.* 32. Superinductã vertit interpres *Nouel.* 123. *c.* 29. quã ἐπείσακτον Græci 3. *Ecl.* 1. *c.* 41. *adde c.* 39. *Aquisgranenſis concilij: & c.* 4. *Arelatenſis ſecundi:* Euſeb. 7. *hiſt.* 30. vbi Rhenanus ex Chryſoſtomi quodã ſermone, quales eæ mulieres fuerint, diligẽter interpretatus eſt. v. *Cuia.* 2. *obſ.* 29. vt nõ malè iactaretur in eos illud Martialis, Quare nõ habeat Fabula q̃ris Vxorẽ, Themiſſon, habet ſorores v. *Cui. ad Nou.* 6. *in fi.* [i] In Nicæno cõcilio additur θεία & quęlibet huiuſmodi neceſſitudine cõiuncta mulier, vt ꝓcul abijt omnis ab ea ſuſpicio *adde l.* 7. *ff. de vſu & habit.* [k] Nõ præſumitur fornicatio, inceſtꝰ, aut crimẽ inter cõſanguineos v. *Alciat.* 1. *præſumpt.* 34. *l.* 67. §. 1. *ff. de rit. adde VVurmſerũ* 1. *pract.* 21. *c.* 2. [l] Epiſcopꝰ, ſacerdos aut clericꝰ, ea, quæ vxor ante ſacerdotiũ fuit domi habere poteſt. [m] videtur alludere ad verſiculũ 14. 16. Epiſtolæ 1. ad Corinthios c. 7. [n] ſenſus eſt, Si nõ permittitur ad tempꝰ alicui mulierẽ domi habere, multò minus in perpetuũ. quòd ius matrimonio quis adipiſcitur §. 1. *Inſtit. de patr. poteſt.*

*tur. alijs autem omnibus penitus interdicimus. Verumtamē ſi & ipſi ad ſecundas peruenerint nuptias, nequaquàm ad ſacerdotij culmen aſcendant.*

*Auth. ex Nouel. 6. c. 5.*

*EPiſcopo[a] nullam mulierem ſecum habere permittitur, ſed ſi habere probetur, ab epiſcopatu deijciatur, quo ſe fecit indignum.*

*Bona clericorum ad quos deferantur.*

20. Impp. *Theod. & Valen.* AA. ad Taurum præfec. P. & Patritium.

SI[b] quis presbyter[c], aut diaconus, aut diaconiſſa, ſeu ſubdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci clericus, aut monachus, aut mulier, quæ ſolitariæ vitæ dedita eſt, nullo condito teſtamento deceſſerit, nec ei parentes vtriuſque ſexus, vel liberi, vel qui agnationis cognationíſve iure iunguntur, vel vxor extiterit: bona, quæ ad eum vel ad eam pertinuerunt, ſacroſanctæ[d] eccleſię vel monaſterio, cui ‖ fortè ‖ fuerat deſtinatus aut deſtinata, omnifariam ſocientur: exceptis[e] his facultatibus, quas fortè cenſibus adſcripti, vel iuri patronatus ſubiecti, vel curiali cōditioni obnoxij clerici, vel monachi, cuiuſcumque ſint ſexus, relinquunt. Neque enim iuſtum eſt, bona, ſeu peculia[f], quæ aut patrono legibus debentur, aut domino poſſeſſionis, cui quis eorum fuerat adſcriptus, aut ad curias pro tenore dudum latæ conſtitutionis ſub certa forma pertinere noſcuntur, ab eccleſijs aut monaſterijs detineri: actionibus videlicet competentibus ſacroſanctis eccleſijs vel monaſterijs reſeruatis, ſi quis fortè prædictis conditionibus obnoxius, aut ex geſtis negotijs, aut ex quibuslibet alijs eccleſiaſticis actionibus obligatus obierit. D. 14. Kal. Ian. Ariouindo & Aſpere Coſſ. 434.

*Auth. ex Nouell. 5. c. 5.*

*NVnc autem, cum monachus factus eſt, hoc † ipſo ſuas res omnes obtuliſſe monaſterio videtur, ſi prius teſtatus non ſit. & exinde de iudicio eius ceſſante, lege diſponitur: vt, ſi liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus ſubſtantiæ monaſterio deſtinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum,[g] ſaluo tamen iure vxoris, & aliorum creditorum.*

21. Iidem AA. Thomæ præfecto prætorio.

AD ſimilitudinem[h] tam epiſcoporum orthodoxæ fidei, quàm presbyterorum & diaconorum, hi, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt, per ſubſtitutos[i], periculo[k] ſuarum facultatum, curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur. Dat. 4. Non. Ap. CP. Iſidoro & Senatore Conſſ. 436.

*Accuſans epiſcopum calumnioſè, vltra pœnam calumniæ patitur pœnam etiam pecuniariam.*

22. Iidem AA. Florentino. P.P.

SI qua per calumniam[l] poſtulatio ſuper criminalibus cauſis apud competentem iudicem depoſita exhibitionis cauſa, fuerit ſacroſanctæ religionis antiſtiti: triginta pondo auri condemnatione publicis calculis inferenda, vt percellatur, præcipimus.

1 ¶ Quinetiam omnia priuilegia[m], quæ ſacroſanctis eccleſijs, confugarum, aut clericorum, decanorum, aut aliorum eccleſiaſticorum cauſa, legibus ſunt præſtita, intacta atque illibata ſeruari. 2 ¶ Præterea iubemus, vt omnes clerici atque monachi, qui de ſuis[n] ciuitatibus ad hanc almam vrbem eccleſiaſtici negotij vel religionis cauſa proficiſcuntur, litteris[o] epiſcopi, cui vnuſquiſque eorum iter faciens obſequitur, muniti aduenient, ſcituri, quòd, ſi citra hanc fiduciam acceſſerint, ſibimet imputabunt, quòd non clerici vel monachi eſſe putabuntur.[p] D. Theod. A. 17. & Feſto Coſſ. 439.

*Auth. ex Nouel. 123. c. 8.*

*NVllus epiſcopus inuitus ad[q] ciuilem vel militarem iudicem in qualibet cauſa producatur vel exhibeatur, niſi princeps iubeat: iudex autem, qui duci vel exhiberi imperauerit, poſt cinguli priuationem viginti libras auri eccleſiæ illi, cuius epiſcopus eſt, perſoluat: executore poſt cinguli priuationem verberibus ſubdendo, & in exilium deportando.*

[a] 3. *Eclo.* 1. *c.* 41.
[b] 5. *C. Theod.* 3. *lege* 1.
[c] .i. clericus. aliud in epiſcopo. V. *Cuiac. ad Nouel.* 131.
[d] *Nouel.* 131. *c.* 13.
[e] Poſt liberos cōiunctos & vxorem, curiam, patronum, & dominum, inteſtati religioſi bona ad monaſterium deferuntur.
[f] *l.* 50. ȷ. *eo. Nouel.* 113. *c.* 19. *Nouel.* 123. *c.* 1.
† hoc hodie vt verum ſit apud Gallos, dixi ad Authenticam Ingreſſi 14. ſ. *tit. prox.*
[g] Iniquum eſt, auferre filijs legitimā.
[h] Nota argumentum ab epiſcopis ad illuſtres perſonas. Epiſcopi ſimiles illuſtribus, nō ſunt tamē illuſtres: aliud in Cardinalibus *Bald.*
[i] Ob dignitatem ſuperuenientem poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum.
[k] Qui alium ſubſtituit, ſuo periculo ſubſtituit.
[l] Nota pœnā calumniatoris epiſcopi.
[m] Priuilegia clericorū firma ſunt.
[n] Clerici peregrini ſine literis teſtimonialibus diœceſani, nō habētur pro clericis *adde Nouel.* 86. *& Cuiac. ibid.*
[o] & quidem ſignatis, aliàs non facerent fidem. de huiuſmodi litteris, vide Rebuffum *tomo* 2. *tract. de litteris requiſitorijs num.* 7.

[p] An percutiens ignoranter dominum, vel clericum, incidat in feloniā vel canonem V. *Molinæum* 1. *conſuetu.* 30. *nu.* 150. 151. 152. 153. [q] Epiſcopus non trahitur inuitus ad iudicium ſeculare *Salicet.*

23. Impp. *Valent. & Martianus* AA. Palladio præfecto prætorio.

QVoniam venerabilis recordationis Fabianus[a] huius almæ vrbis epiſcopus, cùm venerabilis ſynodi innumerabilium penè ſacerdotum, qui Chalcedone[b] conuenerunt, tanto & tali decoratus eſt teſtimonio, vt Eutyches, qui contrà ſenſerat, cum ſceleratis dictis ſuis ab omnibus vno ore damnaretur: aboleatur quidem Eutychetis damnoſa memoria, Fabiani autem laudabilis recordatio releuetur. Data Conſtantinopoli, pridie Nonas Aſporatio V.C. & qui fuerit nunciatus, Conſſ.*

24. Iidem AA. Palladio præfecto prætorio.

ID, quod pauperibus teſtamento vel codicillis relinquitur, non vt incertis[c] perſonis relictum euaneſcat, ſed omnibus modis ratum firmúmque conſiſtat.

*Quis ſit clericorum index, quomodo ſatiſdent, &c.*

25. Imp. *Marcianus* Conſtantino P.F.P.

CVm clericis in iudicium vocatis pateat epiſcopalis audientia: volentibus[d] tamen actoribus, ſi actor diſceptationem ſanctiſſimi archiepiſcopi noluerit experiri, eminentiſſimæ tuæ[e] ſedis examen contra catholicos ſub viro reuerendiſſimo archiepiſcopo huius vrbis clericos conſtitutos, vel contra reuerendiſſimum œconomum, tam de ſuis quàm de eccleſiaſticis negotijs, ſibimet nouerit expetendum. qui in nullo[f] alio foro, vel apud quemquam alterum iudicem eoſdem clericos litib⁹ irretire, & ciuilibus vel criminalibus negotijs tentet innectere. 1 ¶ Memorati autem reuerendiſſimi clerici orthodoxarum eccleſiarum, quę ſub viro religioſiſſimo antiſtite huius inclytæ vrbis ſunt, in cauſa, in qua vel ipſi, vel procuratores[g], quos pro ſe dederint, ſententiarum tuarum auctoritate[h] pulſantur, executoribus, per quos cœperint conueniri, fideiuſſorem, ſacratiſſimæ huius vrbis eccleſiæ œconomum, vel defenſorem præbeant, qui vſque ad quinquaginta libras auri fideiuſſor exiſtat. Ipſe verò reuerendiſſimus œconomus almæ huius vrbis eccleſiæ lite pulſatus, fideiuſſorem pro ſe non præbeat: vt[i] pote qui & aliorum[k] clericorum fideiuſſor futurus eſt: ſed fidei[l] ſuæ committatur. Quòd ſi lis diuerſorum (excepto reuerendiſſimo œconomo) clericorum, quæ agitanda ſit, memoratam ſummam videatur excedere: clericus lite pulſatus, det executori pro reſidua quantitate cautionem ſuam, cui nullum tamen inſertum erit iuſiurandum: quia eccleſiaſticis regulis & canone à beatiſſimis epiſcopis antiquitùs inſtituto, clerici[m] iurare[n] prohibentur. 2 ¶ Statuimus autem, vt executoribus idem reuerendiſſimus œconomus, vel alij diuerſi clerici ſub beatiſſimo archiepiſcopo huius ſplendidiſſimæ ciuitatis, ſententiarum tuarum auctoritate commoniti, duos ſolidos tantummodò dent pro commonitione ſua, & pro inſtitutione procuratoris, ſi per eum voluerint litigare. Quod circa alios quoque diuerſos apparitores eminentiæ tuæ, in his, quæ ex conſuetudine præbentur officio, obſeruari in cauſis prædictorum clericorum iubemus: vt litis ſumptus vel expenſæ à clericis pauciores humanioréſque[o] præſtentur. D. 8.* April. Varari, & Ioanne Coſſ. 456.

*Auth. ex Nouell. 123. c. 28.*

*SEd hodie nulla perſona in eccleſiaſtico officio conſtituta, in qualibet cauſa criminali vel pecuniaria cuiuſcumq; quātitatis, vel diaconiſſa, vel monachus, vel aſce*

[a] Flauianus Epiſcopus Cōſtantinopolitanus de quo v. Euagrium 2. *hiſtor.* 4. De eiuſdem reſcripto ad Leonem v. to. 1. Conciliorū V. *in Epiſt. Leonis fol.* 639. Eiuſdem reſcriptum de fide ad Theodoſium V. *acta cōcilij Chalcedonenſis fol.* 726. Eiuſdem appellationē à Dioſcori ſentētia *ibid. act.* 1. *fol.* 823.
[b]. V. *l.* 4. ſ. *de ſumma trini.*
[c] *l.* 49. §. 1. ȷ. *eo.* alias non valet legatum *l.* 18. *in f.* ff. *de vſufr. legat.* §. 25. *Inſt. de legat. Vlp.* 22. §. 4. Incertis tamen de certis legare poſſumus *d.* §. 25. *l.* 5. ff. *de rebus dub.* niſi in libertate *l.* 31. ff. *de manum. teſtam.* At hîc vt ſint incertę perſonæ, certa tamen ſunt ſubiecta pietatis exercendę. Pauperes ſunt inſtar collegij, quod vicem perſonę repręſentat. Baldus apud quē hîc vide integrū tractatū de executoribus teſtamentarijs.
[d] *l.* 13. *in f.* ȷ. *de epiſcopali audient.* hinc collige, Ex plurib. legitimis iudicib⁹ electionem permitti actori. Vbi reus habet plura fora de iure cōmuni, non priuilegiato, electio eſt actoris *Bald.* [e] id eſt, Pręfecti Prętorio *l.* 33. *inf.* ȷ. *eo.* & ita Clerici Conſtantinopolitani conueniri poterant vel coram epiſcopo Conſtantinopolit. vel pręfecto. [f] Vbi certi iudices delegati nullus alius poteſt cognoſcere. [g] Prima citatiò poteſt incipere à procuratore V. *l.* 3. ff. *de alimentis.* [h] In criminalibus (ſecùs in ciuilibus) ſine præcepto iudicis reus citari non ſolet. Huiuſmodi commiſſio eſt interlocutoria *Bald.* [i] ſenſus eſt, qui nomine alieno fideiubet, ſuo cauere nō tenetur. [k] Fideiuſſor clericorū, œconomus *l.* 33. §. 2. ȷ. *eo.* [l] Qui fidei ſuæ committantur, alibi dicam. [m] Clerici non pręſtant iuratoriam cautionem. [n] vllo modo, vlla in cauſa. At fortè de calumnia iurare tenetur? Cuiacius negat *Nou.* 49 *in fine:* vbi notat illas formulas conciſas iurandi Si Deus *ex Iuliano:* Si valeas, *ex Gregorio Turonenſi.* Reperio tamen œconomum iurare cogi *Authentic. Hoc ius porrectum* 14. *ſuprà titul. proxim. l.* 1. *infrà de iureiurando propt. calum.* [o] Hinc colligunt, Humaniùs agendum cum clerico, quàm cum laico: quibus reclamat lex 8. *in fine ſuprà eodem.*

*tria,*

*tria, vel monacha amplius quatuor ſiliquis*[a] *permittantur dare: niſi cùm ex iuſsione principis ad alias prouincias vocantur: vbi non vltra vnum ſolidum accipiet executor. Epiſcopus pro rebus eccleſiæ ſuæ nihil præſter nomine ſportularum: actiones contra eccleſias propoſitas œconomis ſuſcipientibus, vel illis, qui in eam cauſam ſunt ordinati. Qui contra hoc exegerit: in duplum, quod exactum eſt, reddet, nudandus cingulo, ſi miles eſt: ſi clericus, à conſortio clericorum remouendus.*

*Auth. ex Nouell.* 112. *c.* 2.

*GEneraliter autem iudex prouideat, libellum pulſato non porrigi, ſportulas ve ab eo non exigi, niſi prius & in libello actor per ſe, aut per tabularios conſcribat, & actis interuenientibus fideiuſſorem idoneum periculo competentis officij præſtet, quòd † vſque ad finem litis permaneat, eámque vel per ſe, vel per procuratorem exerceat. &: ſi conuictus fuerit iniuſtè mouiſſe litem: expenſarum ſumptuumq; nomine decimam † partem quantitatis in libello comprehenſæ, pulſato reſtituat, aut ſi fideiuſſorem dare non valet, ſuper hiſdem iuratoriam exponat cautionem, & tactis † ſacroſanctis euangelijs adfirmet, ſe fideiuſſorem dare non poſſe. pœna iudici & eius officio imminente, ſi aliter verſati fuerint, in denis libris auri. executoris autem bona publicabuntur, & damnabitur in exilium: niſi cauſa moueatur ex conſenſu vtriuſque partis.*

*Reliquiæ ſanctorum iudicio epiſcopi debent in eccleſiis collocari.*

26. Imp. *Leo* A. Iuliano præfecto prætorio.

DEcernimus, vt poſthac neque monachi neque quicumque alij cuiuſcumque ſtatus atque fortunæ in ædes publicas, vel in quęcumque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem[b] crucem & ſanctórum martyrum reliquias illicitè inferre conentur, vel occupare[c] audeant ea, quæ vel ad publicas cauſas, vel ad populi oblectamenta conſtructa ſunt. Cùm enim religioſæ ædes non deſint: poſſunt ibi, conſultis priùs (vt oportet) religioſiſſimis epiſcopis, reliquias ſanctorum martyrum, non quorundam vſurpatione, ſed arbitrio reuerendiſſimorum antiſtitum collocare. Ideo patientiam & modeſtiam ſuam, quam leges noſtræ & publica diſciplina & ipſorum monachorum nomen[d] expoſcit, ſtudioſè vnuſquiſque tam monachus, quam cuiuſlibet alteriùs profeſſionis retineat, & perpetuò obſeruare procuret.

27. Idem A. Eutychio P.P.

QViſquis, emenſis militiæ ſuæ ſtipendijs, expletiſque officijs, ſiue muneribus, quę cuicumque condicione, aut conſuetudine, aut lege debebâtur, ad[e] conſortium ſe contulerit clericorum, & inter miniſtros veræ orthodoxæ fidei maluerit & elegerit numerari: nullius prorſus ſententiæ acerbitate reuocetur: nec à Dei templis, quibus ſe conſecrauit, importunis intentionibus abſtrahatur: ſed in hiſdem beatiſſimis miniſterijs ſecurus permaneat & quietus, ad quæ poſt longi laboris laſſitudinem ob reliquæ vitæ requiem conſilio meliore protractus eſt: his actionibus, ſi quæ contra eum eiúſque patrimonium legitimâ intentione competunt, prò[f] iuris ordine reſponſurus: exceptis primipilaribus, quos præceptis tui culminis & publicis vtilitatibus in perpetuum eſſe ſubiectos, ſacratiſſimæ conſtitutionis ſtatuta ſanxerunt.

[a] ſiliqua ceu ſicilicum *l.* 21. §. 2. ff. *de annuis.* Græci κεράτιον viceſima quarta pars nummi, ſiue ſolidi. Apud Gallos aurifices *Carat*, eſt viceſima quarta pars auri puri v. *Molin. de vſuris nu.* 64. 68. De ſiliquarum exactionibus, de oneribus monopolij aurariæ functionis, & ſiliquatici v. Cuiacium 16. *obſ.* 23. †hodie auditur actor per ſequens litẽ, licèt non caueat de ea proſequenda vſque ad finem, aut ſoluendis expenſis v. *Rebuff. in Proem. cõſtit. gloſſ.* 5. *nu.* 37. *Roland. à Valle* 1. *Conſi.* 71. *nu.* 19. Demus eam ſolennitatẽ deſuetudine nõ ſublatam, omiſſam, num vitiaretur ꝓceſſus? negat Rolandus à Valle *ibi. nu.* 25. Quia ordo iudicij nõ conſiſtit propriè in præparatorijs, quorũ omiſſio (excepto libello) non vitiat: maximè ſi nõ ſint petita *ibi. nu.* 26. Meritò autem ſublata eſt ea neceſſitas ſatiſdãdi, alioquin egeni ſuum iudicio nunquã recuperarẽt, vtpote deſtituti ſatiſdatione.

*Legatum relictum in redemptionem captiuorum, valet non obſtante incertitudine perſonarum.*

28. Idem & *Anthemius* AA. Nicoſtrato P.P.

NVlli licere decernimus: ſiue teſtamento hæres ſit inſtitutus, ſiue ab inteſtato ſuccedat, ſiue fideicommiſſarius vel legatarius inueniatur: diſpoſitiones pij teſtatoris infringere[g], vel improba mente violare, adſerendo incertum eſſe legatũ vel fideicommiſſum, quod[a] redemptioni captiuorum relinquitur: ſed modis omnibus exactum, pro voluntate teſtatoris, piæ rei negotio proficere. 1 ¶ Et ſi quidem teſtator deſignauerit, per quẽ deſiderat redemptionem fieri captiuorum: is, qui ſpecialiter[b] deſignatus eſt, legati vel fideicommiſſi habeat exigendi[c] licentiam, & pro ſua conſcientia votum adimpleat teſtatoris. Sin autem, perſonâ non deſignatâ, teſtator abſolutè tantummodò ſummam legati vel fidéicommiſſi taxauerit, quæ debeat memoratæ cauſæ proficere: vir reuerendiſſimus epiſcopus[d] illius ciuitatis, ex[e] qua teſtator oritur, habeat facultatem exigendi, quod huius rei gratiâ fuerit derelictum, pium defuncti propoſitum ſine vlla cunctatione, vt couenit, impleturus. 2 ¶ Cùm autem vir religioſiſſimus epiſcopus huiuſmodi pecunias pio relictas arbitrio fuerit conſecutus: ſtatim geſtis[f] interuenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo eas ſuſceperit, apud rectorem prouinciæ publicare debebit. Poſt vnius verò anni ſpacium, & numerum captiuorum, & data pro his precia eum manifeſtare præcipimus: vt per omnia impleantur ‖ tam ‖ piæ[g] deficientium voluntates. Ita tamen, vt religioſiſſimi antiſtites gratis[h] & ſine vllo diſpendio prædicta geſta conficiant: ne humanitatis obtentu relictæ pecuniæ, iudiciorum diſpendijs erogentur. 3 ¶ Quòd ſi teſtator, qui huiuſmodi legatum vel fideicõmiſſum non deſignatâ perſonâ reliquit, barbaræ ſit nationis, & de eius patriâ aliqua emerſerit ambiguitas: vir reuerendiſſimus epiſcopus ciuitatis eius, in qua ‖ idem ‖ teſtator defunctus eſt, eiuſdem habeat legati ſeu fideicõmiſſi petitionem, defuncti propoſitum modis omnibus impleturus. 4 ¶ Quod ſi in vico vel territorio teſtator mortem obierit, illius ciuitatis vir reuerendiſſimus epiſcopus exactionem habebit, ſub qua vicus vel territoriũ[i] eſſe dignoſcitur. 5 ¶ Et ne pium defuncti propoſitum improbâ fraudatorum calliditate celetur: quicquid pro huiuſmodi cauſa à teſtatore relictũ fuerit, vniuerſi[k], qui id quocumqe modo cognouerint, vel in viri clariſſimi rectoris prouinciæ, vel in vrbis epiſcopi notitiam deferendi liberam habeant facultatem. nec delatoris[l] nomen ſuſpicionémque formident: cùm fides atque induſtria eorum tam laude, quàm honeſtate, ac pariter pietate nõ careat: cùm veritatem in publicas aures lucémque deduxerint.

*Authen. ex Nouel.* 131. *c.* 11.

*LIcèt*[m] *teſtator vel donator interdixerit*[n] *ei aliquod ad hoc participium in ea re habere. Idem eſt in œconomo.* 1 ¶ *Sed ſi hi, qui facere iuſsi ſunt, neglexerint*[o]*: ſemel vel bis ab epiſcopo vel œconomo admoniti per*[p] *publicas perſonas, amittant lucrum, quod eis contingebat ex voluntate defuncti: & epiſcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum: & illud*[q]*, quod diſtribui debet, diſtribuere. quod ſi non fecerit, rationem reddere debet.*

29. [r] Impp. *Leo & Anthemius* AA. Zenoni ſtratego.

QVi in monaſterijs degunt, poteſtatem inde exeundi ne habento, vel in Antiochenſi ciuitate ſeu alijs quibuſcumque ciuitatibus[ſ] conuerſandi: exceptis duntaxat apocriſiarijs, quibus licentiam damus volentibus, vt apocriſeon ſolarum cauſa exire poſſint. Caueant autem hi, qui ita exibunt, ne de religione vel doctrina diſputent[t], vel conciliabulis[u] præſint, vel turba concitata ſimpliciorum animos ſeducant: ſcituri, quòd, ſi noſtræ pietatis ſtatuta neglexerint, legum auſteritati ſubijcientur. Dat. Calen. Iun. CP. Leone & Probiano Coſſ. 466.

XXX. [x]

EPiſcopis interdicimus, ne quem à ſacra ſancta eccleſia vel communione ſegregent, niſi[y] iuſta cauſa

[a] quod redemptioni captiuorum relinquitur, non habetur pro legato incertis perſonis relicto *l.* 24. C. *eod. l.* 49. §. 1. C. *eod.*

[b] Executor ſpecialiter eſt nominandus in teſtaméto. De executoribus teſtamentorum v. Baldi tractatum *in l.* 24. C. *eo.* Bartolum *ad l.* 9. *in pr. n.* 6. ff. *de alim.* Ferrarienſem *in forma libelli reddendæ rationis tutelæ* 35. *in verbo ac executores* 6.

[c] Executor ad pias cauſas agere poteſt aduerſus hæredem grauatum.

[d] v. *l.* 50. *inf.* ff. *de hære. peti.*

[e] Leg. in qua teſtator moritur: *vt in* §. 3. C. *eod.*

[f] Executor teſtamenti, inuentarium rerum acceptarũ facere tenetur & rationem reddere. Si ita eſt, eius bona tacitè ſubijciuntur hypothecæ. *facit l.* 20. *inf.* C. *eodem.*

[g] An impiæ, iniuſtæ, an ſuperſtitioſæ? v. *l.* 14. §. 5. ff. *de religioſis: adde l.* 5. §. 9. ff. *de admin. tut: l.* 1. §. 1. ff. *vbi pupilli.*

[h] hinc illud: gratis accepiſtis, gratis date.

† apud Gallos ea non præſtatur, niſi in Curia parui ſigilli Montiſpeſſulani, *Rebuff. d. loco nu.* 37. † *quæ notaui ad Auth. ſed iudex* 7. C. *eod.* [b] 1. *Eclo. tit.* περὶ λειψάνων *c.* 5. & *tit.* περὶ σαυροῦ τιμίου *c.* 15. [c] huc tamen refer dictum Alexandri Seueri *ex Lampridio*. Cum Chriſtiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent: contra, popinarij dicerent ſibi eum deberi, reſcripſit, Meliùs eſſe vt quomodocunque illic Deus coleretur, quàm popinarijs dederetur. [d] de cuius etymo & officio v. *diligenter* 16. *diſt.* 1. *c. placuit omnibus, & c. placuit communi* [e] v. *l.* 4. C. *eod.* [f] per procuratorem *Nouell.* 123. *c.* 27. [g] Summæ improbitatis eſt, pia defunctorum iudicia infringere.

[i] i. fundus. *adde l.* 30. ff. *ad municip.* [k] Cuilibet legatum ad pias cauſas deferre licet. [l] *l.* 2. *inf.* C. *de iure fiſci.* [m] ſenſus eſt, Etiam teſtatore inuito, epiſcopus ſe intromittit pro eius voluntate exequenda *Salicet.* [n] Huiuſmodi interdictio non poteſt mutare formam a iure communi conſtitutam *Baldus.* [o] Qui negligit voluntatem defuncti implere, commodo ſibi relicto priuatur *l.* 25. C. *de legatis.* [p] Iterata monitio per publicam perſonam facta, conſtituit debitorem in mora. [q] lucrum ſc. [r] Interpretatio Contij. [ſ] hinc illud, Si cupis eſſe, quod diceris, quid facis in vrbe? 16. *quæſt.* 1. *c. Si cupis: adde l.* 53. §. 3. C. *eod.* [t] *adde l.* 4. C. *de ſumma trinit.* [u] *l.* 15. *inf.* C. *eod.* [x] Interpretatio Leunclaij, *ex Epitome Baſilicõn Michaelis Proconſulis Atalienſis.* [y] i. nõ leuibus de cauſis 11. *quæſt.* 3. *c. nullus ſacerdotum. & c. certum eſt pro his tribus criminibus.*

probata ſit. Qui verò citra probationem hanc ſegregat, à ſacra communione quoddam ad tempus arcetur.

31. Iidem AA. Armaſio præfecto prætorio.

SI quemquam vel in hac regia vrbe vel in cæteris prouincijs, quæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad epiſcopatus gradum prouehi Deo auctore contigerit: puris hominum mentibus, nuda electionis conſcientia, ſyncero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum ſacerdotij pretij venalitate[a] mercetur. quantum quiſq; mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur. Profectò enim quis locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata, ſi veneranda Dei templa pecunijs expugnentur? quem murũ integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, ſi auri[b] ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? quid denique cautum eſſe poterit aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? ceſſet altaribus imminere profanus ardor auaritiæ. & à ſacris aditis repellatur piaculare flagitium. Itaque caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur epiſcopus: vt, quocumque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet[c]. Nec precio[d], ſed precibus ordinetur antiſtes. Tantùm ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, vt[e] quęratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat: ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi. profectò enim indignus eſt ſacerdotio, niſi fuerit ordinatus inuitus[f]. cum ſanè ſi quis hanc ſanctam & venerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interuentu ſubijſſe: aut ſiquis, vt[g] alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur: ad inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis, accuſatione propoſita, à gradu ſacerdotij retrahatur. nec hoc ſolùm deinceps honore priuari, ſed perpetuę quoq; infamię damnari decernimus: vt eos, quos par facinus coinquinat & æquat[h], vtroſque ſimilis pœna comitetur. D. VIII. Id. Mar. Conſtantinopol. Marciano & Zenone Coſſ. 469.

*Authentic. ex Nouel.* 123. *c.* 2.

*QVod pro hac cauſa datum eſt, & precium, quod expenſum eſt, reſtituatur eccleſiæ, cuius ſacerdotium voluit comparare.*

*Orphanotrophi æquiparantur tutorib. & curatoribus & debent inuentarium facere.*

32. Iidem AA. Dioſcoro præf. præto.

ORphanotrophos[i] huius inclytę vrbis: (nulla ſubtilitate iuris obſiſtẽte) qui[k] quidem pupillorum ſunt quaſi tutores, adoleſcentium verò quaſi[l] curatores, ſine vllo fideiuſſionis grauamine in emergentibus cauſis tam in iudicio, quàm extra iudiciũ, (vt opus exegerit) ad ſimilitudinem tutoris & curatoris, perſonas & negotia eorum (ſi qua poſſint habere) defendere ac vindicare iubemus. ita videlicet, vt: pręſentibus publicis perſonis, id eſt tabularijs[m], aut[n] interuenientibus geſtis in hac quidem inclyta vrbe apud virum perfectiſſimum magiſtrum cenſus, in prouincijs verò apud moderatores earũ, vel defenſores locorum: res eorum eis tradantur, à quibus ſunt cuſtodiendæ: vt: ſi quas earundem rerum, propter fœnus forſitan, vel aliam vrgentẽ cauſam, vel eo quòd ſeruari non poſſunt, alienandas eſſe perſpexerint: priùs habita ęſtimatione liceat eis alienationis inire contractum: vt precia eorũ, quę exinde colliguntur, ab eiſdem perſonis cuſtodiantur. Huiuſmodi autem pium atq; religioſum officiũ pro tempore orphanotrophos ita peragere conuenit, vt minimè[o] ratiocinijs tutelaribus ſeu curationib⁹ obnoxij ſint. Graue enim atq; iniquum eſt, callidis quorũdam (ſi ita contigerit) machinationibus eos vexari, qui propter timorem Dei parentibus atque ſubſtantijs deſtitutos minores ſuſtentare, atque velut affectione paterna educare feſtinant.

*Extra ſuam prouinciam clerici non debent in ius vocari.*

33. Idem AA. Eutropio P.P.

OMnes, qui vbique ſunt, vel poſthac fuerint orthodoxę fidei ſacerdotes & clerici cuiuſcumque gradus ſint, monachi quoq;, in cauſis ciuilibus[p] ex nullius penitus maioris minoríſve ſententia iudicis ‖ commonitoria ‖ ad extranea iudicia pertrahantur: aut prouinciam, aut locum, aut regionem, quam habitant; exire cogãtur. nullus eorum eccleſias, vel monaſteria propria, quæ religionis intuitu habitant, relinquere[a] miſerabili neceſſitate iubeatur, ſed apud ſuos iudices ordinarios[b], id eſt prouinciarum † rectores, in quibus locis degunt, eccleſiarum miniſterijs obſecundent, omniúmque contra ſe agentiũ excipiant actiones: vt his horis ſaltem atque temporibus, quibus religioſos viros à turbulenta obſeruatione prętorij vacare contigerit, cúmque eos ad tempus petitorũ intentio calumnioſa laxauerit, ad ſua ſe monaſteria & venerabiles eccleſias conferentes, ſapiẽti animo, precatione ſollicita[c], faciliúſq; de proximo ſacroſanctis altaribus obſecundent, in ſuis laribus[d] domiciliiſq; cõſtituti. 1 ¶ In hac autem regia vrbe: ſi quando, cuiuſcumq; rei cauſa, epiſcopos, vel presbyteros, cęteróſq; clericos, qui ſacroſanctis eccleſijs obſequũtur, ſiue monachos ex alijs quibuſcumque prouincijs contigerit reperiri, quos tamen in litem quiſquam vocare voluerit: in nullo alio ſit licitum memoratos cuiquam pulſare iudicio, niſi[e] in tuæ ſublimitatis dumtaxat examine, vbi eis & beatitudinis honor[f] debitus reſeruetur, & oratorum adfluens in defenſionibus copia largè pręſtetur. 2 ¶ Præterea cùm in prouincijs ex eius, qui regit prouinciam, fuerint ſententia vel interlocutione conuenti: ſiue illi ſacerdotes, ſiue cuiuſcumque gradus clerici, ſiue monachi habeantur, dummodò approbentur orthodoxi[g], qui in proprijs cauſis contracti búſve pulſantur: non alios, quàm eccleſię propriæ defenſores, ſeu quos œconomos appellant, fideiuſſores præbeant: ne, dum executoris pertinax[h] & auara proteruitas extraneos & idoneos fideiuſſores flagitat, multiplex innoxię[i] paupertati infligatur incommodũ. 3 ¶ In hac autẽ inclyta vrbe inuẽti, ex quacumq; prouincia venientes, cùm in tuæ amplitudinis iudicio (quod eis ſolum delegauimus[k]) lite pulſati fuerint: reuerendiſſimi orthodoxæ fidei ſacerdotes, ſeu certè œconomi, aut eccleſiæ defenſores, ſeu clerici: in cauſis ciuilibus ſuis ſiue eccleſiaſticis, nulla præbendi fideiuſſores moleſtẽtur iniuria: ſed aut vicarijs[l] fideiuſſionibus contradantur, quas tamen ſtipulationũ ſolemnis cautela vallauerit: aut[m] cautioni & profeſſioni propriæ, aut[n] facultatum ſuarum obligationibus committantur. 4 ¶ Hoc nihilo minùs obſeruando, vt in cauſis eccleſiaſticis nullum[o] alium conueniri fas ſit, niſi eum, quem diſpenſatorem pauperum, id[p] eſt œconomum eccleſiæ, epiſcopi tractatus elegerit. hunc enim ſine dubio à[q] ſacerdote conuenit ordinari. quem tamen conuentũ, defenſoris eccleſiæ fidei committi præcipimus. 5 ¶ Executoribus[r] in minoribus quidem iudicijs omnibus, in ipſa conuentione ſacerdotum, ſeu clericorum, non[s] amplius, quàm vnum ſemiſſem aut ſperantibus, aut etiam audentibus accipere. Verùm ſi apparitor tuæ magnitudinis, ex ſententia tuæ ſedis ampliſſimæ in[t] prouincia degentes eos[u] commouerit: iubemus, non amplius eum, quàm duos ſolidos, ſportularũ nomine accipere. In hac verò vrbe magnifica idem apparitor tuæ magnitudinis vno aureo, ſportularum gratia, à prouincialib⁹ clericis cõtentus ſit: quantælibet ſummæ, qui conuentus fuerit, exponatur obnoxius. 6 ¶ Præterea nullus executor vexare[x] contumelijs clericos vllos, nullis impulſionibus moleſtare, nullis exprobrare conuicijs, aut corporalibus iniurijs fatigare conetur. his, qui huiuſmodi aliquid agreſſi fuerint, poſt amiſſionem cinguli & patrimonij vltima protinus animaduerſione plectendis. 7 ¶ Priuilegijs[y] ſanè ſingulis, quibuſcumque ſacroſanctis eccleſijs orthodoxæ fidei, xenodochijs, ſiue ptochotrophijs, tam generaliter, quàm ſpecialiter adtributis, perpetuò obſeruandis: nullis eas[z], earúmque[a] ſacerdotes, aut clericos, cuiuſcumque gradus ſint, aut monachos, ptochotrophos, aut xenodochos orthodoxæ fidei deputatos,

[a] De Simonia v. 1. *quæſt.* 1. *Nou.* 6. *c.* 1. §. 9. De annatis alibi dicam. *ad de l. vn. ff. de ambitu: Nou.* 123. *c.* 3.
[b] Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames *Vergil.* 3. *AEneid. verſ.* 55. 56.
[c] Non epiſcopus à loco ſed locus epiſcopi vita purificãdus eſt.
[d] Epiſcopus, non precio, ſed precibus ordinandus.
[e] Quæri, cogi, rogari, & inuitari epiſcopus, non obtrudi, debet.
[f] Magnũ eſt, nudę virtutis præmio reluctantẽ ad honores promoueri.
[g] v. *Nou.* 6. *c.* 1.
[h] Vbi par delictum, ibi pœna ęqualis eſſe debet *l. vlt. j. ad l. Iul. repet.*
[i] 5. *Eclo.* 3. *c.* 12.
[k] Orphanotrophi, qui parentib. atque ſubſtantijs deſtitutos minores ſuſtentant & educant veluti affectione paterna, aut quaſi tutores pupillorũ & curatores adoleſcentiũ.
[l] Orphanotrophi, quaſi tutores & curatores v. *Nouel.* 131. *c.* 15.
[m] Orphanotrophi inuentarium facere tenentur. quinàm alij? v. Rolandum à Valle 1. *conſil.* 49. Eſtne hic ſatis coram ſolo notario, ſine teſtibus, inuentarium facere? vtique. quod in aliorum inuentarijs non eſt v. *Cuiac. Nouel.* 1. [n] Nihil intereſt inuentarium fiat apud notarium, an apud iudicem. ſi tamen apud notarium fiat, iudicis confirmantis & adminiſtrationem concedentis authoritas requiritur. [o] Orphanotrophi non tenentur ad rationes orphanis reddendas, *vt hic:* ſed epiſcopo *Nouel.* 123. *c.* 23. Imò, non tenentur reddere rationes *Nouel.* 131. *c.* 15. ſolue, Dicta Nouella 131. indefinitè loquitur: ideóque poteſt ita intelligi, vt orphanotrophi teneantur reddere rationes, non ipſis orphanis *arg. l. vlt.* §. 4. *Cod. de bon. quæ lib.* ſed epiſcopo.[p] 16. *Cod. Theodoſ.* 2. *lege* 23.

[a] *l.* 32. §. 4. *ff. de arbitris.*
[b] v. *l.* 6. *j. de modo multar.*
† Theodorus lector, Nouo iure monachi *Nou.* 79. & clerici corã ſuo epiſcopo cõueniũtur. *Nouel.* 83.
[c] i. ſolita.
[d] Lares & domiciliũ monachi, monaſterium.
[e] *l.* 25. *s̃. eo. l.* 13. *j. de epiſcop. aud. Nou.* 83.
[f] Clerico, quãuis litiganti, honor habẽdus eſt.
[g] Clerici, non orthodoxi, ſortiuntur forũ ſeculare.
[h] Ea ſunt vitia executorum.
[i] Pauper fideiuſſorẽ facilè reperire non poteſt.
[k] Hæc iuris delegatio nõ eſt ꝓpriè delegatio: ſed ordinaria poteſtas *Bald.*
[l] i. mutuis. Quoties enim plures cõueniũtur, poſſunt vice mutua fideiuſſores eſſe *l.* 28. *ff. de tutorib. datis.*
[m] *l.* 25. §. 1. *s̃. eo. Nouell.* 123. *c.* 21. *inf.*
[n] Vtcunq; ꝓpter inopiam qs fideiuſſorẽ dare nõ poſſit, cogitur tamen pati bonorũ ſuorum hypothecam.
[o] *Nouel.* 123. *c.* 28. In cauſis Eccleſiæ, conueniendus eſt œconomus
[p] Diſpenſator pauperum eſt œconomus Eccleſiæ. Idẽ poſtea vicedomin⁹ & maior dom⁹ appellatus *diſt.* 89. *c. volum⁹:* erat rerum eccleſiaſticarum adminiſtrator, procurator Eccleſiæ, minor defenſore & aduocato 1. *quæſt.* 3. *c. ſaluator:* arbitrio eius epiſcopium diſponebatur *c. diaconus diſtinct.* 89. ex adminiſtratore tandem iudex, vilium tamen cauſarum, & quaſi pedaneus. Eam dignitatulam quidam principes non illibenter poſtea inuolarunt: fortè vel pietatis, vel vtilitatis alicuius occultæ cauſa. De vicedominis adde Speculatorem 1. *particula* 3. *rubr. de vicedomino.* [q] i. ab epiſcopo. [r] de quibus v. *l.* 12. *j. de prox. ſacror. ſcrin.* [s] *l.* 25. *s̃. eod. adde Nou.* 123. *c.* 28. [t] hinc colligunt Baldus & VVurmſerus 1. *obſ.* 6. *c.* 9. Citationem verbalem in alieno territorio fieri poſſe. Aliud tamen fore, ſi territoria diuerſorum fuerint principum: vel ſi corporalis fiat præhenſio *adde l.* 2. *j. de off. præf. vrbi: v. Baldum hic.* [u] eos conueniri monuerit *Hal.* [x] Executori, vexationi indulgere non licet. [y] *l.* 22. *s̃. eod.* [z] *l.* 5. *s̃. de ſacro ſanctis.* [a] *l.* 2. *s̃. eod.*

extraor-

extraordinarijs muneribus præcipimus præuagari. Eas etenim ſarcinas oneris, quas pleriſque perſonis diuerſa ratione remittimus, imponi beatiſſimis viris noſtro ſeculo inconueniens eſſe iudicamus. 8 ¶ Præterea: ne cui temeritas ſua lucratiua [a] concedatur, & vt impudens calumniantium refrenetur audacia: iubemus: quotiens hi, qui ſacerdotes, ſeu clericos, ac monachos, cæteroſq; ſuperiùs deſignatos, vel in tuæ magnitudinis examine, vel in prouinciali iudicio, propoſita actione, conuenerunt: ſi cauſa cognita conuicti fuerint ſine iuſta eos cauſa & legitima petitione pulſaſſe: omnes eis legitimas expenſas [b] ſumptuſque, quos ab exordio cœptæ controuerſiæ ipſorum vitio toleraſſe eos conſtiterit, redhibere cogantur: vt hac ſaltem cenſuræ iuſtiſſimæ formidine reuocati, qui improbis aſſiduè conflictationibus occupantur, acquieſcant: iamque ſopitis clamoribus iurgiorum, magiſtra deinceps neceſſitate, retinere ſe adſueſcant.

[a] lucroſa, Æquũ enim eſt quemque temeritatis ſuę non alienæ pœnam pati.

[b] Victus victori condemnatur ad expenſas, *l.4. ĵ.de fructib. et litis expenſi. l.79. ff. de iudicijs.*

*Authent. ex Nouell. 9. c. 1.*

*Cauſa quæ fit cum monacho, vel cum muliere qualibet in monaſterio conſiſtente, non † apud iudicem ciuilem ventiletur: ſed apud epiſcopum, qui de perſonæ præſentia, quod conuenit, ſtatuet: ſiue per abbatem, vel antiſtitem, vel per alios hoc fieri debeat: qui ſecundum legem rem diſponat & ſacras regulas, ſalua debita perſonæ reuerentia. Si verò contrà fiat: pœnæ, quæ ſtatutæ ſunt, imminebunt. iudex enim, qui de his ſententiam proferre præſumpſerit, ab adminiſtratione depulſus tanquam diuinitatis contumeliam faciens, pœna decem librarum auri vnà cum officio ſuo multabitur, ſacratiſſimo noſtro ærario inferenda, executoribus, qui admonitionem facere præſumpſerint, ab ipſis ſanctiſſimis epiſcopis in locis decanicis detrudendis, de cætero nullam exactionem facere permittendis.*

† & ita abrogatur principium legis 35. ŝ. *eo.*

*Authent. ex Nouell. 83 in princ.*

*Clericus quoque in lite pulſatus pecuniaria cauſa, priùs apud epiſcopum conueniatur, per quem ſine damno cauſa decidatur. Quòd ſi natura cauſæ, vel alia ratio faciat, vt negotium apud eum decidi non poſſit: per ciuilem procedat iudicem, obſeruatis clericorum priuilegijs: nec mora circa talia fiat.* 1 ¶ *Sed in ciuili crimine ciuilis † præſit iudex, vt lis vltra duos non egrediatur menſes: nec tamen puniatur, etiam ſi reus ſit inuentus, priuſquam per epiſcopum ſacerdotio ſpolietur.* 2 ¶ *Si verò crimen ſit eccleſiaſticum: epiſcopalis erit examinatio, & caſtigatio.*

† hoc abrogatur per Authenticã proximè ſequentem.

† & ita abrogatur §.1. Authenticæ ſuperioris. Is tamen in vſum reductus eſt apud Gallos. hac Authentica Friderici deſueta. qua de re valdè queritur Rebuffus *in proœmio conſtit. gloſſ. 5. nu. 33.*

Noua conſtitutio Friderici Imperatoris de ſtatu. & conſuetu. con. li. ecc. §. item ſtatuimus, vt nullus. collat. 10. conſtitu. fina.

*Statuimus, vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili † trahere ad iudicium ſeculare præſumat contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones, Quòd ſi actor fecerit: à ſuo iure cadat: iudicatum non teneat: & iudex extunc poteſtate iudicandi priuetur.* 1 ¶ *Sancimus etiam, vt: ſi quis clericis, vel eccleſiaſticis perſonis iuſtitiam denegare præſumpſerit: tertiò requiſitus, iuriſdictionem ſuam amittat.*

† hodie ipſo iure Epiſcopatus filios liberat à patria poteſtate, *Nouell.* 81. At nõ liberat curia *Nouell. 123. c. 4.*

*Clerici filijfamilias poſſunt de peculio ſuo teſtari vt de quaſi caſtrenſi.*

34. Iidem AA. Eutropio P.P.

Sacroſanctæ orthodoxæ fidei epiſcopi atque presbyteri, diaconi quoque, qui, ſemel probatis moribus integritate caſtiſſima, ad hunc gradum meruerint peruenire: ea, quæcumque in eodem clericatus gradu locoque viuentes, acquirere & habere potuerint, etiam ſi in patris auique aut proaui poteſtate conſtituti ſint, † & adhuc ſuperſtites habeantur, tamquam [c] bona propria vindicent: de his (ſi quando eis libitum fuerit) eis teſtandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera [d] facultate conceſſa: vt ea bona quoquo tempore ‖ numquam ad diuiſionem veniant, ‖ numquam fratribus vel ſororibus aut ex his genitis conferantur: ſed ad eorum filios, poſteros, & quoſcumque extraneos † hæredes perueniant: nec à patribus, auis, aut proauis, ſed ab ipſorum liberis tamquam præcipua vindicentur: ‖ & ‖ certè his lucro cedant, quibus ipſi id peculium, vel inter viuos alienatione habita, vel mortis tempore vltima & iure cognita voluntate conceſſerunt. Dat. V. Kalend. April.

[c] *l. 50. ĵ. eo. Nouell. 123. c. 19.*

[d] ſeruata tamẽ legitima parentibus. *Auth. presbyteros. ĵ. eo. No. 125. cap. 19.*

† hodie non niſi in certis bonis, *Auth. Licentiam. ĵ. eo. Nouel. 131. c. 17. v. etiam l. 42. §. 3. ĵ. eo.*

† & ita abrogatur pars legis 34. ŝ. *eo. ibi etiamſi in patris poteſtate ſint.*

*Epiſcopalis dignitas liberat à patria poteſtate, ad commodum non ad incommodum.*

*Authent. ex Nouell. 81.*

*Sed epiſcopalis dignitas ſoluit † ius patriæ poteſtatis, ſicut etiam & conſularis, & præfectura ſacrorum prætoriorum, & vrbicaria, & magiſterium militare: & omnis dignitas valens liberare à curia, liberat à patria poteſtate: cum hoc quodcumque cingulum ſuæ poteſtatis præmium honoratis præſtet. Ita tamen, vt filij eorum poſt mortem auorum recidant in poteſtatem, ac ſi contigiſſet, eos morte parentum, & non ex præſenti lege ſuæ poteſtatis fieri.*

*Authent. ex Nouell. 131. c. 13.*

*Licentiam [a] habeat epiſcopus, quæcumque ante epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe, & quæcumque poſt epiſcopatum iure cognationis vſque ad quartum gradum ad eum peruenerunt: ad quos voluerit, vltima voluntate tranſmittere: cæteris † rebus alio modo acquiſitis ab eo, dominio eccleſiæ reſeruatis: niſi in vtilitatem eccleſiæ, vel opera pietatis conſumptæ ſint. Eadem diſtinctione habita in adminiſtratoribus cuiuſcumque loci religioſi.* 1 ¶ *Item ſi quis epiſcopus aut miniſter eccleſiæ moriatur ſine teſtamento, & ſucceſſore legitimo vel legitima: ſucceſſio competit eccleſiæ, in qua conſtituti ſunt.*

[a] Baldus hãc licentiam ita explicat. Prę-latũ regularẽ non poſſe teſtari. Prælatũ ſecularem de pprijs poſſe teſtari, nõ de eccleſiaſticis. Eandem diſtinctionẽ ſeruãdam, ſi de cõmunib. bonis ſint quæſita. Quòd ſi incertum eſt vnde puenerint, indubio præſumi quæſita ex reditib° eccleſię, & ita de his teſtari nõ poſſe *adde Vvurmſerum 1. pract. 39. num. 3.*

*Authent. ex Nouell. 123. c. 19.*

*Presbyteros, & diaconos, & ſubdiaconos, cantores, & lectores (quos [b] omnes clericos appellamus) res quolibet modo ad dominium eorum venientes, habere in ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum, & donare, cui volunt ſecundum leges, & in his teſtari, licèt ſub parentum poteſtate ſint: ſic tamen, vt † horum filij, aut, his non extantibus, parẽtes eorum legitimam ferant partem.*

† & ita reſtringitur pars legis 34. ŝ. *eo. ibi & quoſcumq; extraneos.*

[b] Clericorum appellatione cõprehẽduntur presbyteri, diaconi, ſubdiaconi.

*Priuilegia hoſpitalibus conceſſa confirmantur & noua conceduntur.*

35. Iidem AA. Dioſcoro præfecto prætorio.

Omnia priuilegia [e] quæ à retro principibus, aut à noſtra ſerenitate vel iudiciarijs diſpoſitionibus, aut liberalitatibus, pro ſingulis quibuſcumq; temporibus, ex conſuetudine, ‖ vel conſtitutione ‖, ſiue circa ius metatorũ, ſiue in alijs quibuſlibet rebus præſtita ſunt orphanotrophijs, ſiue aſceterijs, vel eccleſijs, aut ptochotrophijs, ſeu xenodochijs, vel monaſterijs, atque cæteris omnibus, ac ‖ etiam ‖ rebus iuris eorum, ad curam œconomi [d] viri religioſiſſimi presbyteri & orphanotrophi, vel ad eos, qui poſt eum loco eius ſucceſſerint, pertinẽtibus, ad ſimilitudinem [e] Zotici [f] beatiſſimæ memoriæ, qui primus huiuſmodi pietatis officiũ inueniſſe dicitur: per hanc pragmaticam ſanctionem firma illibataque in perpetuum cuſtodiri decernimus: valdè etenim hoc videtur eſſe neceſſarium: cùm exinde ſuſtentatio vel educatio orphanis, atque egenis, & vſibus eccleſiaſticis, ac ptochotrophijs, vel aſceterijs comparetur. Domus etiam aliasq; res ſuperiùs nominatas, ad curam memorati [g] viri pertinentes, vel poſt modum quolibet modo ad eius ſollicitudinem, vel eorum, qui poſt eum ad eiuſdem orphanotrophij curam vocati fuerint peruenturas: ad inſtar maioris venerabilis eccleſiæ huius inclytæ vrbis: omnibus priuilegijs, quę eadem ſancta eccleſia vel nunc adipiſcitur, vel poſtea merebitur perpetuo potiri, pietatis intuitu decernimus. Dat. No. Ianuar. CP. Marciano A. Coſ. & Zenone.

† & ita reſtringitur pars legis 34. ŝ. *eod. ibi. alienandi libera facultate.*

[c] *v. l. 22. ŝ. eo.*

[d] Niconis, cuius nomẽ hîc deeſſe ſatis oſtẽdunt verba ſequẽtia; *ad curã memorati viri.*

[e] Eadẽ priuilegia poſtmodũ attributa ſunt Xenoni Samſonis *Nouel. 59. 131. Procop. lib. 1.* περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων, *v. Cuia. 1. obſer. 12.*

[f] Is Conſtãtinopolitani orphanotrophi primus fuit Orphanotrophus, cui nõ multò poſt Nicon ſucceſſit.

XXXVI [h].

Vnaquæq; [i] ciuitas proprium epiſcopum habeto. Et ſi quis vel per diuinum reſcriptum ciuitatem aliquã aut ſuo epiſcopo, aut territorio, aut alio quopiam iure priuare audeat: exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomenſium [k] Scythiæ ciuitas. illius enim epiſcopus, reliquarũ etiam ciuitatũ curam gerit: tũ etiã Leontopolis Iſaurię ſubeſt epiſcopo Iſauropolitano [l].

[g] i. Niconis, cuius nomen proprium deerat ſuperius. [h] Interpretatio Contij. [i] *v. Paul. ad Tit. 1. verſ. 5.* [k] Sozomenus legit *Tomieſium*, quorũ epiſcopatui inter cæteros præfuit Theotinus *7. hiſtor. 25.* vel Theotimus *6. Socrates* 11. [l] Iſauria Ammia. 14. Ptolo. Ἴσαυρα metropolis quondã Iſauriæ. In eadẽ pcipuæ vrbes Seleucia & Claudiopolis, *Ammia. ibi.*

*Adſcriptitij & cenſiti non poſſunt ſine expreſſa voluntate dominorum fieri clerici.*

37. Iidem AA. Sebaſt. PP.

IVbemus, adſcriptitiorum creationes (ſecundum veterem conſtitutionem) niſi † dominorum poſſeſſionum, vnde oriundi ſunt, euidens concurrit conſenſus, nullius penitus eſſe momenti: ſed eiſdem fundorum dominis, qui faciendæ creationi non (ſicut dictum eſt) euidenter conſenſerint, ius proprium ad ſimilitudinem cęterorum colonorum in ſuos adſcriptitios exercẽdi, tamquam ſi nulla creatio interceſſiſſet, tribui facultatem. Idemque hoc ſuper illis quoque agricolis decernimus obſeruari, qui, cùm eſſent adſcriptitiæ conditionis nexibus adſtricti, ſolitariam vitam videlicet appetentes, quibuſlibet ſeſe monaſterijs contra voluntatem dominorum fundorum duxerint offerendos. 1 ¶ Seruos ſanè ſociari clericorum conſortijs, volentibus atque conſentientib. dominis, modis omnib. prohibemus: cùm liceat eorum dominis, data † prius ſeruis libertate, licitum eis ad ſuſcipiendoș honores clericorum iter (ſi hoc voluerint) aperire. 2 ¶ Omnes præterea virorum clariſſimorum prouincias moderantium ſententijs, abſque vlla priuilegij differentia (qui tamen præſidali iuriſdictioni ſubiecti ſunt) ſiue epiſcopi, vel quilibet clerici, aut monachi, aut cuiuſlibet conditionis ſint, pariter reſpondere decernimus, nulla [a] in poſterum viris clariſſimis prouinciarum rectoribus ad loca, in quibus incuſatæ perſonæ conſiſtunt, perueniendi neceſſitate penitus imponenda: cùm non ſolùm legibus, verùm etiam naturali quoque iuri [b] conueniat, quos res exegerit, iudicialibus ad iudicium vocari ſententijs, non ipſos iudices (quod dictu etiam iniuſtum eſt) ad ſubiectos deduci, ſed per datos ab his iudices ad cauſæ examinationem in locis, vbi incuſati degunt, procedere.

† hodie, adſcriptitij ad clericatum poſſunt promoueri, inuitis dominis: ſed per ſubſtitutum ſeruire debent, *Auth. prox.* ȷ. *eod.*

† hodie ſeru⁹ conſentiente domino in clericum ordinatus ipſo iure cenſetur liber, *Auth. ſi ſeruus.* ȷ. *eod.* *huc refer diſtinct.* 54.

[a] *vt l.* 33. ſ. *eo.*

[b] Iuri conuenit litigatores ad iudices deduci: non iudices ad litigatores.

*Auth. ex Nouell.* 123. *c.* 17.

*ADſcriptitios in ipſis poſſeſſionibus, in quibus ſunt adſcripti, clericos etiam præter † voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti, impoſitam ſibi agriculturam adimpleant, ſubrogato aliquo, quem maluerint.*

*Auth. ex Nouell.* 123. *c.* 17.

*SI ſeruus, ſciente domino, & [c] non contradicente, in clericum ordinatus fuerit ab epiſcopo: ex hoc † ipſo, quòd conſtitutus eſt, liber & ingenuus erit. Si verò, ignorante domino, ordinatus fuerit, liceat domino, intra anni vnius ſpatium & ſeruilem fortunam probare, & ſeruum ſuum accipere. Si verò ſeruus, ſciente, vel neſciente domino, (ſicut diximus) ideò, quòd in clero conſtitutus liber eſt factus, miniſterium eccleſiaſticum reliquerit, & ad ſecularem vitam tranſierit: ſuo domino ad ſeruiendum tradatur.*

† in eo derogatur legi 37. ſ. *eod. ibi, niſi dominorũ euidens concurrit conſenſus.*

[c] Fauore religionis, qui nõ contradicit, cõſentire intelligitur.

† Olim expreſsè libertas erat cõferenda: & ita derogatur legi 37. §. 1. ſ. *eo.* ibi data primùm ſeruis libertate.

*Conſenſus ad certam cauſam durat quandiu cauſa ipſa.*

38. Iidem AA. Sebaſtiano præfecto prætorio.

SEruis, ſi dominorum fuerint voluntate muniti, ſolitariã vitã participandi licentia non denegatur: dum tamen eorũ domini non [d] ignorent, quòd ſi ſeruis ſuis ad monaſteriorum cultum migrandi tribuerint facultatem, eorundem ſeruorum dominio, donec [e] ijdem ſerui in eodem monachorum habitu durauerint, ſpoliandos eſſe cenſemus. alioqui: ſi, relicta fortè vita ſolitaria, ad aliam quamlibet ſeſe conditionem tranſtulerint: certum eſt, eos ad ſeruitutis iugum, quam monaſticæ profeſſionis cultu euaſerant, reuerſuros. Dat. non. Feb.

[d] Scientibus, nec expreſſim vetantib. dominis, ſerui ſolitariam vitã poſſunt profiteri.

[e] Cauſa ſummatim commẽſurata tẽpori, cõmenſurat ſibi effectum ſecundũ illud tempus. *Baldus.*

*Auth. ex Nouell.* 123. *c.* 4.

*EPiſcopalis ordo liberat à fortuna ſeruili, vel adſcriptitia: ſed non à curiali ſiue officiali. nam & poſt ordinationem durat: ita vt per ſubiectam vel interpoſitam perſonam officium adimpleatur: niſi curiæ, vel officio reſtituatur.*

*Auth. ex Nouell.* 5. *c.* 2.

*VErum & ſi legitimo probatus experimento monachus efficiatur, euadet iugum ſeruitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monaſterijs permanere: poſtea verò ſi monachi facti fuerint, liberi erunt.*

XXXIX [f].

QVi ſua monaſteria relinquunt: non recipiunt, quas attulerunt ad ea, res mobiles, cuiuſcumque quantitatis ſint: etiam ſi non ſint confecta monumentorum geſta ſuper ipſis. In donationibus autem immobilium, oportet iura ſeruari, quando non adimitur ei, qui donauit, euictio [a] [earum.] 1 ¶ Non oportet, [b] epiſcopos aut clericos cogere [b] quoſquam ad fructus offerendos, aut angarias dandas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare: quamuis vſus ita obtinuerit. Tranſgreſſor cadit ab eccleſia, & adminiſtratione ipſius, & dat decem libras. Hæc verò obtinent in ſola imperatrice [ciuitate,] & territorio eius, & locis ad eos, qui à patriarcha ordinatur, pertinentibus, aut ad ordinatos ab his epiſcopos.

[f] Interpretatio Contij.

XL [c].

MOnaſteria [d] degunt [ſeu cenſentur] ſub epiſcopis territoriorum ſuorum. & Abbatum [e] quidem curam gerũt epiſcopi, monachorum [f] verò abbates. 1 ¶ Non ſit verò abbas duorum † monaſteriorum.

*Inſinuatio teſtamenti coram quo fieri debeat.*

41. Imp. *Iuſtinus* A. Archelao præfecto prætorio.

REpetita [g] promulgatione, non ſolum iudices quorumlibet tribunalium [h], verùm etiam defenſores eccleſiarum huius almæ vrbis, quos turpiſsimum [i] inſinuandi vltimas deficientium voluntates genus irrepſerat, præmonendos eſſe cenſemus, ne rem attingant, quæ nemini prorſus omnium, ſecundum cõſtitutionum præcepta, præterquam [k] magiſtro cenſus, competit. abſurdũ etenim clericis eſt, immò etiam opprobrioſum [l], ſi peritos ſe velint ‖oſtendere‖, diſceptationum eſſe forenſiũ [m]. temeratoribus huius ſanctionis pœna quinquaginta librarum auri feriendis. Dat. XIII. Calend. Decemb. C. P. Iuſtiniano. A. II. & Opiliano. Coſſ. 524.

42. [n] Imp. *Iuſtinianus* A. Atarbio præfecto prætorio.

OMnem adhibentes prouidentiam circa ſanctiſsimas eccleſias in honorem & gloriam ſanctæ & incorruptæ [o] homouſiæ Trinitatis, per quam & nos & communem rempublicam ſaluos fore credidimus, inſiſtentes etiam doctrinę ſanctorum apoſtolorum, de creandis irreprehenſibilibus [p] ſacerdotibus, qui quidem ob id potiſsimum ordinantur, vt [q] ſuis precibus benignitatẽ humaniſsimi Dei rebus adquirant cõmunibus, præſenti lege ſancimus, vt quoties in qualicumque ciuitate ſacerdotalem ſedem vacare contigerit, decretum fiat ab his [r], qui eam ciuitatem incolunt, ſuper tribus [ſ] perſonis rectę fidei, & honeſtæ vitæ, aliorumq; bonorum & virtutum teſtimonium [t] habentibus, vt ex ipſis idoneior ad epiſcopatum promoueatur: ſi enim ſancti & glorioſi Apoſtoli ſacerdotium à Domino Chriſto Deo conſecuti, & qui bonis omnibus terram repleuerunt, & eius doctrinã omnibus impartiti ſunt, neque ipſi vitę ſuæ, quam in hoc mundo degebant, ſalutis noſtræ cauſa pepercerunt: quomodo æquum non fuerit, vt qui ſubingrediuntur eorum ordinem; & inſtituuntur ſanctiſsimarum eccleſiarum ſacerdotes, purum habeant propoſitum, & pecunias [u] contemnant, omnemque vitam ſuam ad clementiſsimum applicent Deum? 1 ¶ Conuenit igitur huiuſmodi eligi & ordinari ſacerdotes, quibus nec [x] liberi ſint, nec nepotes. etenim fieri vix poteſt, vt vacans huius quotidianæ vitæ curis [y], quas liberi creant parentibus maximas, omne ſtudium omnemque cogitationem circa diuinam

[a] *l.* 2. ȷ. *de euictionibus.*

[b] nec. n. ab alijs cogũtur ipſi, *l.* 2. ſ. *eod.*

[c] ex nomocanone 1. *c.* 20.

[d] Interpretatio Contij.

[e] Abbates in Epiſcoporũ poteſtate cõſiſtunt: & ſi quid extra legem fecerint ab ipſis corrigũtur, *c. abbates. c. monaſteria. & ſequentib.* 18. *diſt.* 2.

[f] Monachi Abbatib. omni obedientia & deuotione ſubiacere debẽt, *d. c.* 2. *abbates.*

† hic verſiculus hodie nõ eſt in vſu. Solent. n. adquiri diſpẽſationes ad duo vel tria beneficia.

[g] *l.* 23. *in verbis repetita promulgatione.* ȷ. *de teſta.*

[h] pro tribunaliũ, *Cuia. ad l.* 7. *in verbo ſi paciſcar. fol.* 113. *ff. de pact.*

[i] turpe eſt defenſori eccleſiæ, affectare munus inſinuandi teſtamenti.

[k] Apud magiſtrũ cẽſus, teſtamẽta inſinuari ſolita.

[l] opprobriũ *adde l.* 17. ſ. *eo.*

[m] Volunt tamẽ Canones ſacerdotem peritum eſſe ſeculariũ negotiorum, v. *diſt.* 39.

[n] Interpretatio Contij.

[o] ἀχράντου.

[p] Græci ἀνεπιλήπτους *hic: &* 1. *ad Timoth.* 3. *verſ.* 2. ſic Paulus *ad Titum* 2. *verſ.* 7. δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς θεοῦ οἰκονόμον. [q] nota munus Epiſcopi: & ita Petrus *act.* 6. *verſ.* 4. ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν *adde l.* 34. ȷ. *de epiſc. audien. Nouel.* 133. *c.* 5. [r] Hinc illud Leonis. Nulla ratio fuit vt inter Epiſcopos habeantur, qui nec à clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus epiſcopis, ſi modò ſint cum metropolitani iudicio conſecrati, v. 62. *diſt. c. nulla ratio. diſt.* 63. & Apoſtoli in eligẽdis diaconis aduocata multitudine diſcipulorum, Diſpicite, inquiũt, ex vobis viros ſeptẽ quos pficiamus, & placuit hæc oratio toti pręſenti multitudini, *act.* 6. *verſ.* 2. 3. 4. 5. [ſ] *Nouell.* 123. *c.* 1. Cur non duabus? *vt act.* 1. *verſ.* 23. [t] 1. *ad Timoth.* 3. *verſ.* 7. [u] ſic, inter cætera, Paulus ait, non oportere Epiſcopum eſſe αἰσχροκερδῆ, ſed ἀφιλάργυρον 1. *ad Timoth.* 3. *verſ.* 3. [x] *l.* 48. ȷ. *eod.* Imò quibus liberi ſint: 1. *ad Timoth.* 4. *& ad Tit.* 1. *verſ.* 6. *adde Nouel. Leon.* 2. 3. [y] quas φροντίδας Græci, Paulus ἀνάγκην 1. *Corinth.* 7. *verſ.* 16. *& pr. ver.* 32. volo vos eſſe ἀμερίμνους, *huc refer verſ.* 33. 34.

uinam liturgiam & res eccleſiaſticas conſumat. Nam cùm quidam, ſumma in Deum ſpe, & vt animæ eorum ſaluæ fiant, ad ſanctiſſimas adcurrant eccleſias, & eis omnes ſuas facultates adferant & derelinquant, vt in pauperes & egentes & alios pios vſus conſumantur: indecens eſt, epiſcopos in ſuum illas auferre lucrum, aut in propriam ſobolem & cognatos impendere. Oportet enim epiſcopum minimè impeditum affectionibus carnaliũ [a] liberorum, omnium fidelium ſpiritualem eſſe patrem. Has igitur ob cauſas [b] prohibemus habentem natos aut nepotes, ordinari epiſcopum. 2 ¶ De his verò epiſcopis, qui nunc ſunt, vel futuri ſunt, ſancimus, nullo modo habere eos facultatem teſtandi, vel donandi, vel per aliam quamcumq; excogitationem alienandi quid de rebus ſuis, quas, poſtquam facti fuerint epiſcopi, poſſederint & adquiſierint vel ex teſtamentis, vel donationibus, vel ex alia quacumque cauſa: exceptis [c] dumtaxat his, quas ante epiſcopatum habuerunt ex quacumque cauſa, vel quas poſt epiſcopatum à parentibus & theijs, hoc eſt, patruis vel auunculis, & à fratribus ad ipſos peruenerunt, peruenturæque ſunt. quæcumque enim poſt ordinationem ex quacumque cauſa extra [d] præfatas perſonas ad ipſos peruenerunt, ea iubemus ad ſanctiſſimam eccleſiam, cuius epiſcopatum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari & euinci: nulla alia perſona poteſtatem habente, ex eo proprium quid auferre lucrum. quis enim dubitauerit eos, qui ipſis proprias res relinquunt aut reliquerint, etſi in aliam perſonam transferunt aut tranſtulerunt, non [e] potiùs ipſum ſacerdotium contemplantes, quàm eius perſonam, & cogitantes, quia non ſolùm ab ipſis relicta piè inſument, ſed & ſuas ipſorum res adijcient, id feciſſe? 3 ¶ Ab hac autem generali noſtra lege excipimus ea ſola, quæcumque & qualiacumque in hunc vſq; diem fuerint Epiphanij archiepiſcopi felicis huius ciuitatis & ſanctiſſimi patriarchæ. Nã ſuper his, quæ ab hoc tempore ei adquirentur, ea, quæ à nobis conſtituta ſunt, obtinere, & ipſa ad ſanctiſſimam maiorem eccleſiam pertinere iubemus. 4 ¶ Poſt mortem verò Deo amantiſſimorum epiſcoporum, iubemus, vt pro tempore illarum eccleſiarum œconomi rationes [f] reddant earum, quæ ab illis relictæ ſunt, rerum: idque ſanctiſſimis eccleſijs proficere, quod ex hac noſtra lege eis debetur. 5 ¶ Et ipſos quidem œconomos cum iudicio & diligenti diſcuſſione creari præcipimus: ſcientibus ipſis: quòd ſingulis annis rationem referent ſanctiſſimo [g] epiſcopo ſuæ adminiſtrationis: & quacumque in re videbuntur res eccleſiaſticas minuiſſe vel læſiſſe, vel proprium quæſtum quæſiſſe, hoc eccleſiaſticis rebus reſtituent. Itaque ſi quidem ſuperſtites iſtiuſmodi rationes ſubierint, fiant, quæ ſupra dicta ſunt. ſi verò, non redditis rationibus, defuncti fuerint: tunc ipſorum hæredes [h] ſubijciantur tali diſcuſſioni, & conueniantur pro reſtitutione omnium, quæ ex ea cauſa debere illos conſtiterit. 6 ¶ Neceſſarium quoque eſſe credidimus, etiam ſuper his aliquid definire, qui curam ſuſceperunt ſuſcepturive ſunt venerabilium xenonum, & noſocomiorum, & ptochiorum, & orphanotrophiorum, & brephotrophiorum. nam & ipſis omnem licentiam auferimus, de adquiſitis rebus poſt ſuſceptas huiuſmodi curationes vel per teſtamentum vel per alium quemlibet modum vel machinationem quicquam in alias [i] transferendi perſonas: exceptis, quæ priùs habuerant, vel poſtea a parentibus vel theijs vel fratribus ad ipſos peruenerunt. Omnia enim, quæcumque ad ſancta pertinent loca, vel quæ ad ipſorum præpoſitos poſt ſuſceptam huiuſmodi curam peruenerunt vel peruentura ſunt, ad [k] ipſa venerabilia pertinebunt loca. eaque piè in eos diſtribui & erogari volumus, qui in illis locis ſunt, vel curantur. Manifeſtum enim eſt: quòd quiſquis derelinquit vel donat ſiue in ſcriptis ſiue ſine ſcriptis xenodocho, vel noſocomo, vel ptochotropho, vel orphanotropho: idcirco dat, vt piè per ipſum diſpenſetur: vt qui multam de eorum pietate præſumptionem & occaſionem habeat, qui ijs locis præfecti ſunt. neque verò iuſtum eſt, ipſum ea, quæ ſub prætextu [l] eorum, qui ſub eius cura ſunt, accipit, non in ipſos vel pro ipſis impendere, ſed in propriam perſonam auferre, & proprio [m] lucro applicare, timore Dei contempto. quis enim tali curæ præpoſitum non exiſtimet idcirco eam ſuſcepiſſe, vt non ſolùm quæ extrinſecus ad eum peruenient, ſed etiam omnia, quę habere eũ cõtigerit, in eam rem impendat? 7 ¶ Amplius id quoque iubemus, vt quęcumq; poſt neceſſariam erogationem in eos, qui eorum curę commiſſi ſunt, & debitam [a] curationem rerum & ędificiorum ſupereſſe contigerit, ea ad redituum comparationem proficiant. vndique enim noſter ſcopus noſtraq; intentio eſt, ad amplificationem & augmentum adducere res ad pios vſus ſegregatas. ſic enim quiſquis pro ſua anima quidquam facere volet, promptius erogabit: ſi [b] crediderit, ea, quę ab ipſo data fuerint, piè adminiſtranda eſſe. 8 ¶ Si autem contigerit aliquem ab adminiſtratione ſua ceſſare, quam acceperat: ſancimus, eum, qui in eius loco conſtitutus eſt, cum timore Domini rationum redditioni ſubijci geſtę ſub eo adminiſtrationis, ſicut diuina noſtra lege continetur: ſciente & eo, qui poſt ipſum conſtitutus eſt, quòd Domino Deo pro his rationem reddet. 9 ¶ Pręterea ſancimus, (quemadmodum & diuinis [c] canonibus definitum eſt) ne quis epiſcopus, aut chorepiſcopus [d], aut viſitator [e] ſiue circuitor, aut presbyter, aut alius cuiuſcumque dignitatis clericus per largitionem ordinetur. Sed nec œconomus, nec eccleſiecdicus [f], nec xenodochus, nec noſocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec quiſquis ptochio [g] pręficiẽdus eſt, per talem fiat largitionem: ſed per iudicium & probationem eorum, qui in illis locis ſunt, Deo amantiſſimorum epiſcoporum. Si verò quis inuentus fuerit occaſione prędictarum ordinationum & adminiſtrationũ aliquid dediſſe vel accepiſſe, ſiue epiſcopus ſit, ſiue clericus: & eum, qui prębuit, & [h] eum, qui accepit, extra ſacerdotium & clerum fieri iubemus: vt poſt hęc Domini Dei ſubiaceant condemnationi. Si autem quis propter pręfecturã dediſſe quid compertus fuerit: eum, qui ita præfectus factus fuerit, extra clerum eſſe iubemus. ſi verò œconomus vel eccleſiecdicus [i] ſeu defenſor, vel chorepiſcopus, id eſt, vel periodeuta [k], viſitator, vel xenodochus, vel noſocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus, vel ptochio prępoſitus, comperietur prębuiſſe quid, vt ſibi cura illa committeretur: & hunc remoueri ab huiuſmodi cura, iubemus. 10 ¶ Pręterea ſancimus, vt omnes clerici per ſingulas eccleſias conſtituti, per ſeipſos pſallant nocturna & matutina & veſpertina, ne ex ſola eccleſiaſticarum rerum conſumptione clerici appareant, nomen [l] quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa liturgiam Domini Dei. turpe enim eſt, pro ipſis ſcriptos neceſſitate ipſis inducta pſallere. Si enim multi laicorum, vt ſuę animę conſulant, ad ſanctiſſimas eccleſias confluentes ſtudioſi circa pſalmodiã oſtenduntur, quomodo indecens non fuerit clericos ad id ordinatos non implere ſuum munus? quapropter omnimodo clericos pſallere iubemus, & ipſos inquiri à Deo amantiſſimis pro tempore epiſcopis & duobus presbyteris in ſingulis eccleſijs, & ab eo, qui vocatur archos vel exarchos [m], & ab ecdico ſiue defenſore cuiuſque ſanctiſſimę eccleſię: & eos, qui inuenti non fuerint inculpatè in liturgijs perſeuerantes, extra clerum conſtitui. Nam qui conſtituerunt vel fundarunt ſanctiſſimas eccleſias pro ſua ſalute & communis reipublicę, reliquerunt illis ſubſtantias, vt per eas debeant ſacrę liturgię fieri, & vt in illis à miniſtrantibus pijs clericis Deus colatur. Licentiam autem concedimus omni [n] perſonę, quę quid horum prętermiſſum eſſe cognouerit, ea denunciare & publicare. 11 ¶ Ea verò, quę à nobis ſancita ſunt, fini tradi & ad effectum perduci cum Dei benignitate

[a] quos tamẽ poſſumus ἔχειν ἐν ὑποταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος 1. *ad Timoth.* 3. *Verſ.* 4. poſſunt etiam ijdem eſſe fideles *ad Tit.* 1. *Verſ.* 6.

[b] *V. Leon. Nouell.* 2. 3.

[c] Epiſcopi poſſunt de proprijs bonis teſtari.

[d] Adquiſita ab epiſcopo, eo mortuo, deferũtur ad Eccleſiã: nec in his teſtari poteſt.

[e] Nota rationem decidendi, Perſonæ extraneæ, ſi quid donant aut legant Epiſcopo, eius ſacerdotium potius ſpectant, quàm perſonam.

[f] Oeconomi rationib. reddẽdis obnoxij.

[g] Oeconom⁹ Epiſcopo rationes reddere tenetur.

[h] Obnoxius rationibus reddendis, ſi eas non reddiderit, onus earũ reddendarum ad hęredes tranſmittit, *V. l.* 12. *ȷ. arbit. tut.*

[i] Prępoſiti locorũ religioſorũ, de adquiſitis teſtari non poſſunt.

[k] Loca religioſa, in adquiſitis, ſuccedunt prępoſito.

[l] Quod prętextu alicuiꝰ accipitur, in eius vtilitatem verti debet.

[m] Qui diſpenſandi facultatẽ habet, ſeipſum eligere non poteſt, *arg. l. 4. ff. de tutorib. & curatorib. V. Bartol. in leg. 43. num. 33. ff. de Vulgari.*

[a] Reditus eccleſiaſtici, in alimẽta, dein ędificia, poſt hęc in emptionẽ pręＤiorum conuertuntur, *adde l. 3. ȷ. de Vſur. pupillarib.*

[b] Eo libentius committitur alicui diſpenſatio, quo fides eius notior.

[c] *canone 28. apoſt.*

[d] Damaſus *in epiſtola Laodiceni ca. 57.* Zonaras χωρεπίσκοποι οἱ νῦν λεγόμενοι ἔξαρχοι. *adde §. 10. ȷ. eod.* ruris aut ſuburbij epiſcopi, ſub ditione epiſcopi aut metropolitani: defenſores Eccleſię ἄρχοντες: ijdẽ qui & archidiaconi, vel archipresbyteri ferè vt Leo ait, & vt eſt in Synodo Neocæſariana ὡς συλλειτουργοὶ εἰς τύπον τῶν ὁ. Sigebert⁹, archidiaconi, qui dicuntur chorepiſcopi. In antiquis monumentis. Abbas d. Irenęi & Iuſti apud Lugdunẽſes ita appellatur, *V. Cuiac. hic.* Datur chorepiſcopus certo vico vel pago ab epiſcopo vrbis *V. c. 10. Synodi Antioch. & c. 14. Synodi Neocæſarienſis. & c. 13. Ancirana.* Papias regionarios vocat, *V. Cuiac. ad l. 6. ff. de excuſ. tut.* dicti quaſi χωρικοὶ, i. ruſtici, *V. Duar. 1. de benef. 9.* Video chorepiſcopos conferri 72. diſcipulis, *68. diſt. c. quamuis.* vt meritò poſſis dicere, à chorepiſcopis cardinales ſuam dignitatem mutuatos. [e] περιοδεύτης. de quo dicam *ȷ. eo.* [f] *Vt ȷ. eod.* [g] ἢ τὸν ἐπὶ τῆς πτωχίας. Is erat generalis mendicorum curator, diuerſus à ptochotropho & œconomo. [h] Dantem pariter & accipientem damnatio Simonis inuoluit, *c. quos conſtiterit. 1. quæſt. 1.* [i] *Vt ſ. eodem.* ἐκκλησιέκδικος defenſor Eccleſiæ. [k] *Vt ſ. eod.* περιοδεύται dicuntur ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστοὺς, vt Zonaras ait, viſitatores *c. non debere. diſt.* 80. In locum remotorum epiſcoporum ſubſtitui ſolent. Ioannes in epiſtola ad epiſcopos Galliæ de Contumelioſo epiſcopo, Ne eius Eccleſia deſtituta videatur, in eius locum viſitatorem dari decernimus, *V. Cuiac. hic.* Idem defenſor & adiutor epiſcopi à Papia, nulli certo loco deputatus: ſed vbique implens abſentis epiſcopi vicem. De periodeutis adde quæ ſcripſi *ad leg. 6. §. 1. ff. de excuſat. tut. Vbi Vide Cuiacium.* [l] eo nomine indigni priuilegio Clericorum, *l. 9. ſ. de ſacroſ. Eccleſ. l. 5. ff. de iure immunitatis.* De pſeudoclericis *V. Duar. 1. de ſacris 17.* [m] i. chorepiſcopo, de quo dixi *§. 9. ſ. eod.* [n] vt ſit actio quaſi popularis, *l. 1. ff. de popularib.*

iubemus: eos verò qui in ſuſpicionem venerint, aliquid horum auſu temerario prætermiſiſſe, primum [a] quidem ex Domini Dei iudicio periculum, ac deinde poſitas in hac lege pœnas ſuſtinere. Dat. Kalend. Mart. CP. DN. Iuſtiniano PP. A. II. Coſſ. 528.

[a] §. l. 2. §. de reb. cred.

43. [b] Idem A. Epiphanio archiepiſcopo Conſtantinopolitano & patriarchæ.

[b] Interpretatio Contij.

OMnem ſemper adhibentes prouidentiam circa ſanctiſſimas eccleſias: per quas & noſtrum imperium ſuſtineri, & communes res clementiſſimi Dei gratia muniri credidimus, necnon & noſtras & cæterorum omnium animas ſtudentes ſaluari: & eam ob rem ſolliciti aſſiduè, ne commoda ſanctiſſimarum eccleſiarum, in quacumque ciuitate ſint conſtitutæ, aliqua ratione minuantur: néve, quæ in ipſis fiunt, diuinæ liturgiæ [c] ex Deo amantiſſimorum ſacerdotum abſentia impediantur, aut non conuenienter curentur, ac ne etiam ſanctiſſimarum eccleſiarum conſumantur res, tam propter itinerũ, quàm etiam commeantium huc ſacerdotum & comitantium clericorum impenſas: vnde ſæpè & ſub fœnore accipiendi neceſſitas emergit, & ex ea re onus ad ipſas ſanctiſſimas eccleſias venit: ſimul etiam ne eccleſiaſticarum rerum nõ conuenienter procedat adminiſtratio per abſentiæ Deo amantiſſimorum epiſcoporum tempus: his ad tuam beatitudinem diuinis apicibus vti oportere exiſtimauimus.

[c] de quibus alibi dicam.

1 ¶ Per quos ipſi iubemus, fieri omnibus manifeſtum, per ſingulas metropoles vniuſcuiuſque prouinciæ ipſi ſubiectis ſanctiſſimis ſacerdotibus: quoniam non decet aliquem ipſorum, aut eorum, qui in alijs prouinciarum ciuitatibus ſub metropolitano ordinati ſunt, epiſcoporum, ſecundum propriam voluntatem abſque diuina noſtra ſpeciali iuſſione [d], relinquere [e] quidem gubernatam à ſe ſanctiſſimam eccleſiam, in hanc verò felicem commeare ciuitatem, qualiſcunque emergat res: ſed mittere oportere huc vnum aut duos ex ſibi ſubiecto pio clero: & facere manifeſta noſtræ pietati ea, quibus opus habẽt, aut per ſeipſos, aut per intermediam tuam beatitudinem: ſicque perfrui iuſta & compendiaria noſtra ope. ſi enim quippiam eorum, quæ ad nos relata fuerunt, tale nobis viſum fuerit, vt indigeat ipſorum Deo amantiſſimorum ſacerdotum præſentia, confeſtim tum proficiſci iubebimus ipſos. abſq; verò tali diuina iuſsione, neminem proficiſci concedimus.

[d] *Nouell.* 6. c. 2. 3. *Nouel.* 67. c. 3. *Nouel.* 123. *cap.* 9.

[e] Huc refer illud Syneſij, χῆναι τούτοις, ὅσοι τὰς οἰκείας ἐκκλησίας ἀπείπαντο, πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀπειπᾶσθαι.

2 ¶ Sciente horum tranſgreſſore, & rectè ac piè introductam à nobis pro ſanctiſsimarum eccleſiarum honore obſeruantiam prætereunte: quòd non paruam indignationem experietur: ſed & ſub excommunicatione fiet, ſi quidem metropolites ſit, à tua beatitudine: ſi verò ciuitatis ſit epiſcopus, quæ metropolitæ ſubiecta ſit, ab ipſo metropolita. pecuniariam namque pœnam definire contra contemnentes diuinam noſtram diſpoſitionem non neceſſarium eſſe putauimus, ne [f] inde ad ſanctiſsimas eccleſias, quod inde euenerit damni, redundet: quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus.

[f] Eſt iniquũ, alterius peccato pœnam alteri infligi.

3 ¶ Hæc igitur ad ſingulorum notitiam ſub ipſa ordinatorum Deo amantiſsimorum Metropolitanorum epiſcoporũ perferre tua ſanctitas ſtudeat, & ab vnoquoque miſſas reſponſiones tam per Metropolitas, quàm per ipſarum reliquarum prouinciæ ciuitatũ Deo amantiſsimos epiſcopos de his, quæ hac de re didicerint, ad noſtram religionem referre. D. X. Kalen. Mart. CP. DN. Iuſtiniano PP. A. II. Coſ.

44. [g] Idem A. Menæ P.P.

[g] Contij interpretatio.

SAnctiſsimarum eccleſiarum & pijſsimorum monaſteriorum decori conſulentes, interdicimus omnibus habitantibus monaſteria conuerſari cum [h] mulieribus monaſtrijs, aut occaſionem aliquam excogitare, qua communicationem aliquam cum ipſis habeant, (hoc enim iuſtam ſuſpicionem introducit, aſsiduè, aut cùm voluerint, cum ipſis congrediendi) ſed ita ſegregatos eſſe, vt nullam [i] participationem ad inuicem ob quamcumque cauſam habeant ipſi, neque excogitari aliquam occaſionem vel illis vel his mutuæ inter ſe commorationis. ſed ſoli per ſe homines in quolibet monaſterio degant, à vicinis ſibi per quamcumq; cauſam monaſtrijs ſegregati: ſolæ item per ſe mulieres non commiſtę viris: vt omnis ſuſpicio indecoræ [k] conuerſationis penitus tollatur [l]. Sed ſi viri fuerint plures: oportet prouidentia ſingularum ciuitatum epiſcoporum, fœminas in alium conuenientem locum transferri, & dari monaſterium ipſis, in quo oporteat ipſas in poſterum apud ſe ipſas honeſtè conuerſari. ſin plures inueniantur fœminæ, aut etiam pari numero: viros quidem transferri, fœminas autem in monaſterio manere, ita vt res ipſius monaſterij mobiles & immobiles, & ſe mouentes, hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata diuidant. Neceſſarijs autem reſponſis apud ſe degentium ſeparatim mulierum, vnum ſenem [a] à Deo amantiſsimo epiſcopo ciuitatis ſegregari. ad diuinas verò peragendas liturgias & ſancta [b] communione participandas vnum presbyterum, & vnum diaconum honeſtæ vitæ dari. qui hæc ſola ſupradicta agere debeant, non etiam conueſci & conuerſari aut cohabitare cum ipſis. His enim ſeruatis, & ipſis felix vita erit, qui ſolitariam vitam elegerint, & communis noſtrę reipublicę res paratiorem conſequentur à Deo clementiſsimo opem. Quæ igitur ſuper communibus rebus & nunc rectè habere exiſtimauimus, huiuſmodi ſunt. ſed & credidimus non paruam hinc viſum iri additam eſſe his ex diuina noſtra conſtitutione vtilitatem.

[h] *Nouell.* 123. c. 30. & *l.* 19. §. *eod.*

[i] *adde Nouel.* 133. *c.* 3.

[k] §. *l.* 19. §. *eod.*

[l] quãtumuis eos adoptauerint ſibi fratrum, cognatorũ, aut dilectorum loco.

[a] minus n. ſuſpicionis eſt in ſene quàm in iuuene. idque eo magis ſi nedum ſenex ſed eunuchus, quod ſuadet *Nouel.* 133. *c.* 5.

[b] Sancta cõmunio liturgiam adſequi ſolet.

1 ¶ Sed & obſeruatione & cautela diligenti opus eſt, ne vllo modo prætereantur hæc. quod non aliter continget, quàm ſi Deo amantiſsimi cuiuſque ciuitatis epiſcopi [c] inſpiciant diligenter monachorum degentium in monaſterijs ſub ſua cura ordinatis, conuerſationes: &, ſi quid ſenſerint huiuſmodi lapſus, omnibus modis compeſcant tale ipſorum inceptum: & pœnis ſubijciant eos, qui poſt noſtram prohibitionem adhuc talia perpetrant: & cogant, vt eorum conuerſationes ſint puræ, & ſeparatæ ab omni commercio muliebri. Nam & ipſis Deo amantiſsimis epiſcopis, ſi hoc rectè æſtimare voluerint, perſpicuum eſt, quòd ex obſeruatione honeſtę huius deuotiſsimorum monachorum conuerſationis: & ſi eis contigerit nihil indecens aut inhoneſtum accidere: clemens Deus propitius res communes noſtræ reipublicæ ſecundabit.

[c] *Nouell.* 133. *c.* 4.

2 ¶ Sed ne vel ipſi Deo amantiſsimi epiſcopi ſuperuacuum ducant hoc noſtrum præceptum: noſſe ipſos volumus, quòd: ſi quis ipſorum manifeſtus ſit, non cum omni diligentia [d], hæc inueſtigare, aut manifeſtum lapſum non ſecundum prædictos modos emendare: obnoxius quidem erit iudicio Domini Dei, & nunc in ipſum veniet imperij noſtri indignatio, & circa ipſum periclitabitur ſacerdotium, neque alia maiore opus erit indignatione.

[d] Epiſcopo indigna eſt negligentia, §. 84. *diſtinct.*

[e] Seculari manu epiſcopi ſunt iuuãdi. Sic alibi, Iudices manu militari vtuntur in exequẽdis ſentẽtijs, *l.* 68. *ff. de iudicijs.*

[f] Pœna negligẽtis epiſcopi.

3 ¶ Tua igitur excellentia diuinam noſtram hanc legis poſitionem manifeſtam faciat cuiuſcunque metropoleos Deo amantiſsimis epiſcopis, & clariſsimis præſidibus prouinciarum, addens & hoc: quòd & ipſi, ſi opus ſit, omne ferant [e] auxilium pijſsimis ciuitatum epiſcopis ad huiuſmodi [lapſus] coercenda, quæ tolli iuſsimus: &, ſi qua negligentia eos vſos eſſe inuenerint, manifeſtam eam nobis proprio faciẽt iudicio, vt vtique omnes cognoſcant, & quænam ab ipſis ſeruari debeant, & ex negligentia [f] definitam [g] pœnam. Curent autem & Deo amantiſsimi metropolitæ, etiam alijs reuerendiſsimis ciuitatum epiſcopis eiuſdem prouinciæ facere manifeſtam diuinam hanc noſtram legem, & denunciare omnibus, vt vigili ſtudio hæc cuſtodiant verentes definitam pœnam.

[g] §. 2. §. *eod.*

4 ¶ Ac ne protrahatur plena obſeruatio diuinæ noſtræ huius legis: atque etiam ne ipſi reuerendiſsimi monachi, qui in præſentia conuerſantur cum monaſtrijs, paruum putent tempus ſibi dari ad debitam & iniunctam ipſis ſeparationem faciendam: annale [h] ipſis definimus, decretum ab eo [die] quo manifeſta diuina noſtra lex hæc facta fuerit. ita vt poſt anni curriculum, ſi appareant ea, quæ ad conuictum attinent, in eodem manere ſchemate, locus ſit omnimodo inſertis diuinæ huic noſtræ legi pœnis. Datum XV. Calend. Febr. CP. Decio V. C. Coſ. 529.

[h] alias tẽpus tacitè ineſſet huic imperio *l.* 2. §. 6. *ff. de eo quod certo loco. l.* 1. *in fin. ff. de condit. & demonſt. l.* 24. *ff. de oper. libert.*

45. [i] Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

[i] Interpretatio Contij.

SAcris canonibus [k] neque Deo amantiſsimis presbyteris neque reuerendiſsimis diaconis aut ſubdiaconis nuptias contrahere [l] poſt huiuſmodi ordinationem permittentibus, ſed ſolis reuerendiſsimis pſaltis & lectoribus id concedentibus: animaduertimus quoſdam deſpicientes quidem ſacros canones, pueros autem generantes ex quibuſdam mulieribus, quibus coniungi ſecundum ſacerdotalem cenſuram non poſſunt. quoniam igitur pœna facinoris huius in ſola ſacerdotij erat amiſsione: ſacros autem canones non [m] minus, quàm leges, valere, etiam noſtræ volunt leges: ſancimus obtinere in illis, & quæ ſacris viſa ſunt canonibus, perinde ac ſi ciuilibus inſcriptum eſſet legibus: & omnes iſtiuſmodi homines tam [n] ſacerdotio, quàm diuino miniſterio, atque etiam dignitate ipſa, quam habent, nudari. quemadmodũ enim ſacris canonib. prohibita ſunt talia: ſic & ſecundũ noſtras leges, rẽ ipſam prohiberi: & præter ſupradictã

[k] de quibus §. *cap. Nicena Synodus diſt.* 31. 1. *ad Timo.* 3. §*erſ.* 2. & 4. & *c.* 4. §*erſ.* 1. 2. 3. *ad Tit.* 1. §*erſ.* 6. & *canonem* 50. *Apoſtolorum* 1. *Corint.* 7. §*er.* 7. & *cap.* 9. §*erſ.* 5.

[l] *adde Nouel. Leonis* 3. At forte permiſſu epiſcopi id fieri poterit vt Ancyrana voluit ca. 10? Nouella Iuſtiniani 123. id vetat. Rationem vide apud Cuiacium *Nouel.* 22. *fol.* 383.

[m] *hac de re* §. *diſtinct.* 10.

[n] *Nouella* 13. *cap.* 1.

excidendo

excidendo miniſterio pœnam, ne legitimos quidem & proprios eſſe eos, qui ex huiuſmodi inordinata conſtupratione naſcuntur, aut nati ſunt: ſed eam, quæ ex talibus ſeminibus oritur, participari turpitudinem. tales enim eos eſſe diſponimus, quales quos leges ex inceſtis aut nefarijs natos nuptijs definiunt. ita vt neque naturales, aut nothi ſeu ſpurij intelligantur. ſed prorſus & vndique prohibiti, & ſucceſſionis genitorum indigni, ac nec donationem [a] ab illis capere poſſint, neque hi, neque horum matres, ne per interpoſitas quidem perſonas. ſed omnibus in hos collatis à patribus beneficijs ad ſanctam eccleſiam, ex qua ſunt, qui talia deliquerunt, reuertentibus. quod enim ſacri canones prohibent, id [b] etiam & nos per noſtras abolemus leges [c]. Si verò ſimulata quædã obligatio ſub ſpecie mutui, vel alterius contractus inſtrumenti fiat, quæ obligatum faciat eum, qui huiuſmodi conſtuprationis particeps factus eſt: hanc etiam infirmam eſſe volumus: & talium rerum dationem, non ad eã perſonam, in quam concepta ſunt ſcripta, ſed ad ſanctiſſimam eccleſiam peruenire. Data XV. Calend. Nouembr. CP. Lamp. & Oreſte VV. CC. Coſſ.

[a] Cuiacius *conſult.* 2. hinc colligit, Legatum a presbytero filiæ ſuæ factum, pro nõ ſcripto haberi: quaſi incapaci relictum. Idque verius eſt, ſi eam ex vxore alterius ſuſceperit. Id ita ſentit Hotomanus *conſil.* 16. Res ita eſt, Nouo iure, hoc eſt, Nouella 89. & Nouella 117. ſpurios ex damnato concubitu ſuſceptos vſque adeò à progenitorũ fortunis arceri, vt etiam parentes eos alere prohibeantur. De iure tamen Canonico, naturali pietate inſpecta, pater tenetur eos alere: & ipſis relinquere poteſt alimẽta, aut ad ea vſque, non vlterius, *ca. non haberet* 5. *extra de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adult.* Eamq; communem eſſe opinionem refert Rolandus à Valle 1. *conſil.* 74. *numer.* 39. *& ſequentibus.* Idem refert Michael Graſſus *libro ſent.* §. *legatum. quæſt.* 6.

46. [d] Idem A. Iuliano P.P.

SAncimus: ſi quis moriens piam fecerit diſpoſitionem vel per inſtitutionis modum, vel per legatum, aut fideicommiſſum, aut mortis cauſa donationem, vel alium quemcunque [modum] legitimum: ſiue iniunxerit pro tempore epiſcopo curam agere, vt impleantur, quæ ipſe voluit, ſiue & hoc reticuerit ſiue etiam in contrarium prohibuerit: neceſsitatem [e] habere hæredes, id, quod ordinatum eſt, facere & adimplere omnimodo. quòd ſi id ſponte non fecerint; confeſtim loci Deo amabiles epiſcopos, curioſos eſſe circa hæc, & poſtulare, vt illi omnia impleant ſecundum voluntatem defuncti. Sed ſiquidem eccleſiæ ædificationem iniunxerit teſtator, intra triennium, inſtare eos, vt perficiatur. ſi verò xenonis ædificationem, intra vnum [f] annum duntaxat id fieri cogere, tanquam ſufficiente tempore hoc conſtituto ad perficienda, quæ placuerunt teſtatoribus: cùm ſit poſsibile & domum conducere, & infirmos illic in lectis ſternere, donec opus ædificationis xenonis ſeu hoſpitalis compleatur. ſi verò quædam dari ſimul & vna præſtatione in pias cauſas damnati fuerint: confeſtim cogere eos facere, hoc eſt, poſt teſtamenti inſinuationem, & poſt adprehenſam [g] hæreditatem vel legatum ab his, qui honorati ſunt. 1 ¶ Si autem tranſierit prædictum tempus, ac neque eccleſia, neque hoſpitale ædificatum fuerit: neque hoſpitalis aliquis ſit, qui hoc ordinet: mox ipſos Deo amabiles epiſcopos [h] exigere ea, quæ pro eo ordinata ſunt, & in id conuenienter quæſita: & facere ædificationes ſanctiſsimarum eccleſiarum, & hoſpitalium, & gerontocomiorum, aut orphanotrophiorum præparationem, aut ptochotrophiorum, aut noſocomiorum conſtructionem, aut captiuorum [i] redemptionem, aut aliam quamlibet actionem piam, à teſtatore ordinatam: deſignare etiam ſeu præficere, qui hæc adminiſtrent, xenodochos, vel orphanotrophos, vel brephotrophos, gerontocomos, vel ſimpliciter piarum [k] actionum dioecetas & curatores. non amplius valentibus poſt dicti temporis lapſum & dictam indeuotionem his, qui illa non fecerint, immiſcere ſe prædictarum rerum adminiſtrationi, aut Deo amabiles epiſcopos impedire ab illarum rerum adminiſtratione. 2 ¶ Clariſsimis præſidibus prouinciarum neceſsitatem imponentibus hæredibus omnimodo ea perficere. namque & veteribus [l] prædicatum eſt legibus, neceſsitatem imponi implere deficientium voluntates eis, qui habere permittuntur, quæ illi reliquerunt. 3 ¶ Sed Deo amabiles epiſcopi: ſi quidem aliquos diſertè hi, qui defecerunt, præpoſuerint rebus: (veluti xenodochos, ptochotrophos, aut noſocomos, aut brephotrophos, aut orphanotrophos, aut gerontocomos, aut paramonarios [m], aut œconomos, aut, ſimpliciter, ‖ dicendo, ‖ piarum actionum adminiſtratores) illos quidem permittant habere adminiſtrationem: ipſi verò non adminiſtrent quidem ſed adminiſtrationem illorum inſpiciant aut obſeruent: & rectè quidem habentem laudent: in quibuſdam autem aliquid prætergredientem corrigant: peſſima autem adminiſtratione facta etiã eos expellant, & alios inſtituãt, qui cogitent & animo concipiant magni Dei timorem, & terribilem magni & nunquam finiendi iudicij diem, ad quam [a] illos reſpicientes conuenit omnia facere cum ad Deum coordinata mente. Si verò neminem diſertè hi, qui moriuntur, præſtituerint adminiſtrationi, ſed in hæredum poteſtate totum poſuerint: hi autem rem neglexerint: continuò ipſi Deo amabiles epiſcopi & adminiſtrent, & præficiant ſupraſcriptas perſonas, (vt ptochotrophos, aut noſocomos, & cæteros deinceps, qui etiam magni Dei honorem mente præferant) vt omnimodo & via & artificio ad effectum perducantur, quæ ordinata ſunt. 4 ¶ Supra autem omne tempus quo diſtulerint facere diſpoſita ſcripti hæredes: eos cogi ſoluere & fructus & reditus & omnem legitimam acceſsionem à tempore eius, qui diſpoſuit, mortis, ſancimus: non [b] inſpecta mora à litis conteſtatione aut conuentione, ſed ipſo iure intellecta (quod dicitur vulgò) mora præceſsiſſe, & locum habente, fructuum & aliarum rerum acceſſione. 5 ¶ Hoc eodem obtinente: & ſi non ab hærede, ſed à fideicommiſſario [c] aut legatario relictum fuerit huiuſmodi pium legatum: & illud acceperit is, qui legato honoratus eſt. & mox quidem licentiam eſſe Deo amabilibus epiſcopis poſcere tales perſonas quibuſdam rebus honoratas facere diſpoſita. 6 ¶ Si verò negligentes fuerint locorum Deo amabiles epiſcopi id agere, fortè gratia corrupti à ſcriptis hæredibus vel legatarijs, vel fideicommiſſarijs: licentia erit aut metropolitano prouinciæ [d], aut archiepiſcopo illius dioeceſeos, hæc cognoſcenti, inquirere, & cogere, pium opus aut piam liberalitatem omnimodo impleri. & cuicunque ciuium idem etiam facere licentia erit. cum ſit enim communis pietatis ratio, communes & populares [e] decet etiam affectiones conſtitui harum rerum executionis. habituro vnoquoque licentiam ex noſtra hac lege mouere *ex* [f] *lege condictitiam*, & poſtulare relicta adimpleri. ſciente, qui hæc neglexerit, Deo amabili epiſcopo: quod & ipſe, præter imminentes è cœlo pœnas, etiam imperialem motum ſuper huiuſmodi contemptum experietur. 7 ¶ Vt autem adhuc maiore metu terreantur hæredes morientium, vel harum rerum procurandarum & faciendarum onere grauati, quominùs harum rerum effectum differant: & hoc ſancimus: vt, ſi impediti à Deo amabilibus epiſcopis, qui his rebus honorati ſunt, poſtea ceſſauerint, ſeu diſtulerint, ita vt præſidum exactione opus fuerit: confeſtim non ſolùm ipſi ſimplum (quod dicitur) exigantur, ſed omnino duplum. [g] ſi enim apud veteres erant quædam themata in quibus, ex inficiatione [h], dupla condemnationis inducebantur: quomodo vtique non etiam hîc eos, qui non ſolùm ne ſpontè fecerint, ſed tempus præterea protraxerint, & poſtremo imperiti à Deo amabilibus epiſcopis, ac deinde neque ipſis ſtatim parentes, opus habuerint etiam præſidali exactione: dupli exactione non conuenit caſtigari? 8 ¶ Si verò morientes ſuos hæredes voluerint, quando morituri eſſent ipſi hæredes, actionem aliquam implere piam, non autem in ipſorum vita: & hoc cuſtodiri: & non [i] in medio hæredes cogi facere quid eorum, quæ teſtator poſt ipſorum mortem voluerit fieri: cùm verò morientur ipſi: neceſsitatem habeant omnimodo iſta implere: dilatione autem aliqua ab ipſorum hæredibus facta, tunc neceſſe eſt, illa fieri, quæ antè diſpoſuimus. 9 ¶ Si verò aliqua eorum, quæ vocantur *annalia* [k] *legata*, relicta fuerint aut donata clero fortè, aut monaſterio, aut aſcetrijs, aut diaconiſsis, aut ptochijs, aut xenonibus, aut noſocomijs, aut brephotrophijs, aut ſanctiſsimarum eccleſiarum pauperibus, aut (ſimpliciter) cœtibus quibuſdam pijs, aut omnino non prohibitis [l] ex plebe collegijs: velint autem ſecundum aliquod tempus hi, qui tunc reperiuntur, auro accepto ſuper tali actione tranſigere [m]: non liceat id agere: neque, quod factum fuerit, ratum eſto: imò

[a] ſi non amore, terrore ſaltem ac metu pœnæ homines à vitio abſtinere debent. Breuis differentia legis & euangelij, amor & timor.

[b] hic caſus eſt ſpecialis, *Nouell.* 131. *c.* 11. Aliud enim in aliorũ legatis, *l.* 23. *ff. de legat.* 1.

[c] & merito: ſunt enim fideicommiſſa legatis exæquata, *l.* 1. *ff. de legat.* 1.

[d] De metropolitano & archiepiſcopo, V. *diſt.* 21. *c. cleros.*

[e] *l.* 1. *et ſequẽtib. ff. de popularib. action.*

[f] Cur ex lege condictitia? collige ex l. vnic. *ff. de condict. ex lege.*

[g] Piorum legatorum actio, nedum ex inficiatione duplicatur, ſed ex mora.

[h] §. 19. §. 23. *in f. inſti. de act.*

[i] nec. n. iuſtè agi poteſt ante cõdicionis euentum *l.* 5. §. 2. *ff. quãdo dies legati.*

[k] ceu annua, V. *tit. ff. de annuis legatis: adde l. vlt.* ℑ. *eod.*

[b] Leges non dedignantur ſacros canones imitari, *Nouell.* 83. *c.* 1. [c] Cur ita? *collige ex c. conſtitutiones. diſt.* 10. [d] Interpretatio Contij. [e] *Nouell.* 1. *c.* 1. [f] *Nouell.* 1. *c.* 4. [g] Hæreditas, niſi adita, non tranſmittitur *l.* vn. §. 5. ℑ. *de caducis.* [h] quorum oneri incumbit, perſonis ad id ſpecialiter deputatis deficientibus, eo nomine agere *l.* 25. §. 1. ℑ. *eod.* [i] Captiuorum redemptio, inter pias cauſas numeratur *V. hic.* [k] nota de piarum actionum dioecetis & curatoribus *adde* §. 3. ℑ. *eod.* [l] *adde Nouell.* 1. *c.* 1. [m] *παραμοναρίους.* Ii erant villici, ſiue actores poſſeſſionum, ex eorum genere qui res Eccleſiaſticas adminiſtrant. quamuis alias hi videantur appellari, Satellites, adſeclæ, buccellarij. Eſt enim Nicetæ παραμονὴ, πελεκυφόρος, βάρβαρος, V. *Cuiac. hic.*

[l] Collegio prohibito legari non poteſt. Quæ ſint prohibita, V. *l.* 1. *ff. quod cuiuſque.* [m] Non licet monaſterio de annuo legato tranſigere.

& [a] priuationem rerum [b], qui hæc redemit vel tranſegit, ſuſtineat. quandoquidem neceſſe erit: his quidem, qui aliqua parte temporis fuerint, eſſe pecuniarum copiam: his autem, qui futuri ſunt, omnimodam relictorum priuationem. ſed nec ipſum *Annaliorum* nomen, neq; perpetua defuncti memoria, ob quam & annuum hoc reliquit, conſeruabitur, ſed ſtatim extinguetur vna cum ipſa relictorum interiens alienatione. Manere igitur perpetuò [c] ipſos obnoxios huiuſmodi dationibus ſancimus. adeò vt, ſi qua fiat alienatio, & ipſa irrita ſit: & hi, qui quandoque præerunt pijs locis, licentiam habeant perſequi, & exigere ipſa, nulla temporis præſcriptione opponenda ipſis, cùm [d] per vnumquemque annum talis naſcatur actio. Quinimò hypothecæ ſubiecta ſint eius, qui reliquit bona, huiuſmodi legatorum cauſa: ita vt licentiam habeant ex ipſis rebus ſatis pijs operibus facere, non ſolùm pro relictis, ſed & pro fructibus ipſorum, & reditibus, & omni legitima acceſſione temporali (vt dictum [e] eſt) nulla retinentibus præſcriptione conuenire queunte, quantumcunque quis numerauerit tempus: Niſi inter hunc [f] annali legato oneratum, & eum qui ſecundum ſacros canones & noſtras leges præſul conſtitutus eſt, iſtiuſmodi exactionis factum fuerit pactum, quo placuerit, vt reditus pro annuo legato daretur à grauata perſona, ſemper vigens ac perpetuus, & non multis publicis oneribus obnoxius: ſed & acceſſionem habens, omnino quidem non [g] minorem quarta parte puri reditus, aut ampliùs, quantum ſcilicet inter eos placuerit. ſi enim tale quiddam in ſcriptis fiat pactum, & datus fuerit talis reditus & receptus in ſcriptis, pactionibus & tranſactionibus, & id manifeſtum per geſta monumentorum conſtitutum fuerit: ceſſare exactionem annui legati contra eum, qui eo oneratus eſt, ſancimus. eum verò reditum pro legato conſtitui, perpetuò ad id deputatum, & qui alienari à nemine, quocumque alienationis modo, poſſit. nullo [h] autem horum ſubſecuto, ſubiacere perpetuò (vt antea à nobis dictum eſt) dationi annuorum legatorum eos, qui his grauati ſunt, ſancimus: vt & nomen & memoria defuncti, & vt annui reditus in ipſis operibus perpetuò conſeruentur. Dat. XV. Kalend. Nouemb. Conſtantinop. Lamp. Coſ. & Oreſte. 530.

[a] Emptor rei vetitæ aliena ri, rem emptam reſtituere cogitur: nec datũ precium repetit, quaſi indebitum, *vt hic: §. Vlt. Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex contractu.*

[b] χρημάτων.

[c] διηνεκῶς. hoc verbum intelligendũ eſt pro ſubiecta quæſtione, *v. leg. 1. ff. pro ſocio.* Cur ppetuò? collige ex lege *20. ff. de annuis.*

[d] Quarum rerum actio ſingulis annis naſcitur, earum perpetua petitio eſt, nulla præſcriptio.

[e] *§. 4. s. eod.*

[f] atqui Eccleſiæ conceſſa eſt tantũ permutatio, vel cum alia Eccleſia *Nouell. 54. c. 2.* vel cũ principe *Nouell. 7. c. 2.*

[g] *adde l. 8. in f. ff. de tranſactionib.*

[h] Forma iuris omiſſa, actũ vitiat.

47. [i] Idem A. Iuliano P.P.

Sacris [k] noſtris legibus exiſtimauimus oportere & hæc addi: quæ ex virtute, non [l] autem ex temporibus, religioſas abbatias [m] ſeu præfecturas tribuit. ita videlicet, vt in pijs monaſterijs aut aſceterijs, non omnimodo mortuo abbate vel abbatiſſa, is vel ea, qui vel quæ tempore antiquior eſt, aut ſecundus ſecundáve deinceps eligatur. conſentimus enim naturæ, neque omnes ſimiliter bonos, neque omnes in æquo facienti malos: ſed quem vtique & vita [n] optima, & mores honeſti, & circa pium exercitium conſtantia, & commune reliquorum monachorum complemẽtum, aut maxima eorum pars, idoneum ad hoc putauerit, & ſacris euangelijs propoſitis elegerit, ad præfecturam vocari. ita vt, ſi quidem primus poſt defunctum vtilis ſit, & monachis præeſſe dignus, ille alijs præferatur: ſi verò qui poſt illum eſt, ſimiliter in ipſum feratur futuri præfecti calculus. ſi verò nullus horum dignus videatur: confeſtim is [o], qui ex omnibus idoneus erit, cuiuſcumque gradus ſit, præordinetur abbas, qui ſit videlicet & vitę honeſtæ, & honeſtæ conuerſationis, & qui ſeruare creditos ſibi poſſit, cùm ſit conueniés, omnem principatum, & omnem hominum præfecturam, non ex temporibus, neque [p] ex ſortibus, neque ex fortuitis circumſtantijs, ſed ex electione, & ex eo, quod præſtantius eſt, fieri: & bonum apud omnes teſtimonium & probationem eſſe, fieri ordinationi ordinem. 1 ¶ Manifeſta autem hæc fieri Deo amabili epiſcopo: vt: cùm is dixicerit eum qui eſt electus, & hoc ſe rectè habere adprobauerit, conſentientem electoribus calculum ferat, & promoueat ipſum ad huiuſmodi abbatis ordinem. Adprobare verò oportet hanc ipſam electionem, & pro tempore Patriarcham, & qui in his locis ſunt, Deo amabiles epiſcopos, habentes & ipſos iudicium Dei, & futuram condemnationem metuentes, ſi non per electionem, ſed ad aliquam paſsionem [a] ſeu affectionem reſpicientes humanam, promotionem fecerint. habituris ipſis & in hac vita & in futura à Deo immiſſam pœnam: videlicet ipſorum negligentia animabus plurimis peccatorum cauſas præbente. 2 ¶ His omnibus & in reuerendiſsimis fœminis aut virginibus, quæ pijs monaſterijs præſunt obtinentibus. 3. Reliquo omni ſacro ordine, ſacro miniſterio ſecundum ſuos gradus præſidéte, & nulla in re per præſentem noſtrã innouato legem, Dat. XV. Kalend. Dec. CP. Lamp. & Oreſte Coſſ. 530.

[i] Interpretatio Contij.

[k] Huius legis fit mẽtio in Nouellis.

[l] Non pro ætate, ſed merito Abbatiæ conferendæ ſunt. Sic non ætas, ſed vita ſeniorem facit. Hinc illud, Laqueus iuuenum omnes vos. & rurſus, Maledictus puer centum annorum *2. quæſtio. 7. cap. Paulus dicit, Seniorem non increpaueris.* [m] nota formam eligendi Abbatis. [n] Dignitas aut nomen non facit Epiſcopum, ſed vita: non Epiſcopi nomen, ſed vita reuerentiam meretur, *cap. plerunque. in fin. cap. non omnes. cap. non omni. 2. quæſtione ſeptima.* [o] Hinc illa puerorum nænia, Rex eris, aiunt, Si rectè facies. [p] Atqui ſorte Matthias electus eſt *Act. 1. Verſic. Vltimo?* Certè, quædam ſortibus fiunt, de quibus alibi dicam. nec inde tamen ſortilegi artem ſuam ſtatuere debent *26. quæſtione ſecunda, cap. non ſtatim. & ſequentibus.*

[a] *V. l. 31. s. eod.*

[b] Interpretatio Contij.

† *l. 42. §. 1. s. eod. V. Nouel. Leon. 2. 3. 1. Timoth. 3.*

[c] hinc illud Pauli, Nõ vt confundam vos, hæc ſcribo, ἀλλ' ὡς τέκνα μου ἀγαπητὰ νουθετῶ *1. Cor. 4. Verſ. 14.*

48. [b] *Idem* A. Ioanni P.P.

Sancimus, neminem ad epiſcopatum ordinari, niſi & in alijs rebus vtilis & optimus ſit, & neque mulieri cohabitet, neque † liberorum exiſtat pater. ſed loco vxoris, adhæreat quidem & continens ſit circa ſanctiſsimam eccleſiam: loco [c] verò liberorum, omnem Chriſtianum & orthodoxum habeat populum: cognoſcens, ſic ab initio ea, quæ de ſucceſsione Deo amabilium epiſcoporum ſunt, nos diſpoſuiſſe, & cum eiuſmodi cogitatione proceſsiſſe noſtram legem: & eos, qui præter hæc quid faciunt, aut fecerunt. omni epiſcopatu indignos eſſe. qui enim, poſt hanc noſtram conſtitutionem, facere aliquos epiſcopos præter eius vim, aut fieri auſi fuerint: neque in epiſcopis numerabuntur, neque manebunt in ſacris: ſed expulſi ab his, alijs dabunt locum ordinationis, cùm inprimis diligentiſsimæ, tum etiam Deo per omnia placentis. Dat. IIII. Kal. Sept. CP. poſt Conſulat. Lamp. & Oreſt. 531.

[d] ſenſus eſt, Qui captiuos in vniuerſum inſtituit hæredes, totam hæreditatẽ eis confert, nulli Falcidiæ ſubiectam. Qui volent ſua bona nulli Falcidię ſubijci, captiuos aut pauperes hęredes inſtituant. quod apertius exponam *§. 4. 5. eo.*

[e] Vox captiui eſt incerta. ideoq; videbatur legatum non valere *J. tit. de incert. perſon.*

[f] Captiui hæredes inſtitui poſſunt.

[g] i. inſtituerit. An idem ſi ſubſtituerit? Bald. ait.

[h] Quod captiuis relinquitur, nõ relinquitur incertis perſonis. *l. 24. l. 28. s. eod. Nouell. 131. c. 11.*

[i] Cuius maxime eſt fauor.

[k] Quæ ſuperius dicta ſũt de captiuis, eadem locũ habẽt in inſtitutione pauperum.

49. Imp. *Iuſtinianus* A. Ioanni PP.

Si quis ad declinandam [d] legem Falcidiam, cùm deſiderat totam ſuam ſubſtantiam pro redemptione captiuorum [e] relinquere, eos ipſos captiuos [f] ſcripſerit hæredes [g]: ne videatur, quaſi incertis [h] perſonis hæredibus inſtitutis, iudicium ſuum oppugnandum reliquiſſe: ſancimus, eiuſmodi & talem inſtitutionem pietatis [i] intuitu valere, & non eſſe reſpuendam. 1 ¶ Sed & ſi pauperes [k] quidem ſcripſerit hæredes: & [l] non inueniatur certum prochotrophium, vel certæ eccleſiæ pauperes, de quibus teſtator cogitauerit: ſed ſub incerto vocabulo pauperes fuerit hæredes inſtituti: ſimili modo & huiuſmodi inſtitutionem valere decernimus. 2 ¶ Et ſi quidem captiuos ſcripſerit hæredes ciuitatis, in [m] qua teſtator larem [n] fouere ac degere noſcitur, epiſcopus & œconomus hæreditatem ſuſcipiant: & omnimodo in redemptione captiuorum procedat hæreditas, ſiue per annuos reditus, ſiue per venditionem mobilium [o] ſeu ſe mouentium rerũ ſit: nullo penitus ex hoc lucro vel œconomo, vel epiſcopo, vel ſacroſanctæ eccleſiæ relinquendo. Sin autem propter hoc à [p] ſpeciali hærede receſſum eſt, vt non Falcidiæ ratio inducatur: quomodo ferendum eſt, hoc, quod in ſacrum [q] venerit, per Falcidiam vel aliam occaſionem minui? 3 ¶ Vbi autẽ indiſtinctè pauperes ſcripti ſunt hæredes: ibi xenonem eius [r] ciuitatis omnimodo hæreditatem nanciſci: & per [s] Xenodochium [t] in ægrotantes fieri patrimonij diſtributionem, ſecundum quod in captiuis conſtituimus, vel [u] per redituum annalium erogationem, vel per venditionem rerum mobilium, vel in ſeſe mouentium, vt ex his res immobiles comparentur.

[l] Ratio dubitandi ex lege *9. §. 9. ff. de hæredib. inſtit.* [m] *V. l. 26. s. tit. prox.* [n] de lare *V. l. 1. §. 2. ff. de agnoſcend.* [o] *V. quæ notaui ad l. 93. ff. de Verbor. ſignif.* [p] A ſpeciali hærede interdum ita recedere poſſumus, vt Falcidia non vtatur. [q] Quod captiũis aut pauperibus relinquitur, ſacro corpori relinqui intelligitur. Ea ratio eſt, ob quam huiuſmodi relicta non minuuntur per legem Falcidiam. Vetatur enim rerum ſacrarum deminutio. [r] Qui xenonem hęredem inſtituit, in dubio ſuę ciuitatis xenonem inſtituiſſe intelligitur. Etenim ſuam quiſque magis quàm alienam ciuitatem diligere præſumitur. & ita rectè iudicari poteſt ex præſumpta voluntate teſtatoris. [s] Qui xenodochium inſtituit, per eum ęgrotos aduenas inſtituere videtur. [t] Xenodochus is eſt, qui aduenas ęgrotos, inopes, debiles, inualidos, neceſſarium ſibi victum parare nequeuntes, hoſpitio excipit. [u] ſenſus eſt, Xenones ita ſolent inſtitui, vel vt certam ſummam pauperibus ſemel diſtribuant, vel vt reditum annuum erogent, vel vt ex mobilium precio immobilibus emptis annuum victum ęgrotantibus preſtent.

& annuus

& annuus victus ægrotātibus accedat, quis [d] enim pauperior eſt hominibus, qui & inopia tenti ſunt, & in xenone repoſiti, & ſuis corporibus laborantes, neceſſarium victum ſibi non poſſunt afferre? 4 ¶ Licentia omnino dāda & in priore & in ſecunda ſpecie, & actionem mouere, & debita exigere: vt in captiuos, vel in ægrotantes conſumantur. Si enim hæredum [b] eis & ius & nomē dedimus, ſine [c] Falcidiæ tamen legis emolumento: neceſſe eſt eos debita exigere, & creditoribus reſpondere. 5 ¶ Sin autē ampliores in ciuitate xenones vel ptochotrophia ſint: ne incerta videatur pecuniarum datio, tunc ei xenoni vel ptochotrophio, qui pauperior [d] eſſe dignoſcitur, eaſdem res vel pecunias adſignari cenſemus: hoc videlicet diſcutiendo à viro reuerendiſſimo locorum antiſtite, & ſub eo conſtitutis clericis. 6 ¶ Sin autem nullus xenon in ciuitate inueniatur: tunc, ſecundùm de captiuis ſanctionem, pro tempore œconomus ſacroſanctæ eccleſiæ vel epiſcopus hæreditatem accipiat: & ſine [e] Falcidiæ ratione pauperibus, qui in ciuitate ſunt, vel penitus mendicantibus, vel alia ſuſtentatione egentibus, eædem pecuniæ diſtribuantur. 7 ¶ Hæc tamen omnia locum habere ſancimus, quando nō certi xenonis vel certi ptochotrophij, vel certæ eccleſiæ nominatio à teſtatore ſubſecuta eſt, ſed incertus eſt eius ſenſus. Sin autem in perſonam certam venerabilémve certam domum reſpexerit, ei tantummodò hæreditatem vel legatum competere ſancimus, nulla [f] Falcidia nec in hac parte intercedente. 8 ¶ In omnibus autem huiuſmodi caſibus cœleſtes iracundias, ſacroſanctarum rerum adminiſtratores expectent, ſi qualecumque lucrum ex huiuſmodi gubernationibus ſibimet acquiſierint, vel ſi hoc committi ab alio conſenſerint, & nō grauiſſima pœna & interminatione, quod perperam factum eſt, ſtudeant corrigere.

*Auth. ex Nouell. 115. c. 3.*

*SI † captiui alicuius liberi ſeu cognati redemptionē eius neglexerint: non ſolum exhæredari poſſunt, ſed etiam lege denegatur eis ſucceſſio. & ſi fuerint ſcripti hæredes, tantum valeat teſtamentum in alijs capitulis. Hæc ergo ſucceſſio defertur eccleſiæ ciuitatis eius, expēdenda ſcilicet in captiuorum redemptionem. Multò magis ſi extraneos inſtituerit, qui redimere ſuperſedeant. Excipitur minor octodecim annis. Qui autem redimere ſtudent, ſi proprias non habeant pecunias, ſuper quibuſlibet rebus ipſius in eam cauſam rectè contrahunt, etiam ſi minores viginti quinque annis ſint, maiores tamen octodecim, qui tamen pro maioribus viginti quinque hic accipiuntur. Et captiui, ſi reuerſi fuerint, coguntur habere ratum contractum. Eadem pœna eſt parentum, ſi redemptionem neglexerint liberorum.*

*Teſtamenta facta ſuper peculio quaſi caſtrenſi clericorum, non ſubiacent querelæ inofficioſi.*

50. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

CVm lege Leonina viris reuerendiſſimis epiſcopis & presbyteris & diaconis peculium [g] habere quaſi caſtrenſe conceſſum eſt, eo addito, vt & in ipſo teſtari poſſint: dubitabatur, ſi huiuſmodi teſtamenta debeant de inofficioſo querela expugnari: cùm de omnibus perſonis, quæ huiuſmodi peculium meruerunt, eadem fuerat quæſtio exorta. Sancimus itaquè, viris reuerendiſſimis epiſcopis & presbyteris & diaconis, qui tale peculium quaſi caſtrenſe poſſident, ſuper his tantummodò rebus, quæ quaſi caſtrenſis peculij ſunt, non ſolùm vltima condere ſecundùm leges elogia licere, (quod ex Leonina conſtitutione deſcendit) ſed etiam eorum vltimas voluntates ſuper his tantummodò habitas, de inofficioſo querelæ minimè † ſubiacere. Dat. Non. Februarij. CP. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis, anno II. 532.

[a] ſenſus eſt, vox, Pauperis à propria ſignificatione non eſt detorquēda. Ideoque, pauperibus inſtituti non tā corū hoſpes, quam ipſi hoſpitio excepti ac egentes, inſtituti videntur.
[b] Teſtamentarius executor, actiones mouere poteſt ſicut hæres *Bart.*
[c] ſic intelligo, Xenodochum (idem ſentiendum in ſimilibus perſonis) hęredem inſtitutum, vniuerſam hæreditatem pauperib. diſtribuere teneri: nec ex ea deducere quartam iure inſtitutionis §. 6. j. eo. Alias nimis generale eſt quod ex hac lege colligi ſolet, Ex relictis ad pias cauſas non detrahi legitimam: cum legitima iure naturę debita ſemper detrahenda ſit, at non legitima debita iure inſtitutionis V. *VVurmſerum* 1. *Pract.* 39. c. 8.
[d] ſenſus eſt, Relictū certo xenodochio, ei deberi §. 7. j. *eod.* ſi incerto, ciuitatis xenoni debebitur §. 3. j. *eo.* Quid ſi plura ſint in ciuitate xenodochia? pauperiori. Si nullum? Epiſcopus relictum pauperib. diſtribuit integrū, nulla deducta quarta.
[e] V. §. 4. s. *eod.* §. 7. j. *eod. Nouell.* 131. *c.* 12.
[f] §. 7. j. *eod.*
† vſus huius Authenticæ is eſt apud Gallos, Captiuus de ſuis teſtari poteſt. ſi poſtea liberatus moritur inteſtatus, ei ſuccedet, non Eccleſia, ſed proximus: quamuis redemptionem captiui neglexerit. quia ipſe ingratitudinem videtur remiſiſſe, ſi non eſt in vita conqueſtus *l. vlt. j. de reuoc. donat.* Quid ſi in captiuitate moritur inteſtatus? Bona eius poſſe applicari fiſco putat Rebuffus *in proœm. conſtit. gloſ. 5. num.* 38.
[g] Clerici peculium quaſi caſtrenſe habent *l.* 34. s. *eo.* † puto hoc abrogatum eſſe Nouella 123. *c.* 19. Authentica Presbyteros j. *eod.*

*Licitum eſt vnicuique renunciare Iuri ſuo.*

51. Idem A. Ioanni P.P.

SI † quis [a] in conſcribendo inſtrumento [b] ſeſe confeſſus [c] fuerit nō [d] vſurum fori præſcriptione [e] propter ſacerdotij [f] prærogatiuam: ſancimus, non licere ei aduerſus [g] ſua pacta venire, & contrahentes decipere [h]: cū [i] regula [k] ſit iuris antiqui, omnes licentiam habere, his, quæ pro ſe indulta ſunt, renunciare. Quam generalem legem in omnibus caſibus obtinere ſancimus, qui necdū per iudicialem ſententiam vel amicabilem conuentionē ſopiti ſunt. Dat. Kalen. Sept. CP. poſt conſulatū Lampad. & Oreſtis VV. CC. 532.

52. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

GEneraliter [l] ſancimus, omnes viros reuerendiſſimos epiſcopos, necnon presbyteros, diaconos & ſubdiaconos, & præcipuè monachos, licèt non [m] ſint clerici, immunitatem [n] ipſo iure omnes habere tutelæ [o] ſiue teſtamentariæ, ſiue legitimæ, ſiue datiuæ, & nō ſolùm tutelæ eos eſſe expertes, ſed etiam curæ [p] non ſolùm pupillorum, & adultorum, ſed & furioſi, & muti, & ſurdi, & aliarum perſonarum, quibus tutores vel curatores à veteribus legibus dantur. 1 ¶ Eos tamen clericos & monachos huiuſmodi habere beneficium ſancimus, qui apud ſacroſanctas eccleſias vel monaſteria permanent, non diuagantes [q], neq; circa diuina miniſteria deſides: cùm propter hoc ipſum beneficiū eis indulgeamus, vt, alijs omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſterijs inhæreant. 2 ¶ Et hoc non ſolùm in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, ſed & in omni terra vbicunque Chriſtianorum nomen colitur, obtinere ſancimus.

*Ad legitimam tutelam volens admittitur clericus, niſi ſit epiſcopus vel monachus.*

*Auth. ex Nouell. 123. c 5.*

*PResbyteros, diaconos, aut ſubdiaconos, iure cognationis ad tutelam vel curam vocatos, ſuſcipere permittimus [r]: ſi tamen intra quatuor [t] menſes, ex quo vocati ſunt, apud iudicem competentem in ſcriptis declarauerint, talem adminiſtrationem propria ſe voluntate ſuſcepiſſe. Si quis autem ſic fecerit, nullum ex hoc præiudiciū circa alienam tutelam vel curam patiatur. 1 ¶ Epiſcopos autem vel monachos tutelam alicuius perſonæ ſubire non permittimus.*

53. Idem A. Ioanni P.P.

SAncimus [r] neminem omnino, neque curialem [u], neque taxeotam, epiſcopum aut presbyterum decætero fieri: nihil attinente aut attingente hac lege eos, qui ante eam huiuſmodi ſacerdotio digni habiti ſunt: de cætero verò nemine omnino, qui ſupradictæ ſit fortunę, non poſſe ad prædictas conſecrationes aſcendere: & maximè ſi & iam antea miniſtrauerat, aut taxeotis ſeruierat iuſſionibus. eum enim, qui enutritus eſt in executionibus vehementibus [ſeu aſperis,] & his, quæ ex ea re accidunt, peccatis, non vtiq; æquum fuerit, modò [x] quidem & illico eſſe taxeotam, & buleutam, & facere omnium acerbiſſima, mox autem ſacerdotem ordinari, de humanitate & innocentia exponentem dogmata. præterquàm ſi [y] ab infantia, & nondum quidem ephebiam excedente ætate, ei contigit inter reuerendiſſimos monachos connumerari, & morari in eo ipſo ſchemate [z]. tunc enim permitti-

† *l.* 29. j. *de pactis.* Hæc lex non ſeruatur de iure canonico *c. ſi diligenti* 2. *extra de foro competēti.*
[a] putà clericus.
[b] putà mut[9].
[c] vltrò, vel pactis vel per ſtipulationē.
[d] qua aliàs vti poſſet, niſi ei renunciaſſet.
[e] id eſt, exceptio. Paucis ita habet, Quemlibet foro ſuo renūciare poſſe, ſi modo forum litigatorum fauori attributum eſt, non honori iudicum. Sic vaſſalli, etiam inuiti, cogētur de feudo apud Pares Curię litigare. Cauſę domaniales regis Galliæ, etiam volentibus partib. apud alios iudices quàm ſuperiores Curiæ agi nō poſſunt. Ad hæc, Priuati iuriſdictionē non habētes tribuere eam non poſſunt *vide Bal.* [illegible]
[f] Sacerdotij prærogatiua ius fori ſpeciale tribuit *Authentica ſtatuimus* 33. s. *eod.*
[g] Vtiliter renunciari poteſt foro ſuo. Huiuſmodi renunciationi ſtari oportet, ne alioquin aduerſus pacta veniatur.
[h] prima ratio decidendi.
[i] altera ratio decidendi.
[k] de quà vide quæ notaui ad *l.* 29. *de pactis.*
[l] hæc cōſtitutio extat 16. *diſt.* 1. *c. generaliter.*
[m] Monachi non ſunt clerici, fieri tamen poſſunt clerici *l.* 2. C. *Theodoſ. de epiſcop.* 16. *quæſt.* 1. *c. de monachis* vt Iulianus Apoſtata ex monacho factus eſt clericus in eccleſia Nicomediæ *Auguſt. Epiſt.* 76. V. *Cuiac. Nou.* 6.
[n] Clerici inuiti tutores non dantur.
[o] Quin tutores eos dari, concilia vetant, vt Cyprianus ſcribit 1. *Epiſt.* 9.
[p] *adde Canonem Apoſt.* 6. & 80.
[q] *Vide Nou.* 123. huc refer Nouellam 133. Hieronymus *ad Paulinum*, ſi cupis eſſe quod diceris, i. monachus, ſeu ſolus, quid facis in vrbibus? 16. *quæſt.* 1. *c. ſi cupis.* Eugenius Papa, Sicut piſces ſine aqua, carent vita: ita, ſine monaſterio monachus 16. *quæſt.* 1. *c. placuit.* Duplex eſt opus monachi, Aut diuinis vacare ſcripturis, aut opera manuaria meditari *Nouell.* 134. *c.* 6.
[r] non tamen inuiti accipient *vide Cuiac. Nouell.* 123.
[t] V. *Cuiac. c.* 16. *de præſcriptionib.*
[r] Interpretatio Contij
[u] *diſtinct.* 51. 53. *Nouell.* 123. *c.* 15.
[x] hinc illud Hieronymi *ad Oceanum*, Heri catechumenus, hodie pontifex: heri in āphitheatro, hodie in eccleſia: veſpere in circo, mane in altario: dudum fautor hiſtrionū, nunc virginū cōſecrator. *adde quæ notaui ad Nou.* 123. *c.* 1. *inf.* & *l.* 73. §. 2. *ff. de iniur.* ibi, Heri ſeruus, hodie libertus.
[y] *Nou.* 6. *c.* 1.
[z] i. habitu. Plautus *in Amphitr.* Nunc ne hūc ornatū vos meū admiremini, Quòd ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema.

mus ipſi, & presbyterum fieri, & ad epiſcopatum venire. cum ſit manifeſtum, ſimulátque tale quid euenerit, & dignus ſacerdotio apparuerit, quod confeſtim licentiam habebit manere in epiſcopatu, & miniſtrare, dummodò quartam[a] partem ſuæ ſubſtantiæ vniuerſæ præbeat decurionibus & fiſco (ſecundùm nuper[b] de quarta parte poſitam à nobis legem) aut ſoli fiſco, ſi quidem taxeoticæ fortunæ ei eſſe contigerit. Si verò & in reuerendiſſimis archimandritis cenſeatur, & manſerit inter ipſos: & hoc etiam modo damus fortunæ liberationem, quartam & tunc partem ſuæ ſubſtantiæ (vt prædiximus) præbituro. aliter autem neque illi ordinari concedimus, neque ordinato, tale quid agere permittimus. Sciente tua excellentia, quia hæc obſeruari debent ab omnibus Deo amabilibus epiſcopis, pœnam expectaturis circa ipſum ſacerdotium, ſi quid tale fecerint: præter id, quod etiam nec ipſe ordinatus ſacerdotio fruetur, licèt fuerit antea in aliquo gradu ſacerdotij ordinatus, ſed inter priuatos redigetur, & miniſteria[c] exequetur, quibus ſubiacebat prius. Quæ omnia obtinere in futurum volumus tempus: quoniam nunc primum à nobis inuenta ſunt: non pertinente vllo modo hac lege (vt diximus) ad eos, qui ſemel hac dignitate ſacerdotali decorati ſunt: ſed licentiam habentibus ipſis per ſubſtitutos miniſtrare iuxta Theodoſij & Valentiniani piæ memoriæ conſtitutionem[d], quæ ad Thomam reſcripta eſt. 1 ¶ Ad hæc & illud iuſtū eſſe, & obtinere, & in vſu eſſe ſancimus, quod poſitum ab initio, & vſu obſeruatum, neſcimus, quonā modo in diſſuetudinem abijt. Meminimus enim, nos in Arcadij & Honorij piæ memoriæ conſtitutionem[e] incidiſſe volentem, clericos, ſi neglexerint ſuum ordinem, & in qualēcunque armatam militiam tranſierint, vel depoſiti à Deo amabilibus epiſcopis, militare auſi fuerint, mitti quidem ipſos militia adepta, tradi verò ciuitatum curijs miniſtraturos in poſterum publico, quando & Domini Dei ſeruitio, quamdiu militarunt, ſe abdicauerunt. Quæ omnia obtinere ex hac noſtra ſancimus lege iubentes, ipſos ſtatim & confeſtim ciuitatis illius, ex qua ſunt, fieri curiales: niſi vehementer curialibus abundet ciuitas, quo caſu vicinæ[f], vel vlterioris etiam vſque ad vnā prouinciam alteram, vbi maximè curialium conſtituta eſt penuria. Si verò latitantes[g] (vt probabile eſt) fiant: licentiam damus curialibus, ſtatim ingredi res eorum, eorum bona detinere, & ſatis ſibi ſecundùm legem inde facere. Hæc igitur ſuper reuerendiſſimis clericis cuiuſcunque gradus obtinere in perpetuum ſancimus, & in his, quæ iam perpetrata ſunt, obtinere legem eam volentes, quæ & priùs erat. Quoniam autem & quandam cōſtitutionem[h] inuenimus de monachis differentem & volentem ipſos non relinquere propria monaſteria, neque turbare ciuitates, quam & ad quoddam ſancitam eſſe tempus quidam ſuſpicantur: oportere exiſtimauimus occaſionem inde accipientes, perfectiorem & in omne tempus etiam hoc reformare. ita vt nemini de cætero reuerendiſſimorum monachorum licentia ſit, tale quid agere, & relinquere quidem monachicū habitum[i], circuncingere autem qualemcunque militiam aut cingulum aut dignitatem, aut eorum, qui in iudicijs verſantur, ſequi vitam, & Dei ſeruitio humanas occupationes præferre aut cognoſcere. illo, qui tale quid fecerit, dando † curiæ ciuitatis illius, aut illius, ex qua eſt, aut etiam alterius, vt prædictum eſt. & ſi quidem locuples ſit, etiam pecuniaria ſubiturus munera: ſin minùs, corporalia munera & hîc licentia danda curijs, (vt prædiximus) ſi inuiſibiles[k] fiant, occupare bona, & ſibi ex his ſatisfacere ſecūdùm legem. In omnibus autem caſibus, in quib. accipere ex his curias iubemus cauſis, volumus mediam quidem horum partem curiales ſuſcipere non in auro, ſed immobili poſſeſſione, vel quæ ſubſit, vel quæ ſit comparanda ſecundùm priùs à nobis emiſſam legem, aliam verò dimidiam generali menſæ tuæ excellentiæ inferri, vt tuus etiam thronus prouideat vigilanter, ne quid tale [commiſſum] lateat: ſed, ſimulatque quid factum fuerit, conueniens ſuper hoc fiat medela. præterquàm ſi[l] nunc ipſi vltrò & ſponte militiam reliquerint, vel ſimpliciter quod habent ſchema, & ad monachicam rurſum ſeriò & verè reuertantur vitam, & inter reuerendiſſimos clericos connumerari feſtinent. Si enim hoc fecerint intra annum vnum ab hac lege lata: remittimus eis pœnam, ſufficere ipſis ex exercitio putantes emendationem. Hæc autē obtinere in ſequens volumus tempus, neque illos extra dictam relinquentes pœnam, quotquot à noſtro principatu monachi facti, tale quid fecerunt. id enim, quod præceſſit[m], ſimul quidem ob humanitatem, ſimul etiā tempus verentes, dimittimus. quando nihil diſertè ſtatutū priùs erat. 2 ¶ Item illud ſtatuimus: ſiue pater, ſiue mater, ſiue alius quis ex defectu liberorum reſtitutionem aut ſubſtitutionem[a] induxerit quibuſdam ſiue maſculis ſiue fœminis, hi autem ad nuptias venire propter cōuerſationis non elegerint modum: reſcindi tales reſtitutiones aut ſubſtitutiones, & habere ipſos poteſtatem, in quē voluerint modum, pium tamen, quæ inde proficiſcuntur, conſecrare, & aut conſumere ſuperſtites, aut relinquere morientes. ſicut & ſi, ſub conditione liberorum ſuſceptionis[b], ipſis quid relictum fuerit: oportet & hoc ipſum habere eos, liberos ſuſcipere minimè coactos. Eandem quoque legis poſitionem & in mulieribus virginitatem[c] profeſſis, & vxores ducere omnimodo prohibitis reuerendiſſimis clericis extendimus & reponimus. & hanc gratiam Deo pro noſtris temporib. dignam referimus: 3 ¶ Ad hæc ſancimus ſiue vir ad ſolitariā vitā venire voluerit, ſiue mulier, viro derelicto, ad exercitationem monachicam venerit: ne hoc damni cauſam præbeat: ſed vt ſua omnimodò recipiat: ita vt liceat vxori ‖&‖ dotem recipere ſuam[d]: & propter nuptias donationem ei, qui cum ea cohabitauerat: & quod inde venit lucrum, non ſecundùm eam, quæ per repudium fit, diſiunctionem vindicare, aut manere apud eum, qui non diuertit, ſed ſecundùm quod in caſum[e] mortis factum eſt pactum, quaſi videatur is, qui diuertit à communi alterius conuictu, mortuus eſſe in alterius contubernio, cùm cohabitanti ſit omnino inutilis[f]. quicquid autem in dotalibus inſtrumentis receptum fuerit ex pactis in caſum mortis, id debitum intelligatur. non audente muliere ante anni lapſum in aliud reſpicere matrimonium, propter[g] generationis [aut ſeminis] incertitudinem. ſed ſi quid tale futurum ſit, ſtatim mitti diuortium, quod idcirco *bona*[h] *gratia* vocatur, ab ea, quæ conuerſionem nō eligit, perſona, atque ita agat, quod voluerit lucris (vt antè dictum eſt) ad ipſam pertinentib. ſanè eo, quod lucrandum eſſet ex tali cauſa, omnimodo, ſi & in prioribus nuptijs vel vir vel mulier manſiſſent, communibus liberis ex eo matrimonio natis, ſi qui fuerint, cōſeruando. D. V. Kalē. Decē. CP. Poſt Cos. Lampad. & Oreſt. anno 11. 532.

*Mulierum dedicatarum raptores capite puniuntur etiam ſi mulieres fuerint volentes.*

54. Idem A. Hermogeni magiſtro officiorum.

RAptores virginum[i], vel viduarum, vel diaconiſſarum, quæ Deo fuerint dedicatæ, peſſima criminum peccātes, capitis[k] ſupplicio plectendos eſſe decernimus. quod non ſolùm ad iniuriam hominum, ſed & ad ipſius omnipotentis Dei irreuerentiam cōmittitur. Qui itaque huiuſmodi crimē commiſerint, & qui eis auxiliū tempore inuaſionis præbuerint: vbi inuenti fuerint in ipſa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehenſi à † parentibus ſanctimonialium virginum, vel viduarum vel diaconiſſarum, aut earum conſanguineis, vel tutoribus ſeu curatoribus, conuicti interficiantur. Sin autem, poſt commiſſum tā deteſtabile crimen, aut potentatu raptor ſe defendere, aut fuga euadere potuerit: in hac quidem regia vrbe tam viri excelſi præfecti prætorio, quàm glorioſiſſimus præfectus vrbi: in prouincijs autem tam viri eminentiſſimi præfecti prætorio per Illyricum & Africā, quàm magiſtri militū per diuerſas noſtri orbis regiones, necnō vir ſpectabilis præfectus Aegypti, & vicarij, & proconſules, & nihilo minùs viri ſpectabiles duces, & viri clariſſimi rectores prouinciarū, necnon alij cuiuſlibet ordinis iudices, qui in locis illis inuenti fuerint, ſimile ſtudium cū magna ſolicitudine adhibeant, vt eos poſſint cōprehēdere, & cōprehenſos in tali crimine, poſt legitimas & iuri cognitas probationes, ſine fori præſcriptione, duriſſimis pœnis afficiant, & mortis cōdēnent ſupplicio. Bona autem eorū, ſi hoc cōmiſſum fuerit in ſanctimonialē virginē, quæ vel in aſceterio vel monaſterio degit, ſiue eadē virgo diaconiſſa cōſtituta ſit, ſiue non, eidē † monaſterio vel aſceterio, vbi cōſecrata eſt, addicantur: vt ex his rebus & ipſa ſolatium habeat, dum viuit, ſufficiens: & res

[a] nota de quarta bonorum decurionis applicanda fiſco.
[b] i. anno 558. *l. Vlt. j̃. quādo & quib. quarta pars: adde Nouell.* 6. c. 1.
[c] *de quibus l. Vlt. j̃. de decurionib.*
[d] *l. 21. ſ̃. eod.*
[e] *l. 12. ſ̃. eod.*
[f] *adde l. 26. §. 1. ſ̃. de ſacroſanctis.*
[g] nota pœnā latitantis curialis.
[h] fortè *l.* 29. *l.* 53. §. 1. ſ̃. *eo.*
[i] μοναχικὸν σχῆμα.
† *Nouell.* 5. *c.* 6. Ex Nouella Leonis huiuſmodi deſertor nō datur Curiæ, ſed reuocatur ad monachiſmum *Nouel. Leonis* 7. 8.
[k] εἰ ἀφανεῖς γένοιντο i. ſi latitent *l.* 7. *ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ.* Alio certè ſēſu illud Lucę 24. *verſi.* 31. ἄφαντος ἐγένετο, accipitur.
[l] Mora purgata non nocet *l.* 7. *ff. de in integ. l.* 135. *ff. de verb. oblig. l.* 105. *ff. de ſolutionib.*
[m] V. *l.* 7. *j̃. de legib.*
[a] Subſtitutio precaria facta ſub cōditione, Si ſine liberis hæres inſtitutus deceſſerit, here de trāſeunte in clerū aut monaſteriū fit irrita.
[b] Dem' filio aliquid relictum à patre ſub ea conditione, *Si liberos ſuſceperit.* Demus filiū clericū fieri, & ita ſpē implendę cōditionis amittere, an debebitur legatum? vtique. Remittitur enim clericis cōdicio ſuſcipiendorū liberorū. Quādo legati petitio erit? Statim ab ingreſſu monaſterij *adde Nouell.* 123. *c.* 37. *in fi.*
[c] quod ius eſt in cōditionibus liberis maſculis religionē aliquā profitētibus appoſitis, idē extēditur ad fœminas.
[d] ſenſus eſt, Viro monaſteriū ingrediente, doſ vxori & lucrū ex donatione ꝓpter nuptias, (de quo conuenit, in caſum mortis, nō diuortij) redditur, niſi ipſa ſolitariam vitam profiteatur.
[e] Profeſſio monachiſmi ceu monachiſm', morti magis comparatur quā diuortio *l.* 56. *j̃. eod. Nouell.* 22. *c.* 5. Ideoq; quod pacti ſunt cōiuges in caſū mortis, locū habet in caſu monachiſmi.
[f] etiā ratione habitationis, quod nō eſt in clericis *l.* 19. ſ̃. *eod.*
[g] *l.* 11. *ff. de his qui notant.*
[h] *Nou.* 22. *c.* 4.

[i] Quid ſi mulier virum rapiat? Tiraquellus rarò quidē fatetur id euenire, idem tamen ſtatuendum eſſe putat *de retractu* §. 10. *gl.* 2. *nu.* 4: Bal. *hic.* eorum ſententiā iuuāt ea verba *in fi. j̃. eodem.* ſiue fœminæ ſint. [k] nota pœnā raptoris virginū &c. *adde l.* 1. *j̃. de raptu.* † Rebuffus negat in Gallia id obſeruari, neque licere conſanguineis puellæ raptorem interficere *in proœm. conſtit. gl.* 5. *nu.* 34. † 17. *quæſt.* 1. *c. Si quis rapuerit c. excommunicauimus* 13. *extra de hæreticis.* In Gallia id negat ſeruari Rebuffus *d. loco nu.* 34. ſed bona raptoris fiſco applicari, reſeruatis monaſterio quibuſdam amendis arbitrio iudicum imponendis. Ideoq; Gallis parum vtilis erit regula, quam ex hoc textu quidam colligunt, Poſſeſſionem raptoris monaſterio adquiri, ſine vlla adpræhenſione.

omnes

omnes ſacroſanctum aſceterium ſeu monaſterium pleno habeat dominio ſin autem diaconiſſa cuiuſcunque eccleſiæ ſit, in nullo tamen monaſterio vel aſceterio conſtituta, ſed per ſe degit: raptoris eius ſubſtantia eccleſiæ, cuius diaconiſſa eſt, adſignetur: vt ex his facultatibus ipſa quidem vſumfructũ, dum ſupereſt, ab eadem eccleſia conſequatur, eccleſia verò omnem proprietatem & plenam poſſeſsionem earundem rerum noſtro habeat beneficio. nemine vel iudice vel quacunque alia perſona hæc audente contemnere. Pœnas autem, quas prædiximus, (id eſt, mortis, & bonorum amiſsionis) conſtituim⁹ non tantum aduerſus raptores, ſed etiam contra eos, qui hos comitati[a] in ipſa inuaſione & rapina fuerint. Cæteros autem omnes, qui conſcij & miniſtri huiuſmodi criminis reperti & conuicti fuerint, vel eos ſuſceperint, vel quácunque opem eis tulerint, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, cuiuſcunque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, pœnæ capitali tantummodò ſubijcimus. Vt huic pœnæ omnes ſubiaceãt, ſiue volentibus[b], ſiue nolentibus ſanctimonialibus virginibus, ſiue alijs ſupradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Dat. XV. Kal. Decemb. CP. DN. Iuſtiniano P. P. A. III. Coſ 533.

[a] Agentes & conſentiẽtes puniũtur eadem pœna.
[b] Etiam volenti facta iniuria puniri poteſt, ſi id publicè expediat.
[c] *Nouell.* 123. *c.* 41. v. Cuia. 12. *obſ.* 26. *in f.* vbi notat, Monachiſmo deleri ingratitudinem erga parentes: & econtrà. Colligi autẽ poteſt, Inuito parente liberos monachiſmũ profiteri poſſe, nec eo prætextu, quaſi ingratos exhæredari.

55. Idem A.

VT non[c] liceat parentibus impedire, quominùs liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant, aut eam ob ſolam cauſam exhæredare. ſed ſi ipſi teſtamentum condant, neceſſe habento quadrantem illis relinquere. ſin autem hoc non fecerint, locus ſit ab inteſtato. 1 ¶ Quòd ſi illi monaſteria aut eccleſias relinquant, atque mundani[d] fiant: omne ipſorum ius ad monaſterium aut eccleſiam pertinet.

*Sponſus & ſponſa ſine arra poſſunt monaſterium ingredi. Item vir & vxor, ſaluo pacto dotis & donationis propter nuptias.*

56. Idem A. Iohanni præfecto prætorio.

DEo nobis auxilium præbente, omnia, quæ pro honore ſanctæ eccleſiæ catholicæ ad Dei placitum fieri properamus, legibus conſtituere, & operibus adimplere deſideramus. Et iam quidem multa cum eius auxilio ſtatuimus, quæ eccleſiaſticę doctrinæ atque ſtatui conueniunt. in præſenti verò hoc pia deliberatione duximus corrigendum, quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis eſt: quòd ſi quis ſpõſus, vel ſponſa, poſt datas & acceptas arras, voluiſſet ſe diuino[e] deputare ſeruitio, & à ſeculari[f] conuerſatione recedere, ac ſanctimonialem vitam viuere, atque in Dei timore permanere, compellebatur vir quidem ea, quæ arrarum nomine dederat, amittere, ſponſa verò in duplum id, quod acceperat, reddere. quod noſtræ manſuetudini religioni contrarium eſſe viſum eſt. Vnde per præſentẽ legem in pepetuum valituram iubemus: vt ſi[g] quis ſponſus vel ſponſa ‖ deſiderauerit ſeculi iſtius vitam contemnere, & in ſanctimonialium conuerſatione viuere, ‖ ſponſus quidem omnia, quæ arrarũ nomine, futuri cauſa coniugij dedit, ſine vlla diminutione recipiat, ſponſa autem non duplum (ſicuti hactenus) ſed hoc tantummodò ſpõſo reſtituat, quod arrarum nomine acceperat, & nihil amplius reddere compellatur, niſi quod probata fuerit accepiſſe. Nam & maritis & vxoribus, qui ſeculo renunciant, iam anteriore[h] lege à nobis prouiſum eſt: vt, ſiue maritus ſiue vxor religionis cauſa à coniugio receſſerit, & non ſolitariam vitam elegerit, vnuſquiſque eorum res ſuas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione præſtiterat, & hoc tantummodò lucri nomine conſequatur ab eo, qui ſolitariam vitam elegerit, quod debuit legitimè vel ex pacto per caſum mortis[i] exigere. 1 ¶ Hoc etiam cognitum nobis correctione noſtra dignũ eſſe iudicamus: vt, ſi quis in parentum poteſtate conſtitutus vel cõſtituta, vel forſan huiuſmodi iure abſolutus vel abſoluta elegerit ſe monaſterio vel clero ſociare, & reliquum vitæ ſuæ tempus ſanctimonialiter degere voluerit, non liceat parentibus eoſdem vel eaſdem quocumque modo abſtrahere[k], vel propter hanc tantummodò cauſam quaſi ingratum[l] vel ingratam à ſua hæreditate vel ſucceſsione repellere, ſed neceſſe ſit eis omnimodo, cùm vltimam voluntatẽ ſuam ſiue per ſcripturam ſiue alio legitimo modo perficiunt, quartam † quidem portionem ſecundum leges noſtras eis relinquere. ſin autem & amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin verò vltimam voluntatem parentes neque teſtamento neque alio vltimo elogio declaraſſe monſtrati fuerint: omnem parentum ſubſtantiã heredes, quibus ab inteſtato competit, ſecundùm leges noſtras, ſibi defendant: nullo eis impedimento ex ſanctimoniali conuerſatione generando, ſiue † ſoli, ſiue cum alijs ad ſucceſionem vocãtur. 2 ¶ Huius autem perpetuæ noſtræ legis beneficia, eos volumus obtinere, qui in monaſterio vel clericatu perſeuerauerint. Nam ſi qui eorum, de quibus præſentẽ legẽ poſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint, ad ſecularem[a] autem conuerſationem poſtea remeauerint: iubemus[b], omnes eorum res ad iura eiuſdem eccleſiæ vel monaſterij, à quo receſſerint, pertinere. 3 ¶ His ita diſpoſitis, repetita[c] lege iubemus, vt nullus Iudæus, vel Paganus, vel hæreticus ſeruos[d] Chriſtianos habeat. quòd ſi inuenti in tali reatu fuerint: ſancimus, ſeruos omnibus modis liberos eſſe ſecundùm anteriorem noſtrarum legum tenorem. In præſenti autem hoc amplius decernimus: vt ſi quis ex prædictis Iudæis, vel Paganis, aut hęreticis habuerit ſeruos nõdum catholicæ fidei ſanctiſsimis myſterijs imbutos, & prædicti ſerui deſiderauerint ad orthodoxã fidem venire, poſtquã catholicæ eccleſiæ ſociati fuerint, in[e] libertatem modis omnibus ex præſenti lege eripiantur, & eos tam iudices prouinciarum, quàm ſacroſanctæ eccleſiæ defenſores, necnon beatiſsimi epiſcopi defendant, nihil pro eorum precijs penitus accipientibus dominis. Quòd ſi fortè poſt hac etiam ipſi domini eorum ad orthodoxam fidem conuerſi fuerint, non[f] liceat eis ad ſeruitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam præceſſerũt. Sed ſi quis talia vſurpauerit, pœnis grauiſsimis ſubiacebit. Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu noſtra ſanxit æternitas, omnes iudices, & religioſiſſimi antiſtites, ſiue Africanæ diœceſeos (in qua maximè huiuſmodi vitia frequentari cognouimus) ſiue aliarum prouinciarum, grauiter & ſtudioſiſsimè obſeruari procurent. Nam contemptores non ſolùm pecuniaria multa, ſed etiam capitis ſupplicio ferientur.

[d] i. laici qui & idiotæ. *Nouell.* 6. *c.* 1. ſeculari cõuerſationi dediti *l.* 56. *j. eod.*
[e] *l.* 60. *inf. ff. de donationibus int. vir. Nouell.* 22. *c.* 5. *Nouell.* 117. *c.* 12. *Nouell.* 123. *c.* 39.
[f] v. *Nouell.* 6. *c.* 1.
[g] nota regulam.
[h] *l.* 53. *s̄. eod. Nouell.* 122. *cap.* 5.
[i] Monachiſmus morti comparatur *l.* 35. §. 3. *s̄. eo.* Eſt. n. mors ciuilis veluti vita ſolitaria.
[k] Liberi, à parentib. inuiti è monaſterio non ſunt retrahendi.
[l] Hoc innuit eo, quod debuit legitimè iuſtam ingratitudinis cauſam non eſſe, ſolitariam vitam, parentibus inuitis, profiteri.
† Liberis monachiſmum profeſsis parẽtes quartã relinquere tenẽtur. Hoc non ſeruatur in Gallia. v. *Rebuſſum in proœm. cõſue. glo.* 5. *nu.* 24.

† Monachi parentib. ſuccedunt ab inteſtaro, ſiue ſoli ſint, ſiue cũ alijs. Hoc non ſeruatur in Gallia. nec enim ſuccedunt parentibus tales liberi v. *Rebuſſ. ibidem numero* 22.
[a] Sanctimoniali vitę, hîc opponitur ſecularis conuerſatio. Secularis nomine vitam damnabilẽ ne intelligas, ſed procliuẽ ad carnis vitia ꝓpter frequentem hominum conuerſatione. Alias etiam verũ eſſe poteſt, quod ab Ariſtotele dicitur 1. *Politic.* 3. Eũ qui ſit abſque ciuitate per naturam, non per fortunã, aut nequam eſſe, aut potiorem homine, vt ab Homero, per cõtumeliam increpatur, ſine tribu, ſine iure, ſine domo.

57[g]. Idem A. Ioanni P. P.

PRæſens lex in alterius legis ſcriptæ à nobis refertur mentionem, quam proculdubio & denuò confirmare cum quadam meliore putauimus oportere adiectione, maiorem pœnam contra delinquentes proferendo, non[h] quia augmentis delectemur pœnarum, (nihil enim nobis tam gratum eſt, quàm humanitas) ſed vt metu pœnæ eos, qui ad peccandum procliues ſunt, à peccando arceamus. Scimus igitur nos ſcripſiſſe legem[k] dicentem, nullam eſſe licentiam ſanctiſsimarum eccleſiarum œconomis, aut antiſtibus xenonum, aut noſocomiorum, aut ptochiorum, aut monaſteriorum ſiue virorũ ſiue mulierum, aut aliorum talium corporum, quorum præfata conſtitutio meminit, ea, quæ in perpetuum illis relicta ſunt, quæ *Annalia*[l] vocant leges, ſecundùm aliquod pactum aut auro diſtrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modũ, & poſteris adimere id, quod eis obueniret exinde, ſolatium. & conuenientes legi adiecimus rationes: vt quia non ampliùs, propter tale commentum, nec appellatio quidem annui conſeruetur, niſi per ſingulos annos contingat præſtari, ſed ſemel repræſentatum[m], poſtea perfectè pereat. Hanc iterum cum aliqua adiectione renouantes legem, ſancimus: ſi quis aut reuerendiſsimorum œconomorum, aut xenodochorũ, aut noſocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliorum contentorum[n] priore noſtra diuina conſtitutione perſonarum, id, quod in perpetuum relictum eſt venerabilibus domibus quibus præſunt, ſiue in auro ſiue in alijs rebus, tentauerit tranſmutare, ne videatur eſſe perpepetuum, ſed tranſactionibus, aut venditionibus, aut quibuſdam alijs machinationibus, vt quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentauerit, præter vim à nobis nuper profectæ in huiuſmodi rebus diuinæ legis: nullam habere vllo modo licentiam hoc facere: ſed & ſi fecerit, irritũ eſſe, quod factum fuerit: & licentiam eſſe ei[o], qui poſt ipſum eandem ſuſcipiet coram, vel etiam conegligente (vt fieri poteſt) cæteros deinceps omnes ſtatim reuocare id, quod fuerit factũ, & ita infirmum declarare, atque ſi ab initio nõ

[b] nota pœnã monaſteriũ ſuum deſerẽtis, & ad ſecularem vitam tranſeuntis.
[c] vel de qua ſæpius dixi; vel quia ſuperiores commẽdamus §. 1. *s̄. eod.* quo ſenſu Codex repetitę prælectionis dicitur.
[d] v. *l. vn. j. ne Chriſtia. mãcip.*
[e] Chriſtiana profeſsione Iudæorũ ſerui & gentiliũ fiunt liberi. quod ætate Pauli nõ fuit *Epiſt. ad Philemonem verſic.* 10.
[f] Semel adepta libertas, inuito & innocenti non poteſt adimi. videbatur autem res ad cauſam vtilem rediſſe. Chriſtiani ſeruos chriſtianos habere poſſunt: at non Iudæi.
[g] Interpretatio Contij.
[h] *l. 8. j. de iudaeis. l. 90. l. 183. ff. de reg. iur.*
[i] *adde l. 9. ff. de varijs & extraordin. l. 16. §. 4. ff. de pœnis.*
[k] *l. 45. §. vlt. s̄. eod.*
[l] *l. 46. §. 9. s̄. eodem.*
[m] Tranſactio improbatur, quæ fit ideo vt repræſentata pecunia conſumatur *l. 8. §. 6. ff. de tranſactionib.*
[n] περιεχομένων, id eſt, de quib. diximus: *l. 46. s̄. eodẽ.*
[o] An & ei, qui ipſe tranſegit? id videtur, *arg. legis penultima & vltima, ff. de poſtul.*

proceſſiſſet: vt & fructus medij temporis, & vſuras, & omnem vtilitatem ad pium pertinere omnimodo locum, omnibus, quæ medio tempore attentata ſunt, quieſcentibus. Homini etenim cuique curſus [a] vnus eſt vitæ, ab opifice datus, cuius finis eſt omnino mors [b]: venerabilib. verò domibus, & earum cœtibus, indeſinenter à Deo cuſtoditis, non eſt neque ſecundùm earum poſſeſſiones inducere aliquam metam: ſed quouſque vtique permanſerint venerabiles domus, (manent [c] autē in perpetuum, & vſq; ad huius ſeculi conſummationē, quouſque Chriſtianorum nomen apud homines erit & coletur) æquum itidem [d] eſt manere & in perpetuum relictas erogationes aut redditus immortales ſemper pijs actionibus nūquam ceſſaturis ſeruituros. Eum igitur, qui tale quid deliquerit, & transferre rem auro accepto aut per aliam occaſionem præſumpſerit, damnum quidem nullum induci (ſecundū ea, quæ prædicta ſunt) his, contra quas talia perpetrarunt, domibus: ſed illas quidem domos & aurū, & [e] rem lucrari, quam acceperunt, & nihilominùs relictū exigere abſque vlla quacunq; diminutione, tam ab ipſo, qui hoc egit, quàm ab eius hæredibus & ſucceſſorib. & illius res & bona obligari ipſi, qui cum eo contraxit, & ea ipſe vindicet tam contra illius perſonā, quàm bona ipſius, vſque ad plenam & competentem ipſi indemnitatē, ne ſcilicet contra venerabilem domum quam contra fas fraudauit, vllam ſperet datorum recuperationē, aut eius quod factum eſt, inſtaurationem. quod autem ad ipſum, quo cum contraxit, attinet: omnem habeat à legibus licentiam [f] regredi contra ipſum, & hæredes eius, & eius res, &, quod datū eſt, ſi poſſit, exigere, vt ſi minùs ob Dei metum, metu ſaltem propriæ ipſorum ſubſtantiæ & ſuorum hæredum tardiores fiant ad huiuſmodi pactiones, quas in confeſſo eſt eos nullius boni cauſa celebrare, ſed vel pecunijs corruptos, vel affectionibus quibuſdam ſuperatos. Quæ omnia per hanc diuinam legem prohibentes, & ipſam ſacris noſtris inſcribi legib. ſancim⁹, & offerimus ipſi Domino vniuerſorum Deo, & ſaluatori noſtro Ieſu Chriſto, pulchrum quoddam & conueniens ipſi ſacrificium & ipſam adducentes. Dat. prid. Id. Sept. CP. DN. Iuſtinia. P P. A A. IIII. & Paulino V. C. Conſſ. 534.

[a] & quaſi curſores vitæ lāpada tradūt *Lucret.* 2.
[b] πέρας τοῦ βίου ὁ θάνατος *Nouel.* 1. *c.* 1. *inf.* πάντα διαλύων θάνατος *Nouell.* 22. De morte vide Sebaſtianum Medicem *in tractatu*, *Mors omnia ſoluit.*
[c] voto ſaltē: nam interdū diruuntur *l.* 73. *ff. de contrah. empt.*
[d] perpetua, perpetuam cauſā habēt.
[e] *Nouell.* 7. *c.* 6. Galli, *Ledrap & l'argent.*
[f] *Nouell.* 6. *cap.* 6.
[g] *l.* 25. *s. titu. prox.* 16. *Cod. Theodoſ.* 2. *l. vlt*: non eſt iuriſdictio, vt vult Accurſius: non eſt diœceſis, vt vult Haloander, quia vt foro, ita apparitione & executione carent epiſcopi. Audiētia, iudicium eſt atq; notio, quę epiſcopo in clericos & monachos competit.
[h] *l.* 21. *in fine. l.* 31. *in f. l.* 32. *j.* cognitionē *l.* 8. *j. eod.*
[i] *l.* 8. *j. eod.* & prouidentiā, *l.* 1. *j. eodem*: officium *l.* 5. *j. eod.*
[k] *l.* 8. *j. eod.*
[l] Epiſcopalis prouidentiæ eſt, ne mercatores carius (quàm par ſit) merces ſuas vendāt. Eſt enim & ſeruādus modus in pretio & eius officij pauperes adiuuare.

## DE EPISCOPALI AVDIENTIA

[g] & diuerſis capitulis, quæ ad ius [h] curámque [i] & reuerentiam [k] pertinent Pontificalem,

### TIT. IIII.

1. Impp. *Valentin. & Valens.* A A. ad Iulianum comitem Orientis.

NEGOTIATORES, ‖ ſi ‖ qui ad domum noſtram pertinent, ne modum [l] mercandi videantur excedere: Chriſtiani [m] (quibus verus cultus eſt, adiuuare pauperes, & poſitos in neceſſitate) prouideant ‖ epiſcopi. ‖ Dat. XV. Kalen. Mart. Conſtantinopol. Valentiniano & Valente A A. Conſſ. 368.

2. Iidem A A. ad Claudium P.P.

SI clericus ante definitiuam ſententiam, fruſtratoriæ dilationis cauſa, ad appellationis auxilium conuolauerit: multam [n] quinquaginta [o] librarū argenti, quā contra huiuſmodi appellatores ſanctio [p] generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fiſco [q] noſtro volumus † accedere, ſed pauperibus fideliter erogari. Dat. VI. Id. Iul. Valentiniano N. P. & Victore Conſſ. 369.

*In dieb. Paſchalib. non debent in carcere detineri, qui leuiorum minorumq; criminum rei ſunt.*

3. Imppp. *Valentinianus. Theod. & Arcad.* A A A. Neotherio P.P.

NEmo [r] deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ perennitatis expectet. exequantur iudices [ſ], quod indulgere cōſueuimus [t]. vbi primus dies [u] Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur [x]. Sed ab his ſecernimus eos, à quibus contaminari potiùs gaudia lętitiámque communem, ſi dimittantur, animaduertimus. quis [a] enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? quis adultero, ‖ vel ſtupri, ‖ inceſti vereo tempore caſtitatis ignoſcat? quis non raptorem ‖ virginis ‖ in ſumma quiete, & gaudio communi perſequatur inſtantiùs? nullam accipiat vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immanitate non ſinit. patiatur [b] tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatórq; monetæ. homicida, ‖ parricidáque, ‖ quod [c] fecit, ſemper expectet. reus etiam maieſtatis, de domino [d], aduerſus quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet. His ergo tali ſub adſtrictione damnatis, indultū noſtræ ſerenitatis eo præcepti fine concludimus, vt remiſſionem veniæ crimina niſi [e] ſemel commiſſa non habeant: nec in eos liberalitatis Auguſtę referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius, quàm conſuetudini [f], deputauerint. Dat. Kalend. Maij. Arcadio A. & Bautone V. C. Conſſ. 385.

[m] id eſt, epiſcopi præſertim. [n] quæ & præiudicialis dicitur *v. Cuiacium* 12. *obſ.* 6. [o] *l.* 10. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 30. *Cod. Theod. li.* 11. *tit.* 36. [p] 11. *Cod. Theod.* 36. *l.* 19. non eſt lex 5. *j. quorum appellationes*: quæ hac poſterior eſt. Eſt potius lex 10. 15. & 16. *dicto tit. Cod. Theod.* [q] ꝙ fit ſi laicus fruſtratoriè appellat. † hoc nō ſeruatur: de iure canonico *Bal. hic.* [r] 9. *Cod. Theo.* 28. *l.* 8. [ſ] cōuenit et epiſcopis, id vt fiat adde 60. *Ecloga* 35. *c.* 12. [t] Vbi ius deficit, ad cōſuetudinē principis recurri pōt. [u] quæ ſemper Chriſtianis inſignis fuit *adde l.* 8. *ff. ad Turpill.* [x] Huiuſmodi liberatio, relaxatio eſt potius, quā vera dimiſſio.

[a] *l.* 10. *j. de ferijs: adde l.* 3. *in f. j. de abolitionibus: ad de qua notaui ad l.* 7. *§.* 2. *ff. ad l. Iul. maieſtatis.*
[b] Quæſtio haberi poteſt die feriato.
[c] Pœnam talionis homicida ſuſtinet ſine remiſſione, vt vult Baldus.
[d] i. à Principe. quam appellationem recuſauit Auguſtus. De principis beneficio deſperet, qui in principē cōmiſit *argu. l.* 37. *§.* 1. *ff. de minorib.*
[e] Congeminatum delictum venia caret, *v. quæ notaui ad l.* 15. *in f. ff. ad Turpill. l.* 28. *§.* 3. *ff. de pœnis*: *vide Belloniſanum* 3. *prac. c.* 16. *nu.* 7. & *c.* 19. *nu.* 10. *Pap* 24. *Areſt.* 10. *nu.* 8.

‖ Imperator.

TRes [g] tantummodò prætores electæ opinionis in hac vrbe per ſingulos annos iudicio ſenatus præcipimus ordinari. qui competentes cauſas & debitos actus integrè diſceptare, atque retractare debeant. ‖

4. Imperatores *Theodor. Arcad. & Honor.* A A A. Rufino præfecto prætorio.

MImæ, & quæ ludibrio [h] corporis ſui quæſtum faciunt, publicè habitu [i] earum virginum, quæ Deo dicatæ ſunt, non vtantur [k].

5. Impp. *Arcad. & Honor.* A A. Gennadio præfecto Auguſt.

ARchigerontes [l], diœcetęque ergaſiotanorum [m] non niſi [n] Chriſtiani dirigantur. quod officium tuum ſollicitis obſeruet excubijs. Dat. Non. Febr. Conſtātinopol. P P. Alexandriæ Eutycheo, Arcad. IIII. & Honor. III. A A. Conſſ. 396.

*Damnatos ad ſuppliciū nemo poteſt eximere, ſed ſi tempora ſuffragantur appellandi arbitrium non denegatur.*

6. Iidem A A. Eutychiano.

ADdictos ſupplicio, & pro criminū immanitate damnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos ſynoditas [o] vocant, per [p] vim atque vſurpationem vindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ ſub perſecutione [q] pergentes

[f] Qui iterum deliquit poſt veniam ſemel impetratam, conſuetudinem quādam peccandi habere dicitur. Et tamen ne hinc colligas, Conſuetudinem ex bino actu generari, agitur enim nō de conſuetudine iuris, ſed facti *Bald. hic.* loquitur ergo ὑπερβολικῶς. nec .n. habitus ex vno aut altero actu generatur, *vide Cuiacium* 20. *obſ.* 1. [g] Hęc lex deeſt in Haloandri editione. Eſt autem vltima *j. tit. de off. pręt.* [h] *adde Nou.* 6. [i] *No.* 123. *c. vl. v. Pet. Greg.* 38. *Syntag. c.* 5. *inf.* [k] vetantur etiā vti alijs veſtibus, & inter cæteras ijs quę cruſtæ dicūtur *l.* 11. *Co. The. l.* 15. *ti.* 7. [l] 14. *Co. The.* 27. *lege* 1. 1j, vt & diœcetæ fuerunt defenſores Alexādrię vrbis: nec alioquin putes cū Accurſio archipresbyteros, aut archiepiſcopos, aut minores ſacerdotes fuiſſe. Hotomanus legit Archigerōtes, quos principes fabrorū (qui regijs ac publicis ædificijs præſunt) interpretatur. Video eos vocari principales Alexādrinos *l.* 56. *j. de decurionib.* ſummates ordinis Alexādrini *l.* 57. *d. tit.* Alexandrinæ plebis primates *l. Archigerontes* 1. *Cod. Theodoſ. de Alexandrinæ plebis primatibus.* [m] ergaſioctonorum *Hal.* ἐργασίας ταμείων *Alciat.* 3. *diſpunct.* 18. quo nomine intelligit diſpenſatores annonæ principalis. Hotomanus legit *Ergaſticorum.* Ergaſticos intelligit, operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo, quaſi principe & magiſtro, gubernantur. Alij legunt. Ergaſiotarum. Ergaſiotanorum vocabulo Accurſius (vt eſt accuratus & fœlix in vocabulorum difficilium interpretatione) Chriſtianos intelligit damnatos ad metalla. Sunt enim ei, ſcotana, metalla. Ego puto legendum diœcetæ ergoſitonorum,. ac ſi diceremus, Præfectos eorum qui frumentū Alexandriæ cōparant. σιτώνης, curator frumento cōparando *l. vl. ff. de munerib.* Id munus Iuſtinian. appellat αἰσίας ἐμβολῆς διοίκησιν *Edict.* 13. *de Alexand. c.* 4. *c.* 8. *inf.* quemadmodū & id quod Alexādria Romā mittebatur αἰσίας ἐμβολῆς σιτονιβι. & *c.* 8. αἰσίαν σιτοπομπείαν. Superiorē etiā ſententiā confirmat lex 17. *j. eod.* [n] *v. l.* 9. *j. de diuerſ. off. lib.* 12. *tit.* 60. [o] *lib.* 11. *Co. Theod. ti.* 30. *l.* 57. cœnobitas 9. *Co. Theo.* 40. *l.* 16. Gēnadius *in Euagrio*, cōpoſuit cœnobitis ac ſynoditis doctrinā aptā vitæ cōmuni Socrates 4. *hiſt.* 23. ἐν πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίοις μοναχοὺς. Synoditæ & Cœnobitę ſunt, quib⁹ vna & eadē dom⁹ & omnia ſunt cōmunia *v. Cuia. ad No.* 5. [p] Eā licentiā fortè vſurparūt clerici exēplo Pōtificū: quorū occurſus ſæpe ſeruabat ductos ad ſuppliciū. *Cuia. hic.* idq; Veſtalib⁹ etiā cōceſſū, *vide Alexādrū ab Alexādro* 5. *genia.* 12. & hodie ex cōmuni opinione Cardinalib⁹, Clarus 5. *ſen. §. vlt. quæ.* 98. *verſ. vlterius quæro*: eā rationē reddit, ꝙ Cardinales æquiparātur regibus, & in ijs reſideat tota ferè maieſtas Chriſtianæ reipublicę. Eorundē domibus ac palatijs, idem *lib.* 5. *§. vlt. quæſt.* 30. *verſ. item adde*, ius aſyli tribuit, Hæc ille. [q] perſecutione 9, *Co. Theo.* 40. *l.* 16. *verſ. reos*,

nullus

nullus teneat aut defendat, Sed ſciat ſe cognitor triginta librarum auri multã, & primates officij capitali eſſe ſententiã feriendos, niſi vſurpatio iſta vindicetur. At ſi tanta clericorum aut monachorum audacia eſt, vt bellum potiùs, quàm iudicium, futurum eſſe exiſtimetur: ad clementiam noſtram commiſſa referantur, vt arbitrio[a] noſtro mox ſeuerior vltio procedat. Ad epiſcoporum ſanè culpam (vt cætera) redundabit, ſi quid fortè in ea parte regionis, in qua ipſi populos Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur[b], ex ijs, quę fieri hac lege prohibuimus, à monachis perpetratum eſſe cognouerint, nec vindicauerint[c]. Quibus in cauſa[d] criminali, humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ prouocationis copiam non negamus. Dat. VI. Kalend. Auguſt. Mnyzo, Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

7. Iidem AA. Eutychiano P.P.

SI qui ex conſenſu apud ſacræ[e] legis antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in ciuili duntaxat negotio, more[f] arbitri, ſponte reſidentis iudicium. Quod his obeſſe non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conuentos, potius abfuiſſe[g], quàm ſponte veniſſe conſtiterit. Dat. VI. Kalend. Aug. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Cõſ. 398.

8. Imppp. *Arcadius, Honor. & Theod.* AAA. Theodoro P.P.

EPiſcopale iudiciũ ratum ſit omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint, eamque[h] illorum iudicationi adhibendam eſſe reuerentiam iubemus, quam veſtris[i] deferri neceſſe eſt poteſtatib. à[k] quibus non licet prouocare. Per iudicum quoque officia, ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur. Dat. Id. Decemb. Baſſo & Philippo Conſſ. 408.

*Auth. ex Nouella 123. cap. 21.*

*SI quis litigantium intra decem dies cõtradicat[l] his, quæ iudicata ſunt: tunc locorum iudex examinet cauſam: & ſi inuenerit iudiciũ rectè factum, etiam per ſententiam ſuam propriam hoc confirmet[m], & executioni[n] propriæ tradat, quæ iudicata ſunt: & non liceat victo iterũ in tali cauſa appellare. Si vero ſententia iudicis contraria fuerit: tũc licet à ſentẽtia iudicis appellare. Si tamẽ ex imperiali iuſſione, aut iudiciali[o] præcepto epiſcopus iudicat inter quaſcũque perſonas: appellatio aut ad principem, aut ad eum, qui tranſmiſit negotium, transferatur.*

*Omnib. dominicis dieb. iudices reos è carcere productos videre debent: & curare ne carcerum cuſtos eos tractet inhumaniter.*

9. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Cæciliano P.P.

IVdices dominicis[p] diebus productos reos de cuſtodia[q] carcerali videãt, & interrogent: ne his humanitas clauſis[r] per corruptos carcerum cuſtodes negetur, victualẽ ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari libellis[s]

[a] Pœna arbitraria punitur is, qui cõdemnatũ criminis capitalis eſſe non poteſt. V. *Baldũ hic: & Boſſium titul. de Captura* 3. *nu.* 15. 16. 17. & 18.
[b] nota epiſcopi munus.
[c] Delicta monachorũ ab epiſcopis ſũt vindicãda.
[d] V. *l.* 29. *ĩ. de appellation.*
[e] Idem licuit Iudæis apud ſuos Patriarchas 2. *Cod. Theodoſ.* 1. *lege* 10.
[f] In ciuili negotio laici poſſunt in epiſcopũ, quaſi arbitrũ & cognitorem, cõpromittere: eiuſq; iudiciũ firmũ erit: latum tamen aduerſus ſolos pręſentes.
[g] adfuiſſe *Hal.*
[h] Epiſcopus comparatur præfecto prętorio *vt hic:* vt & alibi cõſuli, *in Auth. ſed epiſcopatus* 34. *ẽ. titu. prox.*
[i] noſtris deferri.
[k] à prefecto pretorio non appellatur, ſed ſupplicatur *l. vn. ĩ. de ſententijs Præfector. prætor: l.* 19. *ĩ. de appellationibus.*
[l] Contradictio animo appellandi, eſt ſpecies appellationis *Bald.*
[m] Sententia rectè lata cõfirmanda.
[n] ne dicas ſimpliciter, Eum qui ſententiam confirmat, eam exequi. Secundus iudex hic ſententiam exequitur, quia priori, i. epiſcopo, nulla competebat executio. Et ita ſecularis magiſtratus rogatus ab epiſcopali magiſtratu ſententiã exequi debet: *facit. lex* 5. *ĩ. de iuriſd. adde Roland. à Valle* 1. *conſi.* 37. *nu.* 1. Quod ſi quæras cuius iudicis ſit exequi, ſic habendum eſt, in criminalibus, vt ſæpius, remitti reum ad locum delicti. In ciuilibus abſolutoriam ſententiam ſecum trahere executionem: correctoriam, executioni mandari à ſecundo iudice: quia ex ea ius oritur. Confirmata ſententia iudicio ſecundo non vtriuſque eſt executio, ſed iudicis ſecundi. Confirmata tempore, ceu deſertione appellationis, prioris V. *Bald. hic.*
[o] Seculares iudices poſſunt cauſas epiſcopis delegare.
[p] alijs etiam diebus epiſcopi tenentur id facere *l.* 22. *ĩ. eodem.*
[q] ſenſus eſt, Diebus dominicis præſides debere cuſtodias inuiſere: & curare vt commentarienſes eos tractent humaniter, eiſq;, (niſi de ſuo viuãt) præbeant alimonia & lauacra.
[r] fortè in intimis tenebris *l.* 1. *ĩ. de cuſtod. reor.* 9. *Cod. Theodoſ.* 3. *lege* 7.
[s] *d. l.* 7 Libelli, ſunt ne libræ farris, vt vult lex 12. tabularum, *apud Gell.* 20. *cap.* 1. aut, vt *ibidem* vult Fornerius 1. *ſentent.* 6. ſelibræ? Libella hîc, ſuntne liba (à libo deducta) vt vult Accurſius? An potius vox *Libellis* à libro deducitur, vt putat Spigelius? An verò à plurali libellæ (libræ diminutiuo) deriuabitur? quod Alciatus putat 1. *Parerg.* 17. eo ſcilicet ſenſu, vt chœnix victualis ſubſtantiæ cuſtoditis ſit præſtandus. An potius cum Forcatulo *cap.* 23. *panus inf.* dicemus legendum *Libellis duabus* in fœminino. eàque voce nummos ſignificari? vt ſit ſenſus: In carcerem coniectis, iiſque egenis pecuniam ex publico dari, quanta ad tenuem alimoniam ſatisfecerit, eamque cuſtodijs emi à commentarienſi, ſumptibus duarum aut trium libellarum.

duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimauerint cõmentarienſes[a], decretis[b]. quorum[c] ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum. quos ad lauacrum ſub fida cuſtodia duci oportet. multa iudicibus viginti librarum auri, & officijs[d] eorum eiuſdem ponderis conſtituta, ordinibus quoque trium librarum auri multa propoſita, ſi ſaluberrima ſtatuta contempſerint. Nec deerit antiſtitum Chriſtianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obſeruationem cõſtituti iudicis hanc ingerat monitionem. Dat. VII. Idus Feb. Rauennæ, Honorio VIII. & Theodoſio III[f]. AA. Conſſ. 409.

10. Iidem AA. Cæciliano P.P.

MAthematicos[g], niſi parati ſint, codicibus[h] erroris proprij ſub oculis epiſcoporum incendio concrematis[i], catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquàm[k] ad errorem primum redituri, non ſolùm vrbe Roma, ſed etiam omnibus ciuitatib. depelli decernimus. Quod[l] ſi hoc non fecerint, & contra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in ciuitatibus fuerint comprehenſi, vel ſecreta erroris ſui & profeſsionis inſinuauerint: deportationis pœnam excipiãt. Dat. Kalend. Febr. Rauen. Honor. VIII. Theodoſio III. AA. Conſſ. 409.

11. Iidem AA. Theodoro præfecto prætorio.

CHriſtianos proximorum[m] locorum volumus ſolicitudinem gerere, vt Romanos captiuos, qui reuerſi fuerint, nemo teneat, nemo iniurijs aut damnis afficiat. Dat. III. Idus Decembr. Honorio VIII. & Theodoſio III. AA. Conſſ. 409.

12. Impp. *Theod. & Valentinia.* Florentio præfecto prætorio.

SI lenones patres & domini ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſsitatem impoſuerint: liceat filiabus & ancillis, epiſcoporum[n] implorato ſuffragio, omni miſeriarum neceſsitate abſolui. Dat.[o] Kalen. Maij, Felice & Tauro, Conſſ. 428.

*Conſtantinopoli iudex clericorum erat archiepiſcopus, vel præfectus.*

13. Imperator *Marcianus* A. Conſtantino P.P.

DEcernimus: vt quicunque catholicarum eccleſiarum, quæ ſub viro religioſo archiepiſcopo huius[p] almæ vrbis ſunt, reuerendiſsimum œconomum, (ſiue de eccleſiaſticis, ſiue de proprijs, & ad ipſum ſolum pertinentib. cauſis) vel quemcunque alterum earundem eccleſiarum clericum aliqua voluerit lite pulſare: apud[q] memoratũ beatiſsimum archiepiſcopum cauſam dicat, in negotijs audiendis fidem ac ſynceritatem geminam præbiturum, & ſacerdotis, & iudicis. volentibus[r] tamen actoribus pateat epiſcopale iudicium. ac nullus, qui huiuſcemodi intendit in ſacroſanctas eccleſias, vel in prædictos clericos actionem, ad religioſiſsimum antiſtitem ducatur inuitus. Dat. VIII. Aprilis. Varari & Ioanne Conſſ. 456.

14. [t] Imperator *Leo* ad populum.

NEque ſeruum neque liberum corpus, ſit, qui[u] audeat in meretriciam vitam producere, aut proſtare, ſiue thymelicus[x] fuerit, ſiue alio pacto ſcenica perſona. ac, ſi mancipium ſit, quod proſtat, in libertatem vindicetur à quocunque ſine vllis ſumptibus apud eius oppidi magiſtratum aut epiſcopum. Quibus curæ erit, ne etiam inuitam mulierem liberam, aut ancillam coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud ſpectaculum in theatro[x] agere inuitam.

*Non poteſt eſſe aduocatus, qui non eſt verè Chriſtianus.*

15. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Nicoſtrato P.P.

NEmo[y] vel in foro magnitudinis tuæ, vel in prouinciali iudicio, vel apud quenquam iudicem accedat ad togatorum conſortium, niſi[z] ſacroſanctis catholicæ religionis fuerit imbutus myſterijs. Sin autẽ aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione, factum, vel attentatum fuerit: officiũ quidem ſublimitatis tuæ centum librarũ auri iacturam pro condemnatione ſuſtineat:

[a] vt commẽtarieſi *d. l.* 7. & malè. ſic lege commentarienſi.
[b] decretis: quorum, &c. *Hal.* decretis quorum, &c *d. lege* 7. *Cod. Theodoſ.*
[c] Si vera eſt lectio Alciati & Forcatuli, legendum eſt *quarum,* nec enim vox libellis libri aut libi diminutiuum eſt ſed libræ: niſi eo relatiuo intelligamus ipſos nummos. vt ſit ſenſus: Commẽtarienſi duas aut tres libellas diurnas, pauciores vel plures in vſu cuſtodiarum, quę inopes ſunt, decerni. Ego verò ita legendũ puto. quę proficiant alimoniæ & ſumptib. pauperum, quos ad lauacrum &c.
[d] id eſt, miniſtris.
[e] V. *huius tituli Epigraphen.*
[f] VIII. *d. l. Cod. Theodoſ.*
[g] Mathematici, ſunt impoſtores. qui mathematici corũ liberali nomine adumbrãtes ineptias ſuas, profitẽtur ſe fata cuiuſq; noſſe, & natalitias ſyderũ obſeruationes: quibus ſimiles arioli, aruſpices, augures, vaticinatores, ſomniorum interpretes V. *ĩ. de maleficijs.*
[h] i. libris.
[i] V. *l.* 6. *ĩ. de hæreticis.*
[k] i. ac iureiurando dato, ſe nunquam in eum errorem relapſuros.
[l] Tribonianus hic ſomniauit. Rectius Græci εἰ γὰρ μετὰ ταῦτα, i. ſi poſtea. vt ſit ſenſus, Si poſt hanc legem latam.
[m] ſenſus eſt, Subditi Romani hoſtiũ vicini, operã dare debent, vt captiuis Romanis libera ad ſuos ſit redeũdi facultas 5. *C. Theod.* 4. *l.* 2.
[n] *l.* 6. *ĩ de ſpectaculis, lib.* 11. *ti.* 40. 15. *C. Theo.* 9. *l. vlt.*
[o] *Dat. XI. Kal.* V. *d. l. vlt.*
[p] 34. *§.* 3. *ẽ. de epiſcopis.*
[q] *d. §.* 3.
[r] V. *l.* 25. *l.* 33. *ẽ. de epiſcopis.*
[s] Interpretatio Antonij Auguſtini.
[t] *Vide l. vlt. ĩ. de nuptijs.*
[u] *de quo vide l.* 10 *ff. de pollicitat.*
[x] *l.* 33. *ĩ. eod.*
[y] *l. vlt. ĩ. de poſtulando: Nouel.* 112.
[z] *Vide l.* 9. *ĩ. de diuerſis off.* Nõ alia ratione Iuſtinianus Gilimeri negauit patriciatus dignitatẽ, quã quod Arrianus eſſet *Procopius.* Hinc collige, nõ alios quàm Chriſtianos orthodoxos ad Reipublicæ curam vel adminiſtrationem, vel inſtitutionem admitti, *adde l.* 5. *ẽ. eod. l.* 19. *ĩ. eod. l.* 18. *ĩ. tit. prox. Nouell.* 8. *c.* 3.

idem verò, quicunq; auſus fuerit, contra prouidū noſtræ ſerenitatis decretū, officiū aduocationis per ſurreptionē arripere, & prohibitum patrocinium præſtiterit, ab aduocationis officio remotus, ſtylum proſcriptionis ac perpetui exilij ſpecialiter ſuſtinebit, ſcituris etiam prouinciarum rectoribus, quòd is, ſub cuius adminiſtratione aliquid huiuſmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proſcriptionem, & pœnam exilij per quinquennium ſuſtinebit. Dat. pridie Kalend. Auguſt. Conſtantinopo. Anthemio A. II. Conſſ. 468.

*Impedimentum ſtans à principio imputatur ſcienti, & non ignoranti.*

16. Iidem AA. Erythrio præfecto prætorio.

a *l. 5. inf. j. de ſponſalibus.* b *V. l. 5. j. de Iudæis.*

SI legibus prohibitæ [a] nō ſint ſeparatæ nuptiæ, & poſt arras ſponſalitias ſponſa coniugium ſponſi propter religionis [b] diuerſitatem recuſauerit: ſi quidem probatum fuerit, ante datas eaſdem ſponſalitias arras, hoc idem mulierem vel parentes eius cognouiſſe: ſibi debeant imputare. ſi verò horum ignari, ſponſalitias arras ſuſceperint, vel poſt datas arras talis cauſa pœnitentiæ interceſſerit: ijſdem tantummodò redditis, ſuper alterius ſimpli pœna liberi cuſtodiantur. Quod ſimili modo etiam de ſponſis ſuper recipiendis necnon arris præſtitis cuſtodiri cenſemus. Dat. Kalend. Iul. Martiano & Zenone Conſſ. 469.

c Interpretatio Antonij Auguſtini.
d *V. quæ notaui ad l. 5. ſ. eod.*

XVII [c].

ELectione epiſcopi & primorum ciuium Sitonæ [d] fiant ex militaribus ordinibus aut ex veteranis, aut ex tyronibus, ſiue militaturis. qui id tranſgreſſus fuerit, tringinta libris multetur.

e σεδέτοις *hic. adde Theophil. in §.* ἐν οἷς *Inſtit. de milit. teſtam.* ſedeta erant foſſata, vel ſtatiua, teſte Suida. Actus dicuntur in lege vltima *j. de reſtit. milit: l. vlt. j. quibus cauſ. ceſſat: Inſtitu. de milit. teſtam. in pr: Veget. 3. c. 4.* Cuiacius *conſultatione* 49. notat, Eū qui in expeditione fuerit militē, in caſtris, in foſſato, in hybernis, in ſtatiuis, in præſidijs, iure militari teſtari poſſe. Iure militari, inquā, vel vnico teſte, vt Theophil⁹ ſcripſit, vel nullo, dū modo alijs ꝓbationibus legitimis cōſtare poſsit de militis voluntate.

XVIII.

MIlites qui præſunt, & in cuſtodia conſiſtunt in ſuis (vt vocant) ſedetis [e] ſiue ſtationibus, ſpecies ad ſe pertinentes, ex ciuitatibus, aut ex eius regionis agricolis ad ſuas annonas arbitratu epiſcopi, aut magiſtratus, aut defenſoris, ſi deſit magiſtratus, accipiant. neque cogatur collator numeratam pecuniam præſtare.

*Ciuitatum defenſores non poſſunt eligi niſi orthodoxi.*

19. Imperator *Anaſtaſius* A. Euſtachio P. P.

IVbemus, eos tantummodò ad defenſorum [f] curam peragendam ordinari, qui [g] ſacroſanctis orthodoxæ religionis imbuti myſterijs, hæc in primis ſub geſtorum teſtificatione, præſente quoq; religioſiſſimo fidei orthodoxæ antiſtite, per depoſitiones cū ſacramenti religione celebrādas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, vt reuerendiſſimorum epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium decreto conſtituantur. Dat. XIII. Kalend. Maij, Sabiniano & Theodoro Conſſ. 505.

*Auth. ex Nouell. 15. cap. 1.*

P*Ræſides gentium per vnamquamque ciuitatem præparent homines non viliſſimos, ſed nobiliores ciuitatum habitatores, quibus aliqua ratio eſt bonæ opinionis conſtituta, nominare defenſores per circulū: vt, eo expleto, rurſus ad eandem ſollicitudinem reuertantur: decreto facto cū iureiurando omnium poſſeſſorum in ea ciuitate conſiſtentium: electione facienda à Deo amabili epiſcopo, & venerabili clero, & alijs in ciuitate bonæ opinioni ſtudentib. Et nulli liceat defenſoris ordinationē declinare. alioqui quinque librarum auri pœna coercebitur, quæ in opera ciuitatis impendetur: & poſt pœnæ ſolutionem nihilo minùs defenſoris officium ſuſcipere cogetur, & iurabit, omnia ſecundū* [h] *leges & ius agere. & confirmabitur ex præcepto glorioſiſſimorum præfectorum noſtrorum. & in biennio ſolo adminiſtrabit. & iudex potiùs, quàm defenſor, eſſe videbitur: vt etiam teſtamenta & donationes apud hunc inſinuentur, & acta apud eum componantur. & habeat vnum exceptorem, & duos officiales ex prouinciali officio, & iudicet in cauſis pecuniarijs vſque ad trecentos aureos. Præterea habeat defenſor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & vnum hominem, qui acta conſeruet.*

f *V. l. 8. j. de defenſoribus ciuitatis.*
g *V. l. 9. j. de diuerſ. offic.*
h *V. Inſtit. de off. iud. in pr.*

Noua conſtitutio Friderichi Imperatoris de ſtatu. & conſuet. contra libert. eccl. §. ſtatuimus etiam. collat. 10. conſtit. fin.

S*Tatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, vt poteſtates, conſules, ſiue rectores, quibuſcunque fungantur officijs, pro defenſione fidei præſtent publice iuramentum,* † *quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide pro viribus ſuis exterminare ſtudebunt. ita vt amodo quandocunque quis fuerit in poteſtatem ſeu perpetuam ſeu temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. alioqui neque pro poteſtatibus, neque pro conſulibus, neque pro rectoribus habeantur. eorumque ſententias extunc irritas iudicamus & inanes.*

† Bartolus negat hanc authenticam approbari cōſuetudine, ſed aliam formā iuramenti introductā.
b *V. l. 9. j. de diuerſ. offic.* Hęc lex renouat quod antea Honori⁹ cōſtituerat, &, vt Zozim⁹ refert, mox mutauerat ꝓpter Genericum copiarū Dalmaticarū ducem *V. Cuiac. hic.*

XX.

NEmo militet, qui non apud acta teſtificatus cū tribus ſit, propoſitis ſacroſanctis euangelijs ſe [b] eſſe Chriſtianum orthodoxum. fiantque acta ad eum magiſtratum, ſub quo militaturus eſt. & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si verò id neglectum ſit: dabit libras quinquaginta is magiſtratus, eiuſque officium viginti. qui verò militauit, x. atque à militia eijcietur. teſtes, qui peierauerint, in corpus punientur. illæ verò multæ Comitis periculo rebus priuatis inferentur.

*Querela non numeratæ pecuniæ contra abſentem qui & apud quos fiat.*

21. Imperator *Iuſtinianus* A. Mennæ P. P.

c Eadem verba extant in lege 14. §. 4. *verſ. ſed ſi quidem præſens ſit j. de nō numer.*
d putà magiſtratū *l. 2. ff. de in ius vocando.*
e citationē. Hæc denunciatio manifeſtationis & intimationis vim habet.
f ordinario, vel epiſcopo *Bartol.* ordinario, inquā, iudice cōtractus, vbi partes ſortiūtur forum *Bald.*

SI præſens [c] quidem ſit, qui pecuniam numeraſſe, vel alias res dediſſe ſcriptus eſt, aliquam [d] verò adminiſtrationem in prouincijs gerat, vt difficile eſſe videatur, denunciationem [e] eidem nō numeratæ pecuniæ mittere: licentiā damus ei, qui memorata exceptione vti vellit, alios [f] iudices adire, & per eos ei manifeſtare, quia exceptionem huiuſmodi obijcit, factam à ſe ſuper non numerata pecunia querelam eſſe. Quòd ſi non ſit [g] alius adminiſtrator ciuilis, vel militaris, vel per aliquam cauſam ei ſit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire, & ea, quæ dicta ſunt facere: licentiam damus, etiam per virum reuerendiſſimum epiſcopum [h] eandem ſuam exceptionem creditori manifeſtare, & ita tempus ſtatutum interrumpere. 1 ¶ Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis [i] locum habere, receptum eſt. Dat. Kalē. Iul. Conſtantinop. DN. Iuſtiniano A. II. Coſ. 528.

22. [k] Imp. *Iuſtinianus* A. Menæ P. P.

g aut ſit ſuſpectus. Poteſt enim quis ſuſpectum iudicem habere συνακροατὴν τῆς δίκης λαμβάνειν τὸν ἐπίσκοπον. Quòd ſi monitus ab epiſcopo iudex non obtēperet, epiſcopus rē omnem ad Imperatorē deferre debet. *Ecloga 3. ex lib. 6. titu. 22.*

NEminem volumus in cuſtodiam cōijci abſque [l] iuſſu glorioſiſſimorum vel illuſtrium vel clariſſimorum magiſtratuū huius feliciſſimæ vrbis, vel prouinciarum, aut defenſorum ciuitatum.

1 ¶ De his autem, quicunque coniecti aut conijciendi ſunt, Deo amabiles locorum epiſcopos iubemus per vnā [m] cuiuſque hebdomadæ diem, id eſt, feria quarta [n], aut ſexta, quæ & Paraſceue [o] appellatur, eos, qui in cuſtodia habentur, viſitare [p], & diligenter inquirere cauſam, ob quam detinentur: & ſiue ſerui ſint, ſiue liberi, ſiue pro pecunijs, ſiue pro alijs criminationibus, ſiue pro homicidijs coniecti, illuſtriſſimos & ſpectabiles & clariſſimos magiſtratus admonere, tam eos, qui ſunt in hac feliciſſima vrbe, quàm qui ſunt in prouincijs, vt ea exequantur circa ipſos, quæ diualis noſtra cōſtitutio ad illuſtres præfectos ea de re emiſſa præcipit. licentia data Deo chariſſimis pro tempore epiſcopis, ſi quam negligentiam admiſſam cognouerint ab illuſtriſsimis & magnificentiſsimis atque clariſsimis pro tempore magiſtratibus, vel ijs, quę illis parent, officijs, talem ipſorum negligentiam indicandi, vt conueniens aduerſus negligentes animi noſtri motus inſurgat. Dat. XV. Kalend. Febr. CP. Decio Coſ. 529.

Addunt ex hoc loco propter abſentiam iudicis epiſcopum adiri, eique actorum confectionem permitti. [h] hinc colligunt, adiri epiſcopum poſſe, vbi contractus eſt vſurarius. [i] numeratur enim inter pias & fauorabiles cauſas. [k] Interpretatio Contij. [l] *l. 6. j de cuſt. reor.* [m] ἑνάϛην editio Pariſienſis. ἑνάϛης, ita legit Cuiacius *cap. 3. de præſcriptionibus.* [n] quam τετράδα vocant Græci hoc loco 60 *Ecloga 35. cap.* 21 quartus ſeptimanæ dies eſt Mercurij. Petrus Alexādrinus *cap. 15* τετράδι γὰρ καὶ παρασκευῇ νηστευτέον, τὴν μὲν διὰ τὸ Χριστοῦ τῆς προδοσίας συμβούλιον· τῇ δὲ παρασκευῇ διὰ τὸ σωτήριον πάθος. *Vide Cuiacium ibidem.* [o] id eſt, die Mercurij, vt ſuperius dixi: idque ob memoriam Chriſti paſsionis. [p] Munus eſt epiſcopi, cuſtodias viſitare & eorum miſeriæ cauſas diligenter inquirere.

23. Idem

23. Idem A. Menæ P. P.[a]

PRiuatos [b] carceres modis omnibus in vrbibus atque in vicis conſtitui vetamus [c]: ipſis, qui cuſtodiuntur, Dei amiciſſimorum loci epiſcoporum prouidentiâ à detentione remiſſis. Dat. 12. Kal. Febr. CP. Decio Coſſ. 529.

*Expoſiti qui aluntur etiamſi ſeruilis conditionis ſint, ſunt ſui iuris & ingenui.*

24. Idem A. Demoſtheni præfecto prætorio.

NEmini licere volumus, ſiue ab ingenuis genitoribus puer paruulus procreatus, ſiue à libertina progenie, ſiue ſeruili conditione maculatus, expoſitus [d] ſit, eum puerum in ſuum dominium vindicare ſiue nomine dominij [e], ſiue adſcriptitiæ [f], ſiue colonariæ [g] conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos ſuſtulerint [h], licentiam concedimus penitus cum quadam diſtinctione eos tollere. Sed nullo diſcrimine habito, hi, qui ab huiuſmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti ſunt, liberi & ingenui appareant, & ſibi acquirant: & in poſteritatem ſuam, vel extraneos hæredes omnia, quæ habuerint, quo modo voluerint, tranſmittant. Hæc obſeruantibus non ſolùm præſidibus prouinciarum, ſed etiam viris religioſiſſimis epiſcopis. Dat. Chalcedone 8. Kalen. Iul. Lampadio & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

25. [i] Idem A. Demoſtheni PP.

QVæ de alea [k] ſiue (vt vocant) cottis ac de eorū prohibitione à nobis ſancita ſunt: ea liceat Dei amiciſſimis epiſcopis [l] & perſcrutari, & cohibere, ſi fiant, & flagitioſos per clariſſimos præſides prouinciarum & patres defenſoréſque ciuitatum ad modeſtiam reducere. Dat. 10. Kalend. Octobr. CP. Decio Coſſ. 529.

26. [m] Idem A. Iuliano. P. P.

DE his, quæ ſingulis annis ad ciuitates pertinent, (ſiue ciuiles reditus ſint, ſiue fructus, ex publicis, aut priuatis pecunijs, quæ ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut inſtituuntur, ſiue ad opera [n], ſiue ad rem frumentariam, ſiue ad publicos aquęductus, ſiue ad balneorum calefactionē, ſiue ad portus ſiue ad murorum aut turrium ædificationem, ſiue ad pontium atque viarum refectionem, ſiue ad publicas deniq; cauſas pertineāt), tam ex publicis, quàm ex priuatis, vt dictum eſt, cauſis ſancimus, vt in vnum conueniant religioſiſſimus epiſcopus [o], ac tres bonæ exiſtimationis & qui cæteris præſtant in ea ciuitate, ac ſingulis annis inſpiciant opera facta, & curent, vt & metiantur, & rationem conficiant, qui ea adminiſtrant, aut qui adminiſtrauerunt, & in monumentorum geſtione oſtendant impletionem operum, aut adminiſtrationem ſitonicarum, & balneariarum pecuniarum, ſiue quæ in vijs muniendis aut aquæ ductibus aut alijs rebus conſumuntur. Quæ omnia nunquam omnino minui volumus. In monumentorum verò geſtione appareat, ſitne ſolutus, an obligatus, qui ea adminiſtrauit, & an, quod debuit, ſoluerit, atque ita erit cautum ei, qui eam curā ſuſcepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quem commodum erit, vt inſpiciat [p] rationes ab eis factas: & cùm rectè factas eſſe repererit, calculū feret, quo ipſis hæredibúſque & ſucceſſoribus conſuletur: neque aliarum rationum, aut controuerſiarum occaſio relinquetur. Omnia verò, propoſitis ſanctis Euangelijs, diligenter fiāt, nam inquiſitionem nos cùm libuerit, fieri iubebimus. Oportet itaque ſtudere religioſiſſimum epiſcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, vt opera in ingentes ſumptus præſcripta, ſingulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus ſubeſſe, qui ea adminiſtrat, neque ferat ſanctiſſimum eius loci epiſcopum, & illos poſſeſſores, qui ad eam rem conſtituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocāt: cogatur [q] id agere per clariſſimum prouinciæ præſidem, & cohortem, quæ ei parere ſolet: ac ſine vllo damno compellatur, vt modis omnibus rationes ſubmittat religioſiſſimo epiſcopo, & primis illis ciuitatis: quódque appareat ab eo deberi, ciuitati reddatur. 1 ¶ Omnem verò libertatem tollimus noſtris præſidibus mittendi in agros diſcuſſores [a] aut ratiocinatores aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed ſi quid huiuſmodi nobis ignorantibus fiet, ſi quidem ſacra forma ad aliquos per ſubreptionem [b] emanauerit, liceat religioſiſſimo epiſcopo eius ciuitatis ſuſcipere quidem ſacram formam, renunciare tamen nobis, vt nos cognoſcamus, an ex noſtra ad illum præſidem iuſſione, an per obreptionem facta ſit, vt, ſi per ſubreptionem facta eſſe videatur, quod factum ſit, inutile fiat, & periculum ſubeat, qui eam quæſiuit. Si verò ab aliquo è noſtris præfectis emiſſum decretum, aut commonitorium ſit, aut præceptum aliquod, aut rationum ſcriptura, & de aliquo ex prædictis capite permittatur, volumus, vt modis omnibus non eius vrbis epiſcopus & primi ciuitatum illis rebus præficiantur: ſed liceat prouinciæ præſidi, & ipſis poſſeſſoribus, ac ciuibus iuſſiones reijcere, ac ne obulum quidem ea de cauſa præſtare. Si verò in ea re ſanctiſſimus epiſcopus negligens fuerit: habebit & Dominum Deum noſtrum infenſum, & imperialem vindictam expectabit, ſi ea ſeruili [c] ſilentio, ſacerdotalíque licentia indigno, prætererit. 2 ¶ Si quis autem in prouincia renunciauerit magiſtratuum aut conſulum proceſſiones [d], ſiue generales formas glorioſiſſimorum præfectorum, aut alicuius alterius è noſtris magiſtratibus, ſiue conſtitutionem, ſiue ſacrum commonitorium [e], ſiue generales litteras, ſiue erectionem imperialium ſtatuarum [f] indicauerit: non liceat amplius ſex [g] nummis aureis in ſingulas nunciationes, aut in ſingulas formas, aut conſtitutiones, aut ſacra commonitoria, aut generales litteras, aut ſtatuarum erectiones accipere in ſingulis prouincijs, ad quas litteras accepit: ac, licet multæ ſint in ea prouincia vrbes, nihil amplius præſtetur, quàm illi [h] ſex nummi. Si quid verò amplius acceperit, eius quadruplum reſtituet. liceátque eius vrbis epiſcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri & prouinciæ præſidi, & ei ſubdito officio, & epiſcopo [i] imponitur, ſi illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint. 3 ¶ Nemini [k] enim omnino permittimus noſtrorum magiſtratuum huiuſmodi formas circa prouincias emittere de riuorū, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum à muris, aut ſtationum à porticibus, aut eorum, quæ produlia [l] appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarum columnarum euerſione, aut de imaginibus, aut ſi quid alio pacto ſit excogitatum, aut etiam de ciuilibus quibuſcunque controuerſijs. Sed liceat epiſcopo, & ijs, qui primi ſunt eius vrbis, & præſidibus prouinciarum, & poſſeſſoribus, ac ciuibus, inſinuata aliqua forma, ei quidem non deferre, ſed prohibere ac coercere omnem exactionem, omnémque vim, quæ ex eo eueniat. Eadémque pœna afficiat ſanctiſſimos epiſcopos, niſi id prohibuerint. 4 ¶ Sed & oportet epiſcopum, ac patrem ciuitatis, & cæteros bonæ opinionis poſſeſſores prouidere, ne locus aliquis ciuilis aut publicus iuxta [m] muros vrbis, aut in publicis porticibus, aut in plateis, aut in quocunque alio loco ab aliquo indebitè poſſideatur, néve publicus locus alicui ſine noſtra ſacra forma tradatur. 5 ¶ Idem inquirant de aquarum diſtributione, quæ ſacrâ aliquâ formâ cuique pertineat: vt ne hic plus, ille minus habeat, quàm ei competit. 6 ¶ Neque verò fideiuſſionis cauſa aut ſupra mandati formam noſtros ſubiectos affici pateremur, ſed ſi quidem immobiles [n] res habeant idoneas: iuſiurandum tantùm præſtent, & conſcribatur. ſin autem non habeant: vſque ad quantitatis æſtimationem, fideiuſſionem ſine vllo damno præbeant. Si verò dubitauerint [o] exactores de fideiuſſorum fide, facultatibus aut cautione: in eundem locum religioſiſſimus epiſcopus, & patres ciuitatis, ac defenſor conueniant, & decernant, an idoneus eſſe fideiuſſor videatur vſque ad quantitatem, de qua agitur & neceſſe habeat exactor ſuſcipere eum in fideiuſſorem qui nihil pro fideiuſſione, aut ſacramento præſtabit. præterquàm ſi priuata noſtra aut cuiuſquam magiſtratus maioris iuſſione perſonam ducendam eſſe, fideiuſſori non eſſe credendum decernatur. Tunc enim licebit exactori fideiuſſorem non accipere, id verò agere ſine [p] vllo detrimento. Cæterùm eadem multa aduerſus religioſiſſimum epiſcopum, & clariſſimum prouinciæ præſidem imponitur, ſi quid eorum tranſgredi paſſi fuerint, aut ſi cùm tranſgreſſum erit, non id ſtatim renunciauerint. 7 ¶ Neque etiam patiantur, vt plus definita parte à noſtra conſtitutione pro ſportulis accipiatur: néve

[a] Interpretatio Antonij Auguſtini. [b] V. l. vn. j. *de priuat. carcerib. adde* 60. *Eclog.* 35. *ex lib.* 55. *c.* 1. [c] excipe certos caſus de quibus vide quæ notaui *ad l.* 25. ff. *de adulterijs.* [d] Hæc verba extant in lege 3. j. *de infantib. expoſ.* [e] ſiue vt ſeruum. Hinc colligere poſſis, Alios re vera nobis ſeruire, quia tales ſunt: alios agricolationis tātum cauſa, quales ſunt adſcriptitij & coloni: de quibus mox dicetur. [f] Aſcriptitij quaſi ſerui ſunt, dominum habent ad quem eorum peculiū pertinet: cui etiam reddi ſolent. Inſpecto fiſco, & alijs liberi & propriorum poſſeſſores V. *Cuiac.* j. *ad tit. de agricol.* [g] Coloni ſūt liberi, & res proprias habent, terram tamen dimittere non poſſunt, dominum non habent. Terra potius coloni domina eſt, quam perſona: colonus redditur terræ v. titulos *de agricolis, cenſitis & colonis: de colonis Paleſtinis, de colonis Thracēſibus, de colonis Illyricianis.* Ij ſi prædio ruſtico ſeruiunt coloni propriè dicuntur: ſi vrbano, inquilini. [h] alumnis. [i] interpretatio Antonij Auguſtini. [k] V. 3. *Eclog.* 2. περὶ κοτλιςῶν ἢ τοιχυβιςῶν *l.* 13. j. *de epiſcop. Nouell.* 113. *c.* 11. *Nouell. Leon.* 87. [l] Epiſcopi munus in aleatores inquirere, cóſque caſtigare. [m] Interpretatio Antonij Auguſtini. [n] Cura frumentaria, & ædificiorum, putà aquæductuum, balnearum, portuum, murorum, turrium, pontium, viarum & ſimilium etiam ad epiſcopum pertinet. [o] Id etiam curæ eſſe debet præſidibus *l.* 7. ff. *de off. præſid.* [p] Iterata etiam rationum redditio fieri poteſt. [q] Epiſcoporum ſententias, ſecularis iudex exequi ſolet.

[a] *Nouell.* 17. *c.* 4. [b] Auguſtinus *in Ioſue:* Iuris eſt forenſis, vt qui in precibus mentitus fuerit, nō illi proſit q̃d impetrauerit V. *l.* 29. *ff. de falſis.* [c] ad eorundem παῤῥησίαν referri poteſt lex 33. §. 2. j. [d] de quibus *Vide Nouell.* 105. *c.* 1. [e] κομμονιτωρίων. editio Pariſienſis συμβολαίων *Baſil. apud Cuiac.* 12. *obſ.* 22. [f] Harum in ciuitate ponendarum beneficium à principe tribuebatur. Cuius rei cupiditate ſumma tenebantur ciuitates V. *Cuiac.* j. *de ſtatuis.* [g] & ſic non immodico precio *l. vn.* j. *publica lætitia adde Cuiac.* 12. *obſ.* 22. [h] de quibus ſuperius dictum eſt. [i] Epiſcopi multa pecuniaria coerceri poſſunt. [k] *l. vlt.* j. *de operib. publ.* [l] περὶ τῶν προκειμένων προαυλείων. [m] *l. vlt.* §. *penult.* j. *de diſcuſſorib. l.* 9. §. *penult.* ff. *de rer. diuiſ.* [n] *l.* 15. ff. *qui ſatiſdare.* [o] Exactor & apparitor, cauſæ cognitionem non habet. [p] id eſt, impunè, ſine fraude.

deſcriptio ob aliquam cauſam in ciuitatibus fiat: niſi ob illas tantùm, quas ſupra enumerauimus, renunciationes proceſſionum [a], conſtitutionum, ſacri & generalis commonitorij, aut formæ, aut litterarum, & huiuſmodi omnium rerum, de quibus antea [b] ſanximus, item quæ propter ſuam conſeruationem, atque ſalutem ciues facere voluerint ad opera fortè publica, vel ad ſitoniam, vel ad aliam quamuis cauſam, quę omnibus placeat propter vrbis honorem [c] fieri, ex quo reſp. adiuuetur. Contra eos verò qui hæc tranſgredi tentauerint, & ſi ad nos religioſiſſimi epiſcopi id non retulerint, ea ſeruentur, quæ antea à nobis commonita ſunt. 8 ¶ Atque oportet ſingularum vrbium Dei amantiſ. epiſcopos, cum omnia cognouerint, quæ à nobis de his rebus diſpoſita ſunt, & de metatorum [d] exactione, & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus, quæ noſtra ſacra conſtitutione continentur, quæ de omnibus edita eſt, finem competentem imponāt. Dat. 8. Kal. Iulias Chalcedone, Lampad. Coſſ. 530.

*Curator in teſtamento furioſo datus, eſt confirmandus, & cæteris præferendus.*

27. Idem Auguſt. Iuliano præfecto prætorio.

DE creationibus curatorum, qui furioſis vtriuſq; ſexus dantur, neceſſariū nobis viſum eſt cōſtituere, quemadmodū eas celebrari oporteat. Et ſi quidem pater curatorem furioſo vel furioſæ in vltimo elogio hęredibus inſtitutis vel exhæredatis dederit, vbi & fideiuſſionem ceſſare [f] neceſſe eſt, paterno † teſtimonio ꝓ eius ſatiſdatione ſufficiente: ipſe, qui datus eſt, ad curationem perueniat. ita tamen, vt in prouincijs apud præſides earum, pręſente eis tam viro religioſiſſimo locorū antiſtite, quàm tribus primatibus, actis interuenientibus, tactis [g] ſacroſanctis ſcripturis, depromat, omnia ſe rectè & cū vtilitate furioſi gerere, neque prætermittere, quę vtilia eſſe furioſo putauerit, neque admittere ea, quæ non vtilia furioſo eſſe exiſtimauerit, &, inuentario [h] cum omni ſubtilitate [i] publicè [k] conſcripto [l], res ſuſcipiat, & ſecundùm ſui opinionem diſponat ſub hypotheca rerum ad eum pertinentiū, ad ſimilitudinem tutorum & curatorum adulti. Sin autē teſtamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem, vtpote agnatum, vocauerit: vel, eo ceſſante, aut, non idoneo forſitan exiſtente, ex iudiciali electione curatorem ei dare neceſſe fuerit: tunc ſcilicèt & in prouincijs apud [m] præſides cuiuſcumq; prouinciæ, & virum religioſiſſimum epiſcopum ciuitatis, necnon tres primates, creatio procedat. ita vt, ſi quidem curator ſubſtantiam idoneam poſſidet, & ſufficientem ad fidem gubernationis, ſine [n] aliqua ſatiſdatione creatio procedat. ſin [o] autem nō talis cenſus eius inueniatur: tunc & fideiuſſio, in quantum poſſibile eſt, ab eo exploretur, creatione omninò, ſacroſanctis ſcripturis propoſitis, in omni cauſa, celebranda: ipſo autem curatore, cuiuſcūque ſubſtantiæ vel dignitatis ſit, præfatum ſacramentum pro vtiliter rebus gerendis pręſtante, & inuentarium publicè conſcribente: & hypotheca [p] rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res poſſint furioſi vndique vtiliter gubernari. Dat. Kalend. Septembr. Conſtantinop. Lamp. & Oreſte VV. CC. Coſſ. 530.

*Liberi furioſi etſi in poteſtate poſſunt contrahere nuptias, dote & donatione conſtituenda de bonis parentum.*

28. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

TAm dementis [q] quàm furioſi, liberi, cuiuſcumque [r] ſexus, poſſunt [ſ] legitimas [t] contrahere nuptias: tam dote, quàm ante nuptias donatione à curatore [a] eorum pręſtāda [b]: æſtimatione tamen in hac quidem regia vrbe excellentiſſimi præfecti [c] vrbi in prouincijs autem virorum clariſſimorum earum præſidum vel locorum antiſtitum, tam opinione [d] perſonæ, quàm dotis moderatione [e], & ante nuptias donationis, ſtatuenda, præſentibus [f] tam curatoribus dementis, quàm furioſi, necnon his, qui ex genere [g] eorum nobiliores ſunt. ita tamen, vt nulla ex hac cauſa oriatur vel in hac regia vrbe vel in prouincijs iactura ſubſtantiæ furioſi, vel dementis, vel mente capti: ſed gratis [h] omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expenſarum detrimento prægrauetur.

*Auth. ex Nouell. 115. c. 3.*

L*Iberi* [i] *furioſi, qui curam eius negligunt præbere, tam exhæredatione digni ſunt, quàm alijs pœnis legitimis. Nam ſi quis alius, atteſtatione ad eos miſſa, cùm adhuc negligant, in domum ſuam eū ſuſceperit, & procurauerit: ex hoc erit eius ſucceſſor legitimus, licèt teſtatus eſſet etiā in liberos fortè: manentibus tamen alijs teſtamenti capitulis.* 1 ¶ *Eadem pœna parentibus imponenda, ſi quidem de liberis in furore conſtitutis curare neglexerint.*

29. [k] Idem A. Iuliano P. P.

SAncimus, vt nemo venerabilis clericus ab aliquo ſiue clerico ſiue laico ab initio apud beatiſſimum prouinciæ patriarcham accuſetur: ſed prius [l] iuxta ſacra inſtituta apud epiſcopum ciuitatis, in qua clericus verſatur: tū, ſi is ſuſpectus eſt, apud metropolitanū epiſcopum reum agat. ſed ſi fortè ne ei quidem accuſatio placuerit: ad ſacram eius regionis ſynodum accuſatum deducat: & cum Metropolitano tribus conuenientibus religioſiſſ. epiſcopis, qui cæteris propter ordinationem præferuntur: de cauſa coram tota ſynodo cognoſcatur. & ſiquidem ei quę iudicata erunt, placuerint, ab accuſando diſcedat. ſi verò ſe lædi exiſtimauerit, prouocet illius prouinciæ beatiſſ. Patriarcham, atque ijs, quæ ipſe iudicauerit, omnino pareat, perinde ac ſi eum ab initio iudicem eſſet conſecutus. nam [m] contra horum antiſtitum ſententias non eſſe locū appellationi à maioribus noſtris conſtitutum eſt. Hoc idē ſeruandum eſt, ſi epiſcopus ab aliquo laico, ſiue ab aliquo clerico, ſiue ab altero religioſiſſ. epiſcopo accuſatus ſit. Nam vt ſtatim accuſatio ad ſanctiſſimos Patriarchas deferatur, & vt accuſati in aliam prouinciam mittantur, omnino prohibemus [n]: præterquàm ſi accuſationem quis ob eam rē intulerit, quòd cauſa illius regionis religioſiſſ. epiſcopo commiſſa fuerit. quo caſu licet ad ipſos quoque ſanctiſſ. Patriarchas deferre accuſationem. Literæ tamen conficiantur ad aliquem ex epiſcopis eorum locorum, vt is cauſam audiat, vt anteà à nobis dictum eſt. 1 ¶ Non verò ei liceat facere, vt deſcendant in prouincias venerabiles clerici & immodicas ſportulas, dum accuſantur, inferant, qua in re hucuſque peccatum eſſe cognouimus. Neque enim in ſingulas reorum perſonas [o] ſexta plus aurei nūmi parte pro ſportulis dari cōcedimus ijs, qui à ſanctiſ. patriarchis ac Metropolitanis mittuntur, aut, ſi epiſcopus miſſus eſt, ſex tantum aurei ex quacumque quantitate ac cauſa, neque amplius præbeatur. Hoc in Metropolitanis etiam teneat, cùm ad eos accuſatio contra epiſcopū, qui ſub eo ſit, aut eius prouinciæ clericum defertur. Nam ſi in ciuilibus iudicijs moderari ſportularum [p] & ſumptuum modum curauimus, eáque ex lege præſtari voluimus: multo magis in eccleſiaſticis accuſationibus modum ſeruari ſancimus. 2 ¶ Enimuerò ſi, remiſsâ causâ ad ſanctiſſ. patriarcham, aut ad aliquem ex religioſiſſ. Metropolitanis, aut ad alium Dei amantiſſ. epiſcopum, ſententia lata ſit, quæ alicui parti diſpliceat, ac prouocetur: ad Archiepiſcopalem hanc ſedem referatur appellatio, in qua (vt adhuc ſeruatum eſt) lis cognoſcatur. 3 ¶ Si verò quis auſus fuerit aduerſus hæc quicquam tentare: is qui-

[a] de quibus §. 2. ſ. eod. Nouell. 105. c. 1. [b] i. d. §. 2. [c] Aedificia ad honorem & decus vrbiū pertinent *l.* 20. §. 10. *inf. ff. de oper. noui. l.* 2. §. 17. *l. vlt. ff. ne quid in loco publico.* [d] Metatores ſunt, quibus præparandi hoſpitij procuratio incūbit. Optatus *lib.* 3. Cum ante venturos milites metatores, vt fieri ſolet, mitterē tur. metata ſūt hoſpitia, quæ militib. prouinciales præbent *v. l. de metatis.* [e] Eadē verba extant in lege 7. §. 5. ĵ. *de curat. furioſ.* [f] Tutor teſtamētarius nō ſatiſdat *vt hic & d.* §. 5. † hoc videtur innuere, non teſtamētarios cogi ad ſatiſdationē: quod in Gallia non obſeruatur, vbi omnis tutor ex inquiſitione datur. Solent .n. cōſanguinei tutores, promittere pupilli indēnitatem, cū obligatione omnium bonorum ſuorū *Rebuff. in proœm. conſtit. glo.* 5. *nu.* 39. Neq; ſatiſdare ſolet mater vel auia: vt & quiuis tutor, etiāſi ad paupertatē deuenerit *idem Rebuff. in tract. de ſententiis prouiſionalib. articul.* 3. *gloſſ.* 2. *numero* 8. [g] Exigitur iuſiurādum à curatore furioſi. [h] *d.* §. 5. quod ita verū eſt, vt pręſumatur dolo verſari ſi inuentariū facere neglexerit *l.* 7. *ff. de adminiſt. tutor. v. Roland. à Valle* 1. *conſil.* 49. *num.* 55. Curator ad litem ad id eſtne obſtrictus? Bartolus ait. Accurſius negat, quem omnes ſequuntur: idq; ita obſeruari in camera imperiali refert Andreæ Gayllus 2. *obſ.* 108. Cogi tamen ait ad ſatiſdationem rem pupilli ſaluam fore. Aliud eſt in curatore *gloſſ. l.* 1. *in fin. in verbo. venter. ff. de curat. bon. dando.* [i] id eſt, nullis omiſſis. [k] nec enim priuata conſcriptio aut notatio ſufficeret. [l] Scriptura in inuentario requiritur. nec enim audiretur tutor teſtibus bona pupilli probaturus. [m] Nota perſonas à quibus dari tutor aut curator poteſt. [n] ſufficit enim datum fuiſſe ex inquiſitione. [o] A datiuo tutore, cum creatur, exigi iuſta de cauſa poteſt fideiuſſio. [p] Ad hæc igitur tria coguntur datiui tutores, Iurare rem pupilli ſaluam, inuētarium conſcribere, bonorum propriorum hypothecam pati. [q] Demens alius eſt à furioſo. [r] nullo diſcrimine habito inter maſculos & fœminas *v. l.* 25. ĵ. *de nuptiis.* [ſ] ſine metu exhæredationis. [t] in quibus ætas legitima ſemper requiritur.

[a] Iam conſtituto. aut ſi nullus eſt curator, conſtitui debet *l.* 6. *ff. de iure dot.* [b] nō arbitrio contrahentium aut curatoris, ſed earum perſonarum, ac iudicum qui ſequuntur. [c] Iudices æſtimare debent quantitatem dotis, aut donationis propter nuptias faciendæ à liberis in furioſi parentis poteſtate poſitis. [d] Dos & donatio propter nuptias conſtituenda eſt, habita ratione mariti, eiúſque vxoris *l.* 60. *ff. de iure dot.* [e] nec enim æquum eſt vniuerſa bona in dotem dari *l.* 12. §. 2. *ff. de admini. tut.* [f] Solus iudex dotem pupillo conſtituere nō poteſt, abſente curatore: niſi curator vltrò latitet. [g] Agnatorū præſentia requiritur, quoties de dote agnatæ conſtituenda agitur: non omnium ſed nobiliorum ac proximiorum. [h] vix eſt vt hodie id obſeruetur. [i] Filius iuſtè exhæredari poteſt, ſi parentis furioſi curam neglexerit: & ecōtrà *v. Nouell.* 115. *c.* 3. quin, poteſt filius patris & matris eſſe curator *l.* 1. *in fi. l.* 4. *ff. de curat. fur.* [k] Interpretatio Antonij Auguſtini. [l] Notent clerici antiquos & ſacros gradus fori Eccleſiaſtici. Apud epiſcopum prima accuſatio inſtituenda, ab eo ad metropolitanum prouocatur, ab eo ad ſynodum, ab ea ad Patriarcham, à Patriarcha ad nullum, quod notatu dignum eſt *adde* §. 2. ĵ. *eod. Nouell.* 6. *c.* 8. [m] A Patriarcha ad nullum appellatur. [n] Poteſt tamen quis etiam apud Patriarcham primam accuſationem inſtituere, ac petere, per litteras eius, dari ſibi iudicem à locorum epiſcopo 3. *Ecloga* 1. *c.* 5. & ĵ. *eod.* [o] nota quantitatem ſportularum iudicialium à clericis præſtandarum. [p] Sportulis modus adhibendus *l.* 33. §. 5. ſ. *de epiſcop. & toto titulo* ĵ. *de ſportulis.*

dem e-

dem omne, quod accepit, cū altero[a] tāto, ei, qui negociū paſſus eſt, præſtabit. fietq; eccleſiaſticæ multæ ſubiectus apud ſanctiſ. patriarchā, aut religioſiſ. Metropolitanū, qui tūc erit, eccleſiaſticorū numero eijciendus. 4 ¶ Has autē actiones, ſi quidē ad eccleſiaſtica negotia pertinēt, neceſſe fore iubemus, vt à ſolis religioſiſ. epiſcopis aut Metropolitanis, aut à ſacris ſynodis, aut à ſanctiſ. patriarchis cognoſcātur. ſi verò ciuiliū rerū controuerſia ſit, volentes[b] quęſtionē apud antiſtites inſtituere, patiēmur, inuitos[c] tamē non cogemus, cùm iudicia ciuilia ſint, ſi ea adire malint, apud quæ licet etiā de criminibus cognoſcere. 5 ¶ Quoniam verò quidā ſint ſanctiſ. patriarchę, qui in prouincijs, in quibus exiſtunt, metropolitanorum officiū gerunt: alij per totā diœceſim, epiſcoporū metropolitanorum, atque aliorū qui ſub eis ſunt, ordinationes faciunt: ea de cauſa illud obſeruari ſancimus, quod de Metropolitanis antea diſpoſuimus. is enim iure metropolitanus vocatur, qui in epiſcopos minores[d] ex ſacris regulis eam poteſtatem habet. Dat. XV. Kalen. Nouemb. CP. Lamp. Coſ. 530.

30. [e] Idem A. Ioanni P P.

SAncimus in curationibus iuniorum, ſiue primæ, ſiue ſecundæ ſint ætatis, aut alij quidā, quibus lex dat curatores, ſi quidē vſq; ad quingentos[f] aureos & ſolummodo facultates ſint iuniorum, non præſidū prouinciarum expectare creationē, neque impenſis maximis ſubijci, præſidib' fortè neq; morātib. in vrbibus illis, in quib. proſpici curationi contingit, ſed apud ciuitatis illius Ecdicum[g] [defenſorem,] aut ſtrategum [magiſtratum municipalem,] vel in Alexandrina ciuitate apud eius iuridicum[h], vnà cum religioſiſſimo eius epiſcopo, aut alijs etiā publicis perſonis, ſi harū copiam habeat ciuitas, fieri creationes curatorū ſeu tutorū. fideiuſſore ſecundùm menſuram facultatū dato ſecundùm dictarum perſonarū iudiciū: & alijs omnibus procedentib', quęcūque ſuper tutorum vel curatorū fideiuſſione[i] & ſecundum modū facultatū conſueta ſunt: ſola perſonarum tranſmutatione, per quas hæc fiant propter minorū vtilitatem à præſenti ſanctione introducta: omnibus videlicet his ſub ſola duorū nomiſmatum[k] [id eſt ſolidorum] datione conficiendis, præſertim cum hac maximè de cauſa hæc poſita eſt conſtitutio: pœna imminente, ſi quis plus accipere auſus fuerit, aut diſtulerit conſtituere tutelā ſeu curationē ſpe maioris lucri: & eo non ſolum triplū reddituro omne, quidquid acceperit, ſed etiā ab ipſa ſollicitudine & adminiſtratione remouendo. Cùm autē factæ fuerint tutorū aut curatorū creationes, pręſente etiam religioſiſſimo ciuitatis epiſcopo: in ipſis ſanctiſſimæ eccleſiæ archijs[l] deponi geſta ſancimus: vt ſit perpetua rei memoria, & nō intercidat caſibus fortuitis curationis exinde quæſita cautela. His quæ in magna hac ciuitate fiunt, tutelis aut curationibus, apud ſolum clariſsimum prætorem faciēdis, vti iam ſancitum eſt. Dat. V. Kal. Aug. CP. poſt conſulatum Lampad.

*Vbi aduerſarius eſt abſens, infans, vel furioſus, vel in poteſtate alias: per ſolam libelli porrectionē coram præſide vel epiſcopo interrumpitur præſcriptio.*

31. Idem A. Ioanni præfecto prætorio.

SAncimus, vt ſi[m] quando abſueritis, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet: & deſideret dominus rei vel creditor ſuam intentionem proponere: & non ei licentia ſit, abſente aduerſario ſuo, qui rem detinet, vel infantiâ, vel furore laborante, & neminē tutorem vel curatorem habente, vel in ſumma poteſtate conſtituto, || eandem rem auctoritate ſua vſurpare: || licentia ei detur adire præſidē prouinciæ, libellúmq; ei porrigere, & hæc in querimoniam deducere, & intra conſtituta tempora interruptionem facere. ſin autem nullo poterit modo præſidem adire: ſaltem ad epiſcopū locorū eat, & ſuam manifeſtare volūtatē in ſcriptis deproperet. Dat. Cōſtantin. Kal. Octo. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. Coſſ. 531.

32. [a] Idem A. *

DIfferēte domino recipere emphyteuma, licentiā habet emphyteuta conſignare[b] ipſum: & Cōſtantinopoli quidē in fine triēnij cōteſtari id ipſum apud hyparchos [ſeu præfectos prætorio,] aut apud præfectū vrbis, aut cōpetentē recuſantis magiſtratū, aut patriarchā, ſi dominus homo ſit potens: in prouincijs autē apud pręſidē, aut, eo nō morāte ibi apud defenſorē, aut epiſcopū ciuitatis, in qua eſt is, q recuſat: & vnius ipſorū aſſumere teſtationē, ac niſi aut ſic acceperit canonē, canon ſoluitur, & lucratur canonē emphyteuta etiā ſequētis tēporis, & eouſq;, quo domin' mittat per teſtationē petitū. exinde etenim, non autem ex præterito tempore accipiet. & poſt triennium[a] poſt atteſtationem eiuſmodi indeuotum emphyteutam expellere poterit.

33. [b] Idem A. vbique terrarum conſtitutis epiſcopis.

SAcrā fecimus conſtitutionē[c], nemini permittētes neq; inuitā mulierē ancillā aut liberā in ſcenā aut orcheſtrā pertrahere: neq; cōuerti volentē, prohibere eā eius fideiuſſores, quaſi ſuper hoc ipſo certum auri modū promiſſum repetēdo. ſed ſi quid tale factum fuerit, prohiberi hæc & à clariſſ. prouinciarū præſidibus, & à ciuitatū religioſiſ. epiſcopis conſtituimus, dātes licentiā religioſiſſ. epiſcopis vnà cum clariſ. prouinciæ præſide, etiā inuitos[d] trahere ad ſe eos, qui compulerint, aut qui mutari ſeu cōuerti ab ea actione prohibuerint: & publicā quidem fieri eorum ſubſtantiā, ipſos verò ciuitate expelli. Si verò qui[e] prouinciā regit, ipſe ſit, qui eas compulerit, aut à prędicta actione conuerſionē ſeu reſipiſcentiam prohibuerit: damus licentiā, & ſolos religioſiſ. epiſcopos adire eam, quæ talia patitur, aut eius fideiuſſorem, hunc verò [epiſcopū] aduerſari[f] magiſtratum habenti, & non permittere iniuſtè agere, aut, ſi minus fuerint ad id exequēdum potentes, indicare id noſtro imperio, vt à nobis competens exerceatur pœna, fideiuſſionibus ſimul liberandis, & fideiuſſoribus indēnibus conſeruandis, licentiā dantes cōuerſis[f] huiuſmodi mulieribus liberis & ingenuis exiſtentibus ad matrimoniū tranſire legitimum, etiam ſi contigerint honeſtiſſimis dignitatibus, qui illas duxerint, decorati non amplius indigentibus imperialibus reſcriptis, ſed ſua poteſtate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimirū inſtrumentis omni modo inter ipſos factis: eadémque & de filiabus ſcenicarū conſtituentes. 1 ¶ Hanc autem dictam conſtitutionem & in quinto[g] libro omnium conſtitutionum huius ſcilicet noſtræ pietatis cognominis libri, ad ciuiles magiſtratus reſcriptam, poſuimus. Quoniam enim oportebat per præſentem ſanctionem & vobis vbiq; terrarum poſitis religioſiſſ. epiſcopis hæc facere manifeſta, propterea congregātes, quę ad ipſam pertinēt, expoſitione latiore ſancita etiā eandē diuinam conſtitutionē fecimus etiā ad vos, vt ſacerdotalē conſeruātes reuerentiā, & continentiæ ſtudioſi, hæc cuſtodiatis, tam magni Dei metum, quàm imperialem indignationem, ſi quid horum prætermiſeritis, conſiderantes. Dat. Kalend. Nouembr. CP. DN. Iuſtin. IIII. & Paulino Coſſ. 534.

34. [h] Idem A. Epiphanio ſanctiſſimo archiepiſcopo huius feliciſſ. vrbis, & vniuerſali Patriarchæ.

CErtiſſimè credimus, quia ſacerdotum puritas[i] & decus & ad Dominum Deum & ſaluatorem noſtrū Ieſum Chriſtum feruor; & ab ipſis miſſæ perpetuæ preces[k], multum fauorem noſtræ reipub. & incrementum præbent, per quas datur nobis & barbaros ſubiugare, & in dominium redigere illos, quæ antea non obtinuimus, & quanto plus rebus illorum accedit honeſtatis & decoris, tantò[l] magis & noſtrā remp. augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honeſtā & vndiq; irreprehēſibilem[m], & reliquum populum inſtruxerint: vt is ad illorum honeſtatem reſpiciens, multis peccatis abſtineat: planum eſt, quòd inde & animæ omnibus meliores erunt, & facilè nobis tribuetur à maximo Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto clementia conueniens. 1 ¶ Hæc igitur nobis ſpeculantibus nunciatum eſt, præter cōmunem rerum fidem, quoſdam ex reuerendiſſimis diaconis itémque preſbyteris, nam eo ampliùs etiam dicere erubeſcimus[n], Deo amantiſſimos nempe epiſcopos) quoſdam, inquam, ex his non verentur alij quidem per ſeipſos cubos[o] ſeu teſſeras contrectare, & adeò pudendum atque ipſis etiam idiotis à nobis frequenter interdictum ſpectaculum[p] participare: alij verò talem ludum non accuſant: ſed vel communicant facientibus: aut ſedent ſpectatores actus.

[a] Imò, cum triplo §. 24. *Inſtit. de act.* Imò, quadruplo *l. 2. j. de ſportulis.*

[b] Inter volētes cuiuſuis iudicis, conſenſus eſt *l. 2. ff. de iudicijs.*

[c] In inuitos tamen iudiciū redditur, ſed à ſuis iudicibus.

[d] τῶν ὑπὸ τὸν μητρόπολιν ἐπισκόπων. vt ſit ſēſus, Metropolitanus is eſt, qui poteſtatem habet in minorum ciuitatum epiſcopos. Cui definitioni conuenit c. cleros §. ordo verſ. metropolitani 21. *diſtinct.* Metropolis *l. 4. §. 5. inf. ff. de off. procoſ.* mater vrbiū ab Ammiano dicitur: mater & caput prouinciæ *l. 7. ff. de off. procoſ.* metrocomia mater vicorum v. *Cuiac. ad l. 8. j. de exactorib.* metropolis gentium *l. 6. §. 2. inf. ff. de excuſ. tuto.* vbi minorū, maiorum, & maximarum vrbiū fit mētio. De metropoli plura v. *j. de metropoli Beryto.*

[e] Interpretatio Contij.

[f] qui ſolidi etiam dicuntur § 5. *Inſtit. de Attiliano.*

[g] Pro diuerſarum prouinciarum idiomate, ita iudices appellabantur ἐκδικοὶ στρατηγοὶ iuridici.

[h] de quo v. j. *eod. & ff. de off. iuridici.*

[i] *l. 4. in f. l. 5. 6. 7. ff. de fideiuſſorib. tutor. & tit. Inſtit. de ſatiſdat. tutor.*

[k] nomiſmata, aurei ſolidi.

[l] de archio dixi *ad l. 9. §. 6. ff. de pœnis.* de archeotis v. *l. 18. §. 10. ff. de muneribus.* De Eccleſiæ archiuis *adde Nouell. 74. c. 2.*

[m] eadem verba extant in lege 2. j. *de annali exceptione.*

[n] Interpretatio Antonij Auguſtini.

[o] *adde l. 7. in fin. j. de pact. int. empt. l. 2. in fin. j. de iure emphyteut.*

[a] *l. 2. j. de iure emphyteu.* biennij in caſu legis 56. *in f. ff. locati.*

[b] Interpretatio Antonij Auguſtini.

[c] *l. 14. s. eod. l. vlt. j. de nuptiis.*

[d] De ſeruili ſilentio epiſcoporum v. *l. 26. §. 1. s. eo.*

[e] Theatri ſcenæ & ſpectaculorum vitijs, epiſcopos mederi oportet.

[f] Mimæ aut ſcenicæ mulieres ab huiuſmodi vita poſſunt diſcedere, cóque facto impunè nubere honeſtis viris *Nouel. 78. c. 3. Nouell. 117. c. 6.* & ita abrogari videtur lex 7. *in f. j. de inceſtis.*

[g] *l. vlt. j. de nuptijs.*

[h] Interpretatio Contij.

[i] Puritas animi in epiſcopis requiritur.

[k] Munus epiſcopi precari *l. 42. s. de epiſcop.* Preces epiſcopi reipublicę vtiles.

[l] *Nouell. 133. c. 5. in f.*

[m] ἀνεπίληπτον vt hic: & 1. *Timoth. 3. verſ. 2.* ἀνέγκλητον *ad Ti. 1. verſ. 6. 7.*

[n] Omne animi vitiū tanto conſpectius in ſe, quāto maior qui peccat habetur.

[o] Cubi, teſſeræ & aleæ, clericis & epiſcopis interdicuntur. *l. 17. s. de epiſcop. l. 25. s. eod. Nouell. 123. c. 10. in f. Nouell. Leonis 85. 87. & canon. apoſt.* Iidem ταβλίζειν .i. tabulis ludere prohibentur 3. *Eclog. 1. c. 19.* περὶ ταβλιζόντων ἐκκλησιαστικῶν προσώπων. ταβλοδόχος aleatorum ſuſceptor v. Cuiacium *ad Nouell. 123.*

[p] Eccleſiaſticis perſonis nedum alea licet ludere: ſed nec ludentes ſpectare.

indecori: & ſpectant quidem cum auiditate omnimoda res omnium rerum importuniſſimas: ſermones verò audiunt blaſphemos [a], quos in talibus neceſſe eſt fieri: polluũt etiam ſuas manus [b], & oculos, & aures, ſic damnatis & prohibitis ludis: alij verò neque obſcurè aut latenter aut equorum [c] certaminibus ſe immiſcent: aut etiam inuitant aliquos ſuper equorum profligatione aut victoria, vel per ſeipſos vel per alios quoſdam, vt quia non decenter talia ludant: aut ſcenicorũ vel thymelitarum [d] ſpectatores fiunt ludorum, aut earum, quæ in theatris certantium ferarum [e] pugnæ fiunt: neque cogitant, quemadmodum ipſi vel his, qui modò & rec̃es initiati ſunt & adorandis myſterijs dignati, ipſi prædicunt, vt abrenuntient aduerſarij dæmonis [f] cultui, & omnibus pompis eius, quarum non minima pars talia ſpectacula fiunt. 2 ¶ Sæpe quidem ipſis talia cuſtodire debere prædicauimus, videntes autem de his factam nobis relationem, in neceſſitatem incidimus ad præſentem veniendi legem, tum propter noſtrum ſuper religionis ſtudium, tum etiã propter ſacerdotij ipſius ſimul & communis reipublicæ vtilitatem. 3 ¶ Et ſancimus neminem, neque diaconum, neque presbyterum, & multò magis neque epiſcopum: (quod quidem & incredibile fortè videri poſſit: vt quorum in [g] ordinationibus preces [h] ad Dominum mittuntur Chriſtum Deum noſtrum, & inuocatio ſancti & adorandi ſit ſpiritus, & eorum capitibus [i] aut manibus imponuntur ſanctiſſima [k] eorum, quæ apud nos ſunt myſteriorum, vt ſcilicet ipſis ſenſoria [l] omnia inſtrumenta putà fiant, & conſecrentur Deo) neminem igitur horum audere de cætero & poſt diuinam noſtram legem, aut cubicare [m] [i. teſſeris ſeu aleis ludere] quocumque aleæ genere, aut ludo: aut ita ludentibus communicare, aut conuerſari, aut vnà recreari, aut vnà cum eis agere, aut eis teſtimonium perhibere: aut intereſſe plebeijs huiuſmodi ſpectaculis, quæ prius diximus, aut quid eorum, quæ in his prohibentur facere: ſed omni ad illa participio in poſterum abſtinere. Quod enim præceſſit iam: tametſi [n] etiam inquirere oportuerat, nec participare indecenter oportebat: tamen propter humanitatem [o] indulgemus, præſentis legis obſeruationem omnibus in poſterum iniungentes tempus. Decet enim ipſos ieiunijs & vigilijs [p] & meditationibus ſeu exercitationibus in diuinis oraculis, & pro omnium ſalute fundendis vacare precibus: at [q] eos, qui talia non reliquerint, nec ceſſauerint omnino polluta & prohibita contrectare. idem enim etiam ſancimus & in reliquos clericos, ſubdiaconos nempe, & lectores: quando & ipſi [r] ſacræ [ſ] menſæ, & omnis circa ſanctiſſ. eccleſias ornatus conſtituti ſunt miniſtri & operarij, & ſacra contrectantes eloquia: dum ſacras nobis ex ſacris noſtris Biblijs illi [t] quidem legunt ſcripturas, hi verò hymnos & odas canunt 4 ¶ Si verò quis de cætero tale quid faciens deprehenſus fuerit: & delatus fuerit id vel in hac felici ciuitate tuæ ſanctitati, vel prouincias ſub ipſa poſitas, Deo amantiſſ. metropolitis, & cæteris epiſcopis, quorum ordinationem tuæ beatitudinis facit thronus: & talis quædam ſuperuenerit accuſatio aut diacono, aut presbytero, & multò magis epiſcoporum Deo amabilium cuidam: tuam hîc beatitudinem, & in prouincijs poſitos ſub te Deo amantiſſ. metropolitas, &, qui ſub ipſis ſunt, epiſcopos, hæc cum diligentia omni ſecundùm ordinationis ordinem quærere & perſcrutari, neque defunctoriam facere inquiſitionem, ſed & teſtes fide dignos audire, & per omnem viam procedere ad eruẽdam veritatem. ſicut enim ipſis talia interdicimus, ita & calumniam [u] petiti à quibuſdam vetamus. & ſi, vndique diſcuſſione diuinis propoſitis eloquijs facta, verè ſe habere accuſatio apparuerit: & conuictus fuerit diaconus aut presbyter, vel aleator eſſe vel aleatorum particeps, aut talibus adſidens vanitatibus, vel prædictis intereſſe ſpectaculis: aut etiam fortè aliquis Deo amabilium epiſcoporum (quod quidem neque euenturum eſſe confidimus) prorſus talis cuiuſdam particeps [a] eſſe ſpectaculi, aut cum aleatoribus vnà ſedere, & diſponere, ac paciſci, aut ſponſiones facere de cætero auſus fuerit: eum mox à tua beatitudine, aut [b] à metropolita, aut Deo amantiſſ. epiſcopo, ſub quo ordinatus eſt, ſi quidem aliquis prædictorum ſit clericorum, à ſacra ſeparari [c] liturgia: imponi autem ipſi canonicam pœnam: & definiri tempus, intra quod conueniat ipſum ieiunijs & ſupplicationibus vtentem, magnum propitiari Deum ſuper tali tranſgreſſione. & ſi per definitum tempus, qui talem pœnam ſuſcepit, maneat lachrymis & pœnitentia & ieiunio & ad Dominum Deum oratione, remiſſionem delicti exorans: confeſtim eum, cui ſubiectus eſt, hoc diligenter cognito, & ſollicitè requiſito, cõmunem quidem pro ipſo orationem fieri curabit, & cum omni diligentia iniunget ipſi, vt poſtea à tali ſacerdotij dedecoratione abſtineat. & ſi putauerit ipſum ſufficienter ad pœnitentiam veniſſe, tunc ſacerdotali eum reſtituere [d] dignetur clementiæ. ſi verò & poſt excommunicationem inuentus fuerit neque vera pœnitentia vſus, & aliàs etiam aſpernatus eam rem, & manifeſtè ab aduerſario (diabolo) mente ineſcatus: ipſum quidem ſacerdos, ſub quo degit, ſacris eximat catalogis, omnino cum deponens: ille autem non ampliùs vllo [e] modo licentiam habeat ad ſacerdotalem venire gradum. ſed ſi quidem habeat facultates, ciuitatis illius curiam, in qua conſecratus eſt primum, aut, ſi non habet curiam ea ciuitas, alia curia prouinciæ, quæ maximè indiget curiali, accipiet illum in poſterum curiæ † cum ſuis facultatibus ſeruiturum. ſi verò facultates non habet, officialis in poſterum fiat prouincialis officij pro [f] eo, quod antè fuit ſacratus, & eam ob rem quod Dei officium dereliquit, erit officialis prouincialis, hanc ſibi turpitudinem pro priſtino honore imponens. 5 ¶ Hæc igitur omnia ſancimus in hac quidem felici ciuitate tuam cuſtodire ſanctitatem, & ſingularum eccleſiarum defenſores, & œconomos, quibus curæ erit hæc inquirere, & denunciare, & conuictos priuare datæ eis à ſanctis eccleſijs annonæ erogatione, in prouincijs autem: qui ſub tua ordinati ſunt beatitudine, Deo amantiſſ. metropolitæ: ad hæc etiam, qui illis ſubſunt, religioſiſſ. epiſcopi, & eorum eccleſiecdici [g] & œconomi [h]: & ipſi ad eundem modum qui prædictus eſt, re vtentes, & ſacram venerationem vndique irreprehenſibilem & inculpabilem cuſtodientes, conſeruabunt quidem iſta. vt & glorioſiſſimi ſacrorum noſtrorum prætoriorũ præfecti (dicimus [i] autem orientis cum ſubditis gentibus eorum iuriſdictioni, item Illyrici, atque etiam Afrorum præeminentes diœceſi) & parentia eis officia, & clariſſimi prouinciarum præſides & ciuitatum defenſores: ipſi quidem, qui maximos magiſtratus gerunt, indignationem noſtram ſubuerentes: officia autem non obſecundãtia ipſis, decem auri librarum expertura pœnam: præſides verò prouinciales maiores pariter & minores, & obtemperantia ipſis officia, & inſuper ciuitatum defenſores quinque auri librarum pœnam metuentes: ſi hæc cognoſcentes, non adnunciauerint & ipſi ſacerdotibus: (id eſt aut Deo amabil. epiſcopis, aut ſanctiſſ. metropolitis, aut vniuſcuiuſque diœceſeos ſanctiſſ. patriarchis, ſecundùm ſuam cuique regionem, vt ipſi hæc intelligentes, ſecundùm quod antea definitum eſt, omnibus ſe opponant & reſiſtant) & poſtquam ab eis is, qui harum rerum conuictus fuerit, depoſitus fuerit, non curiæ † ciuitatis aut officio eum tradi curauerit, & glorioſiſſimus præfectus huius felicis ciuitatis hæc cuſtodiet, ſi quidem in hac peccetur regia noſtra ciuitate, vnà cum obediente ipſi officio, ipſe quidem indignationem noſtram ſubueritus, ipſius autem officium decem librarum auri metuens pœnam. 6 ¶ Verùm iſta quidem nos legiſlationis modo confecimus. illud verò in confeſſo eſt, quia nobis quidem conſecrata ſunt Deo pro ſacerdotum ipſius honeſtate. Si verò ipſi tranſgreſſi fuerint ea, quæ ſunt ordinata, & diſſimulent & non vindicent, ſed quadam videlicet humanitate non laudabili capti fuerint, præter cæleſtes [k] pœnas habebũt & illinc condemnationem, quæ illis in ipſo Dei repræſentabitur tribunali, quæ indecentem diſſimulationem arguet & vindicabit. Si verò & aliquis ciuilium magiſtratuum maiorum, aut minorum, officialium, aut defenſorum, aut, cùm hęc didicerit, non indicauerit: aut, cùm vindicare

[a] Blaſphemię aleam conſequi ſolent.
[b] Ludus nefarius, in quo & manus & oculi & aures hominũ polluuntur.
[c] de quibus ℣. l. 3. ⁊. de ſpectaculis.
[d] de thymelicis alibi dixi.
[e] multo magis eorum in quibus homines interficiuntur. Ea omnia nõ modo ad beatã vitam nihil conferunt, ſed etiam nocent plurimum ℣. Lactantium 6. c. 20. ℣. Tert. li. de ſpectaculis Lipſium libro de gladiatoribus.
[f] Spectacula gentilium dęmonum cultus, & pompæ: quo nomine deteſtãda. Tertullianus ex Dauide d. loco. cõcilia impiorũ, viam peccatorum, & cathedram peſtium appellat: ijs ſatisfaciens, qui negabant nullibi inſcriptura reperiri, Non in circum ibis, nõ in theatrum, agonum munus non ſpectabis: adde diſtinct. 23. c. his.
[g] Epiſcopi præeunte oratione eligendi act. 1. verſ. 24. [h] fiunt etiam ieiunia diſtinct. 75. [i] adde diſtinct. 23. c. epiſcopus. [k] ἁγιώτατα τῶν παρ᾽ ἡμῖν μυστηρίων, oleum intelligit & vnctionem. [l] αἰσθήρια ſenſus. [m] κυβεύειν. [n] Præteritis delictis faciliùs indulgetur, quàm futuris: ſed & pręteriti delicti pactio admittitur, futuri non æquè l. 27. §. 4. ff. de pactis. [o] Nouell. 6. c. 8. [p] adde Nouell. 133. c. 6. alij legunt ἀγνείαις. [q] ita vertere debuit, at non hæc relinquentes. [r] i. ſubdiaconi. nota ſubdiaconi officium 21. diſtinct. c. cleros verſ. hypodiacones: adde Duar. 1. de ſacris 14. [ſ] ἱερᾶς τραπέζης. huc refer viſionem Antonij magni, qua Ἱερὰν τράπεζαν à mulis ſubuerti vidiſſe ſcribitur, teſte Sozomeno 6. Hiſtor. 5. inf. [t] lectio eſt corrupta. Loquitur autem περὶ ἀναγνωστῶν de lectoribus. id itaque innuit, Lectoris officium in eccleſijs fuiſſe & ex Biblijs ſcripturas legere, & hymnos & odas canere. Eo munere Iulianus cognomento Apoſtata, quondam functus eſt Theodoret. 3. c. 2. Et lectoris quidem videtur generalis appellatio, propriè ſumpta, pronunciatorem ſignificat. aliàs, modulatorem, qui cantor. ab eo præcentores, ſuccentores, concentores 21. diſtinct. c. cleros verſ. lectores. & ſequentib. [u] ℣. l. 3. tit. 3. de calumniatoribus adde & 2. quæſt. 8.

[a] Aleæ particeps cenſetur, qui nedũ ludit ſed cum aleatorib⁹ ſedet, q paciſcitur, qui ſponſiones facit.
[b] Clericus aleator poteſt deponi vel à Patriarcha, vel à metropolitano, vel ab epiſcopo.
[c] Priuatio liturgię, pœna Eccleſiaſtica.
[d] Clericus exauctoratus, iuſta de cauſa reſtitui poteſt.
[e] Clerici in perpetuũ clericatu priuari poſſunt.
† id videtur abrogari Nouell. Leon. 7. & 8.
[f] Mutari militia eccleſiaſtica ſeu ſacra in ciuilem poteſt.
[g] nota de epiſcoporum eccleſiecdicis adde l. 42. §. 9. ⁊. de epiſcopis.
[h] 1. quæſt. 3. c. ſaluator.
[i] ℣. ⁊. de off. præfect. Prat. Orientis & Illyr. & tit. de off. præfect. Prætor. Afr.
† §. 4. in f. ⁊. eod. & Nouel. Leon. 8. in f.
[k] Solent imperatores epiſcopis cæleſtes pœnas primũ, deinde humanas proponere.

dicare liceret, neglexerit: aut rē mercede prodiderit: ſciat, quòd præter interminatas à nobis pœnas, habebit & à maximo Deo noſtro pœnam ſequentem, & obnoxius erit execrationibus omnibus, quæ ſacris continentur libris. 7 ¶ Sicut autem hęc nobis ob nihil aliud, quàm ob Domini ſancita ſunt cultum, ſic & hoc addimus, vt inquiſitiones cum ſumma diligentia fiant, & ne [a] quis calumniator inſurgat in aliquos aut falsò accuſaturus, aut falſum teſtimonium laturus his de rebus. ſicut enim ſacerdotib. ſi quid tale egerint tales impoſuimus pœnas, ita & his, qui calumniari ipſos tentarint, ex cœlo & legibus noſtris pœnas imminere volumus, ſi, accuſatione cœpta, ſeu adnūciatione, aut perſequi noluerint, aut perſeuerare in huiuſmodi accuſationibus non quiuerint. D. PR. NON. Nou. CP. Iuſtiniano PP. A. IV. & Paulino V. C. Coſſ. 534.

## DE HAERETICIS [b] ET MAnichæis [c] & Samaritis [d],

## TIT. V.

1. Impp. *Conſtantin.* ‖*Conſtantius & Conſtans*‖ ad Dracilianum ‖præfect. Vrbi.‖

PRIVILEGIA [e] quæ cōtemplatione religionis indulta ſunt, catholicę tantùm legis obſeruatoribus prodeſſe oportet. Hęreticos non ſolùm ab his priuilegijs alienos eſſe volumus, ſed etiā diuerſis muneribus conſtringi & ſubijci [f]. PP. Kal. Septemb. Generaſto, Conſtantino A. VII. & Conſtantio Coſſ. 326.

*Authent. ex No. 119. c. 1.*

*Item priuilegium [g] dotis, quo mulier creditoribus tempore prioribus anteponitur, necnon de tacitis hypothecis, & alia omnia mulieribus à lege data, clauduntur his, quæ catholicam non participant communionem.*

2. Imppp. *Grat. Valentin. & Theod.* AAA. ad Heſperium PF. P.

OMnes vetitæ legibus diuinis & imperialibus conſtitutionibus hæreſes perpetuò quieſcant. Nemo vlterius conetur, quæ repererit profana præcepta vel docere [h], vel diſcere. Nec antiſtites eorumdem audeant fidem inſinuare, quam [i] non habent: nec miniſtros creare, qui non ſunt. Nec per conniuentiam iudicātium, omniúmque, quibus per conſtitutiones paternas ſuper hoc cura mandata eſt, eiuſmodi audacia negligatur, & creſcat. 1 ¶ Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersùs eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui [k] vel leui argumento ‖à‖ iudicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. Dat. III. Nonas Aug. Mediolani, Auſonio & Olybrio Coſſ. 379.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Clearcho præfect. vrbi.

CVncti hæretici procul dubio nouerint omnia ſibi loca adimenda [l] eſſe: ſiue ſub eccleſiarum nomine teneantur, ſiue diaconica [m] appellentur, vel etiam decanica [n]: ſiue in priuatis ædibus, vel locis huiuſmodi cœtibus copiam præbere videantur: his ædibus, vel locis priuatis, eccleſiæ [o] catholicæ vindicandis. 1 ¶ Ad hoc interdicatur his omnibus, ad litanias [p] faciendas nocte vel [q] die profanis coire conuentibus: ſtatuta videlicet condēnatione centum librarum auri contra officium ſublimitatis tuæ ‖vel præſidale quinquaginta,‖ ſi quid huiuſmodi fieri vel in publico, vel in priuatis ædibus conceditur. Dat. V. Non. Martij Arcadio IIII. & Honorio III. AA. Coſſ. 396.

4. Iidem & *Theod.* AAA. ad Senatorem P. V.

MAnichæos [r], ſeu Manichæas, vel Donatiſtas [ſ] mitiſſima ſeueritate perſequimur. Huic itaque ho-

[a] Ɣ. 2. *quæſt.* 8. [b] 16. *Co. Theodoſ.* 5: 5. *Decretal.* 7: 1. *Eclog.* 2. *l.* περὶ αἱρετικῶν 4. *l.* 6. *Harmenop.* 11. *adde Nouell.* 45. *Noue.* 109. 1. *Papon. Areſt.* 2: *Clar.* 5. *ſent.* §. *hæreſis Boſſ. tit.* 27. [c] 1. *Eclog.* 1. *c.* 25. περὶ μανιχαίων. [d] *Nouell.* 45. 129. 144. [e] Eccleſiaſticis data priuilegia ad hæreticos non pertinent *Nouell.* 109. *c.* 1. [f] Sic alibi *Nouel.* 45. Hæreticos odio ꝓſequimur. [g] de quo in lege 12. ǰ. *qui potiores adde Nouel.* 109. [h] Eadem culpa eſt, prohibita diſcere, ac docere *l.* 8. ǰ. *de maleſic.* [i] Nemo fidē annunciare poteſt, quam non habet. Nemo creare epiſcopum poteſt, qui ipſe epiſcop⁹ nō eſt 16. *Co. Theodoſ.* 5. *l.* 22. 24. [k] Hæreticus eſt, qui leui argumento à iudicio & tramite Catholicæ religionis deuiat Ɣt *hic* omnis nō orthodoxus Ɣ. *l.* 12. ǰ. *eod.* aliam definitionem vide in Nouella 109. *in pr.* Ɣ*erſ. hæreticos* 24. *quæſt.* 3. *c. hæreſis & ſequentib.* Certè à pertinaci ſpiritu & opinione ſingulari hæretici dicūtur Ɣ. *Tert. lib. de præſcri.* His affines ſchiſmatici. inter vtroſque tamen aliquid intereſt *diſtinct.* 3. *c. inter hæreſim.* [l] 16. *Cod. Theodoſ.* 5. *c.* 30: *l.* 2. ſ. *de ſumma trinit*: *l.* 15. ſ. *de epiſcopis*: *l.* 5. ǰ. *de pagan. Nouel.* 37. §. *nullus Nou.* 131. *c.* 14. *Nouel.* 232. [m] *c.* 21. Synodi Laodicenæ ἐν τῷ διακονικῷ. In decanicis habentur conuentus, & in ea etiam conijci ſolent res pretioſæ Ɣ. *Cuiac. ad Nou.* 79. [n] decanonica *l.* 30. *Cod. Theodoſ. lib.* 16. *tit.* 5. [o] fiſco noſtro adcorporandis. ita legitur *in d. l.* 30. [p] Litaniam faciendam *d. l.* 30. Litaniæ ſunt preces, quæ vel die vel nocte fiunt. [q] vel interdie *d. l.* 30. [r] 16. *Cod. Theodoſ.* 5. *c.* 40. Manichæi à Manete velut noua & inopinata prodigia in hunc mundum de genere Perſico prodierunt *Diocletian. & Maximian. in Cod. Gregoriano*: Fulgentius 1. *ad Traſimundum.* Manes in Chriſto carnis fantaſiam credere maluit, quàm naturam. De Manichæis Ɣ. *Auguſt. tom.* 6. *Epiphan.* 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 66. [ſ] Ɣ. *Auguſt. tom.* 7. *aduerſus Donatiſtas.*

minum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune ſit cum cæteris [a]. 1 ¶ Ac primùm quidem volumus eſſe publicum [b] crimen: quia quod in religionem [c] diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam, quos bonorum etiam ‖omnium‖ publicatione [d] perſequimur. 2 ¶ Ipſos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate [e] & ſucceſſione quolibet titulo veniente. 3 ¶ Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non poſtremò contrahendi cuiquam conuicto relinquimus facultatem. 4 ¶ In [f] mortem quoque inquiſitio [g] extendatur. Nam [h] ſi in criminibus maieſtatis licet memoriam accuſare defuncti, non immeritò & hic debet ſubire ‖tale‖ iudicium. 5 ¶ Ergo & ſuprema illius ſcriptura irrita ſit [i]: ſiue teſtamēto, ſiue codicillo, ſiue epiſtola, ſiue quolibet alio genere reliquerit voluntatem, qui Manichæus fuiſſe conuincitur. 6 ¶ Sed nec filios hęredes eis exiſtere, aut adire permittimus niſi [k] à paterna prauitate diſceſſerint. Delicti enim veniā pœnitētibus damus. 7 ¶ In eos etiam auctoritatis noſtræ aculei dirigantur, qui eos domibus [l] ſuis damnāda prouiſione defendunt. 8 ¶ Seruos inſuper extra noxam eſſe volumus: ſi dominum ſacrilegum euitantes, ad eccleſiam catholicam ſeruitio fideliore tranſierint. Dat. VIII. Kal. Mar. Romæ, Honorio VII. & Theodoſio II. AA. Coſſ. 407.

*Noua conſtitutio Friderichi imperatoris de ſtatu, & conſuetu. §. ſi vèrò dominus. collat. x. conſtitutio. fin.*

*SI verò dominus temporalis requiſitus & admonitus ab eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: poſt annum à tempore monitionis elapſum, terram ipſius exponimus catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent: ſaluo iure domini principalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum apponat. Eadem nihilo minùs lege obſeruata contra eos, qui non habent domos principales.*

*Noua conſtitutio Friderichi imperatoris de ſtatu, & conſue. §. credentes. coll. x. conſt. fi.*

*CRedentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum damnamus, firmiter ſtatuentes, vt: ſi poſtquàm quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit intra annum: extunc ipſo iure ſit infamis: nec ad publica officia, ſeu conſilia, vel ad eligendum aliquos adhibeatur: neque ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ei ſuper quocumque negocio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quòd ſi fortè iudex extiterit: eius ſententia nullam obtineat firmitatem, nec cauſa aliqua ad eius audientiam perferantur. Si verò fuerit aduocatus: eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio: inſtrumenta per ipſum confecta, nullius penitus momenti cenſeantur.*

5. Impp. *Theod. & Valentinianus* Cæſ. Florentio præfecto prætorio.

ARiani [m], & Macedoniani [n], Pneumatomachi [o], Apollinariani [p], Nouatiani [q], ſeu Sebatiani [r], Eunomiani [ſ], Tetraditæ, ſeu Teſſareſcædecaditæ [t], Valētiniani [u], Pauliani [x], Papianiſtę, Montaniſtę [y] ſeu Priſcil-

[a] etiam hæreticis. [b] Manetis hęreſis & Donati, publicū crimen eſt. [c] Religioni illata iniuria, ad omnes pertinet. [d] cedúntne fiſco? non cedunt, ſed proximis vſque ad ſecūdum gradum *d. c.* 40. idē quoque extare in Baſilicis refert Cuiacius 12. *obſ.* 30. Solos liberos poſtea excipi animaduerti in lege 15. ǰ. *eod.* [e] Manichæi & Donatiſtę, donationum & ſucceſſionum incapaces. [f] i. poſt mortem 6. *Harmenop.* 11. [g] Excommunicantur etiā poſt mortem 24. *quæſt.* 2. *c. ſane.* [h] Nota argumentū à maieſtate terrena ad cœleſtē ſumptum. [i] dummodo defuerint ꝓximi ad ſecūdum gradū Ɣ. *Cuiac.* 12. *obſ.* 30. [k] & ita fortè intelligenda eſt lex 15. ǰ. *eod.* Solet enim pœnitenti ignoſci ǰ. *eod.* 24. *quæſt.* 3. *c. ſi habes*: *l.* 28. ǰ. *de appellationib.* [l] Qui, ſciens, Donatiſtam & ſimiles domo excipit, punitur. [m] de quibus v. Epiphanium 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 69. De Semiarijs v. etiam eundem 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 73. [n] De Macedonio v. Theodoret. 2. *hiſtor.* 6. [o] de quibus v. Epiphanium *l.* 3. *tom.* 1. *hæreſ.* 73. [p] de Apollinariorum libris v. Euſeb. 4. *hiſtor.* 26. [q] de Nouatianis v. Euſeb. 7. *hiſtor.* 7. [r] qui & Sabatiani à Sabatio Nouatianorum presbytero *Socra.* 7. *hiſto.* 5. *Sozom.* 7. *c.* 18. [ſ] de Eunomianis v. Ruff. 1. *hiſtor.* 25. Theodoret. 2. *hiſtor.* 29. Sozomen. 6 *c.* 27. [t] de quibus v. Epiphanium 2. *tom.* 1. *hæreſ.* 50. 24. *quæſt.* 3. *c. quidam* §. *Teſſareſcadecatita.* [u] v. Tertullianum *aduerſus Valentinianos*: & de ijſdem Epiphanium 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 31. quos Gnoſticos vocat. [x] à Paulo Samoſateno 24. *quæſt.* 3. *c. quidam*, §. *Pauliani*, *de quibus* Ɣ. *Epiphanium* 2. *tom.* 2. *hæreſ.* 65. [y] à Montano *dict. cap. quidam* §. *Montani.* ijdem Phryges, ceu Phrygaſtæ & Cataphryges *dict. cap. quidam* §. *Cataphryges.* Ɣ*id. Epiphanium* 2 *tom.* 1. *hæreſ.* 48.

lianiſtæ

lianiſtæ[a], vel Phryges[b], vel Pepuzitæ[c], Marcioniſtæ[d], Borboritæ[e], Meſſaliani[f], Euchitæ[g], ſiue Enthouſiaſtæ[h], Donatiſtæ[i], Audiani[k], Hydroparaſtatæ[l], Taſcodrogitæ[m], Batrachitæ[n], Hermogeniani[o], Photiniani[p], Pauliniani, Marcelliani[q], Ophitæ[r], Encratiſtæ[ſ], Carpocratitæ[t], Saccophori, & qui ad imam vſq; ſcelerũ nequitiam peruenerunt Manichæi[u], nuſquam in Romanum[x] locũ conueniendi morandiq; habeant facultatem. Manichæis etiam de ciuitatiubs pellendis, & vltimo ſupplicio tradẽdis, quoniam his nihil relinquendum loci eſt, in quo ipſis etiam elementis fiat iniuria. Cunctis quoque legibus quæ contra eos, cæteróſq;, qui noſtræ fidei refragantur, olim diuerſisq; temporibus latæ ſunt: ſemper viridi obſeruantia valituris: ſiue de donationibus, in hæreticorum conuenticula, (quæ ipſi audacter eccleſias nuncupare conantur) factis, ſiue ex vltima voluntate rebus qualitercumq; relictis, ſiue de priuatis ædificijs, in quæ domino permittente vel conniuente conuenerint, venerandę nobis catholicæ eccleſię vindicandis: ſiue de procuratore: qui hoc, neſciente domino, fecerit, decem librarum auri multam: vel exilium, ſi ſit ingenuus, ſubituro: metallum verò poſt verbera, ſi ſeruilis conditionis ſit. Ita vt nec in publicum conuenire locum, nec[y] ædificare ſibi quaſi[z] eccleſias, nec ad circumſcriptionem legum quicquam meditari valeant: omni ciuili & militari, curiarum etiam, & defenſorum, & iudicũ, ſub viginti librarũ auri interminatione, prohibẽdi auxilio. Illis etiã omnibus in ſua manentibus firmitate, quæ de militia, pœníſq; varijs, deque diuerſis ſunt hęreticis promulgata: vt nec ſpeciale quidẽ beneficium aduerſus leges valeat impetratum. Dat. Cõſtantinop. 3. Kalend. Iun. Felice & Tauro Conſſ. 428.

6. Iidem AA. ad Leontium prefectum vrbi.

DAmnato[a] portẽtoſę ſuperſtitionis auctore Neſtorio nota cõgrui nominis eius inuratur gregalibus, nec Chriſtianorũ appellatione abutantur. ſed quẽadmodũ Ariani ab[b] Ario, lege diuę memoriæ Conſtantini, ob ſimilitudinem impietatis: Porphyriani à Porphyrio nuncupãtur: ſic vbiq; participes nefariæ ſectæ Neſtorij, Neſtoriani vocentur: vt cuius ſcelus ſunt in deſerẽdo Deum imitati, eius vocabulum iure eſſe videantur ſortiti. 1 ¶ Nec verò impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorij aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam decretaq; ſanctiſſimi cœtus antiſtitũ Epheſi habiti ſcriptos, habere, aut legere, aut deſcribere[c] quiſquam audeat: quos diligenti ſtudio requiri, ac publicè comburi[d] decernimus, ita vt nemo in religionis diſputatione[e] aliquam ſupradicti nominis faciat metionem, aut quibuſdã eorum, habendi cõcilij gratia, in ædibus, aut villa, aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conuenticulum clàm aut apertè prębeat quos omnes cœtus celebrandi licentia priuari ſtatuimus. Scientibus vniuerſis violatorem huius legis publicatione bonorum eſſe coertendũ. Dat. 3. Kal. Aug. Conſtantino. Theodoſio XV. & Valentiniano IIII. AA. Conſſ. 435.

7. Iidem AA. Florentio prefecto pretorio.

CVriales omnium ciuitatum onerofis, quin etiã militiæ, ſeu diuerſis officijs facultatũ & perſonalium munerum obligatos, ſuis ordinibus cuiuſcunque ſectę[a] ſint, inherere cenſemus: ne videamur hominibus execrandis contumelioſo ambitu immunitatis beneficium prętitiſſe: quos volumus huius conſtitutionis auctoritate damnari. Dat. Prid. Kalend. Feb. Theodoſio A. XVI. & Feſto Conſſ. 439.

8. Impp. *Valent. & Martianus.* AA. Palladio præfecto prætorio.

QVicunque in hac ſacra[b] vrbe, vel Alexandrina, vel in omni Aegyptiaca diœceſi, diuerſiſq; alijs prouincijs, Eutychetis profanam peruerſitatẽ ſequũtur: & ita non credunt: vt trecenti decem & octo ſancti patres tradiderunt, catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes: centum quoque & quinquaginta alij venerabiles epiſcopi, qui in alma vrbe Conſtantinopolitana poſtea conuenerunt: & ſicut[c] Athanaſius, & Theophilus, & Cyrillus ſanctę recordationis epiſcopi Alexandrinę ciuitatis credebãt, quos etiã Epheſina ſynodus, (cui beatæ memorię Cyrillus præfuit, in qua Neſtorij error expulſus eſt) in vniuerſis ſecuta eſt, quos & nuper venerabilis Chalcedonenſis ſynodus eſt ſecuta, prioribus concilijs ſacerdotum ex omni prorſus parte conſentiens, nihilque adimens ſacroſancto ſymbolo, neque adijciens, ſed Eutychetis dogmata funeſta condemnans: ſciant ſe eſſe hęreticos ‖ Apollinariſtas. ‖ Apollinaris enim facinoroſiſſimã ſectã Eutyches & Dioſcorus mente ſacrilega ſunt ſecuti. 1 ¶ Ideoq; hi homines, qui Apollinaris vel Eutychetis peruerſitatem ſequuntur, illis pœnis, quę diuorum retrò principum conſtitutionibus contra Apollinariſtas, vel ſerenitatis noſtrę poſtmodum ſanctiones contra Eutychianiſtas, vel hac ipſa Auguſtiſſima lege contra eoſdem decretę ſunt, nouerint ſe eſſe plectendos. 2 ¶ Idcirco Apollinariſtas, hoc eſt Eutychianiſtas: (quibus etſi eſt in appellatione diuerſitas, tamẽ eſt in hęreſis prauitate cõiunctio: & diſpar quidem nomen, ſed idem[d] ſacrilegium) ſiue in hac alma vrbe, diuerſiſq; prouincijs, ſiue in Alexandrina ciuitate, ſiue intra Aegyptiacã diœceſin ſunt: ‖&‖ neque ita credunt, vt prædicti venerabiles patres credebant, neque viro reuerẽdiſſimo Alexandrinæ vrbis antiſtiti Procerio[e] fidem orthodoxã tenenti communicãt epiſcopos, & presbyteros, alióſve clericos creare, & habere prohibemus: ſcientibus tam his Eutychianiſtis & Apollinariſtis, qui auſi fuerint cuiquam epiſcopi, vel preſbyteri, vel clerici nomen imponere: quàm his, qui paſſi fuerint impoſitum ſibi nomen ſacerdotale retinere: pœnam exilij cum facultatum ſuarum amiſſione ſe ſubituros. 3 ¶ Vniuerſi pręterea Apollinariſtæ vel Eutychianiſtę non eccleſias, non monaſteria ſibi conſtruant: paraſynaxes[f] & conuenticula tam diurna, quàm nocturna non contrahant: neque ad domum vel poſſeſſiones cuiuſquam, neque ad monaſterium vel quemcumque alterum locum operaturi ſectę funeſtiſſimæ congregẽtur. Quod ſi fecerint, & hoc factum fuiſſe Domino volente conſtiterit: poſt rem in examine iudicis approbatam, domum[g] vel poſſeſſionem eius in qua conuenerint, vel monaſterium, eius ciuitatis orthodoxæ eccleſiæ, in cuius territorio eſt, iubemus addici. Si verò ignorante domino, ſciente verò eo, qui penſiones domus exigit, vel actore ‖ vel conductore ‖ prædij, paraſynaxes, & conuenticula interdicta collegerint: conductor, vel procurator, ſiue actor, vel quicumque eos in domum vel poſſeſſionem vel monaſterium receperint, ac paſſi fuerint illicitas paraſynaxeis[h] conuentúſque celebrari: ſi vilis & abiectæ ſint conditionis, fuſtibus[i] publicè & in pœnam ſuam, & in aliorum coerceantur exemplum: ſi honeſtę verò ſint perſonæ: decem libras auri, multæ nomine, fiſco noſtro cogantur inferre. 4 ¶ Nullum prӕterea Apollinariſtam vel Eutychianiſtam ad aliquam iubemus aſpirare militiam. Et ſi inuenti fuerint militari cingulo ſoluti, honeſtorum hominum & palatij communione priuentur. Nec in aliqua, nec in qua nati ſunt ciuitate, vel vico, aut regione verſentur. Si qui verò in hac alma vrbe nati ſunt tam ſacratiſſimo comitatu, quàm omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. 5 ¶ Nulli inſuper Eutychianiſtæ vel Apollinariſtæ publicè vel priuatim conuocandi cœtus, vel circulos contrahendi, & de errore hęretico diſputandi[k], ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis adferendi tribuatur facultas. Nulli etiam contra venerabilẽ Chalcedonẽſem ſynodũ liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel edere, atq; emittere, aut aliorũ dicta vel ſcripta ſup eadẽ re ꝓferre. Nemo huiuſmodi habere libros[l], & ſacrilega ſcriptorũ audeat monumẽta ſeruare.

Quod ſi

[a] à Priſcilla, quam vt Prophetiſſam iactabant, cum Maximilla *Epipha. d. loco: & hæreſ. 49.* [b] *ſ. dixi.* [c] à Pepuza vrbe, in qua Priſcilla *de qua ſ. dixi*: aut vt alij volunt, Quintilla, ſuas prophetias inchoauit *v. Epipha. 2. tom. 1. hæreſ. 49.* [d] *d. c. quidam §. Marcioniſtæ. adde Tertullianũ aduerſus Marcionẽ. Epiph. tom. 3. hæreſ.* 42 Iidẽ Marcianiſtę *in l. 65 hæreticorũ 16 Co. Theo 5.* [e] qui & Borboriani 16. *Co Theo. lege Hæreticorum* 65. *vel, vt alij Codices habent* 56 Coddiani, Stratiotici, Phibionitæ, Zoaclei, Barbolitæ etiam appellati sũt *v. Epiphaniũ 1. Tom. 2. hæreſ.* 36. [f] ijdem Maſſaliani. de quibus v. Epiphanium 3. *tom. 2 hæreſ.* 80. fortè legẽdum Meletiani de quibus *v. Epiphanium 2. tom. 2. hæreſ.* 68. [g] ijdem qui & Meſſaliani, quaſi dicas precatores *v. Epipha. d. loco.* [h] Enthyſiaſtæ *d. l. 65. Co. Theod.* & malè Enthouſiaſtę dicti, ꝙ ſe correptos numine fingerent *Theodoret. 4. hiſtor. 11.* [i] *v. l. 4. ſ. eod.* qui & Donatiani *Epiph..n. 2. tom. 1. hæreſ 59. in f.* [k] qui & Odiani *Epiph 3. tom. 1. hæreſ. 70. adde Theodoret. 4. hiſt. 10.* [l] aquam pro vino ad communionem exhibebant, ijdem Aquarij. [m] qui & Taſcodrugitæ *Epiphan. 2 tom. 1. hæreſ. 48.* quaſi diceres Perticonaſati, aut Perticoroſtrati *ib* Iidem, Aſcodrogitæ *in l. 18. ȷ. eo.* [n] forte legendum Hieracitæ de quibus v. Epiphanium 2. *tom.* 2. *hæreſ. 67.* [o] *v. Tertull. aduerſ. Hermogenem d. c. quidam §. Hermogeniani.* [p] *de quibus v. Epiphan. 3. tom. 1. hæreſ 71.* à Photino Gallogræcię epiſcopo *d. c. quidam §. Photiniani.* [q] de Marcellianis *v. Epipha. 3. tom. 1. hæreſ. 72.* [r] de Ophitis *v. Epipha. 1. tom 3. hæreſ. 37.* [ſ] qui & Encratitæ. *de quibus v. Epiphan. 1. tom. 3. hæreſ 46. & 2 tom. 1. hær. 47.* [t] de quibus v. Epiphanium 1. *tom.* 2. *hæreſ.* 27. malè apud Haloandrum legitur, Apotactitæ. [u] de Manichæis v. Epiphaniũ 2. *tom. 2. hæreſ.* 66. [x] Romano loco. Extra ſuum territorium, imperator nihil iuris habet. [y] *v. Molinæum de vſuris quæſt. 20. num. 214.* [z] *v. l 8 § 3 ȷ. eo.* [a] *adde c. fraternitatis 4. in f. extra de hæreticis.* [b] Hæretici à ſuis ſectę auctoribus denominantur: quod meritò fuit conſtitutum Nullũ enim genus exortũ eſt errorum, quod ita ſit repertum Chriſtianæ religioni aduerſari, vt non affectauerit atque ambiuerit Chriſti nomine gloriari *Auguſt. tom. 4 lib. de fide inuiſibili.* [c] de deſcriptione *v. l. 5. § 9. ff. de iniur.* [d] *l. 8. l. 16. ȷ. eo. l. 2. §. 2. ſ. de ſumma trinit. l. 10. ſ. de epiſcop. aud. §. 21. ſ. conſtitut. ad Senatum l. 4. §. 1. ff. familię: adde act. 19. verſ. 18. Liuium 29. Paul. 5. ſent. 25. §. 12. adde eundem lib. 5. tit. 2. §. vlt. l. 8. ȷ. de maleſic. Nouel. 42. c. 1.* [e] *v. ſ. de ſumma trinitate.*

[a] *l. 9. ȷ. eo:* & ſuperſtitionis *l. 12. l. 49. ȷ. eo: de decurion: Nouell. 45. vbi vide Cuiac.*

[b] i. Conſtantinopoli.

[c] *adde l. 1 ſ. de ſumma trinitate.*

[d] hoc videtur innuere, vtrũque carnis Chriſti veras proprietates ſuſtuliſſe.

[e] Proterio.

[f] Hæretici Eccleſias nõ habent, ſed quaſi, *l. 5. inf. ſ. eod.* non συνάξεις ſed παρασυνάξεις *vt hic & ȷ. eod.* non baptiſmata, ſed parabaptiſmata *l. 14. ȷ. eo. Nouel.* 132. exiſtimãtur, ſed non ſunt Eccleſia *v. Cuiac.*

[g] Domus in qua conuenticula illicita habita ſunt, monaſterio addici ſolita.

[h] *v. ſ. eod.*

[i] hinc colligere poſſis, Hęreticos nõ ſemper capitali ſupplicio affectos fuiſſe.

[k] *v. l. 4. ſ. de ſumma trinitate.*

[l] *v. l 7. ſ. eod:*

Quòd ſi qui in his criminibus fuerint deprehenſi perpetua deportatione damnentur. Eos verò, qui diſcendi ſtudio adierint de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt, iubemus ſubire diſpendium. Vltimo etiam ſupplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes verò huiuſcemodi chartæ, ac libri, qui funeſtum Eutychetis ‖ ſcilicet ‖ & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio [a] concremẽtur: vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Æquum namque eſt, vt immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus prouinciarum, eorumq; apparitoribus, defenſoribus etiam ciuitatum: quòd, ſi ea, quæ legis huius religioſiſſima ſanctione cuſtodienda decernimus, aut neglexerint, aut aliqua permiſerint temeritate violari: denarum librarum auri multam fiſco ‖ noſtro ‖ inferre cogantur: inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtinebunt. Dat. Conſtantinop. Id. Auguſt. Conſtantino & Rufo Conſſ. 457.

[a] *d.l.7.*

*Hanc conſtitutionem edidit Cuia. lib. 12. obſer. cap. 30. Notatur in Nomocan. tit. 8. cap. 7. eſſe huius tit. conſt. 8. al. 9. in qua caueatur, vt qui inopia premuntur hæretici,* ἀξιωματικὰ *non accipiant à iudicijs, vel eccleſijs.*

9. [b] Imp. *Martianus.*

HVmanum & pium hoc arbitrati, hæreticos permittimus [c] ſepeliri legitimis ſepulchris.

D. Conſtantinop. Id. Aug. Conſtantino & Rufo Coſſ. 457. [d]

[b] Interpretatio Contij.

[c] *v. tamen cap. 12. extra de ſepulturis.*

[d] Aliam ſubſcriptionem habet Cuiaci⁹ 12. *obſ.* 30.

*Epitome ſuperioris conſtitutionis ex Nomocan. tit. 12. c. 2.*

HÆretici legitimo modo, vt ceteri [e], ſepeliuntor.

[e] quidam hîc addũt negatiuam ex nomocanone. *adde c. Eccleſiam de conſecratione.*

10. Imp. *Anaſtaſius* A. Erythrio PP.

SI qui orthodoxæ religionis emptione vera, vel fictitia, aut quocumque alio iure, vel titulo prædia, vel poſſeſſiones, resque immobiles, in quibus orthodoxæ fidei eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, in [f] hæreticæ ſectæ & contrariæ orthodoxæ fidei ſentiẽtem quamcunque perſonam transferre voluerint: nullam huiuſmodi vel inter viuos habitam vel ſecreto iudicio compoſitam valere volumus voluntatem, etiam ſi ab orthodoxæ fidei venditore, vel quocumque modo alienatore commentitio ſub qualibet occaſione fuerint aſſignata: ſed irrita omnia huiuſmodi documenta, & tamquam nec penitus ſcripta eſſe cenſemus. Hæc enim prædia & poſſeſſiones, quæ in hæreticas perſonas quocumque modo translatæ fuerint vel collatæ, fiſci noſtri iuribus decernimus vindicari. Siue enim apud dominos poſſeſſorésve orthodoxos ea prædia maneant, ſiue ad fiſci [g] noſtri iura peruenerint: neceſſe eſt, in his eccleſias & oratoria conſtituta diligentiùs & ſolicitiùs inſtaurari. Noſtræ etenim ſerenitatis vndique ad hunc exitum prouidentia ducit, vt omnipotentis Dei templa (in quibus noſtræ fidei inſtituta perdurant) cultu aſſiduo per omnia ſecula reditiua [ll] ſeruentur. Nec enim dubitari poteſt: ſi in hæreticos tales veniant poſſeſſiones, in quibus veræ fidei eccleſiæ vel oratoria conſtituta ſunt, & integritas colitur: omnimodo ab his deſeri, atque deſtitui, ‖ & ‖ omni cultu vacare: omnibus ſacris & ſolitis viduari myſterijs: omni ſplendore priuari: ‖ nullis populorum conuentionibus, ‖ nullis clericorum obſeruationibus celebrari: & ex hoc ſine dubio eaſdem eccleſias perire, ruere, & complanari. Nec enim de earum inſtauratione hęretici potuerunt aliquando cogitare, quas penitus eſſe nolebant. Quæ omnia reſecantes, ad præſentem legem peruenimus. Dat. V. Id. Aug. Boetio V.C. Conſ. & Eutherico. 511.

[f] *Nouell.* 131. *c.* 14.

[g] hodie Eccleſię *Nouell.* 131. neque id nouum. plerumq; enim nouæ conſtitutiones dãt Eccleſiæ, qđ veteres fiſco. *v. Cuiac. ad d. Nouell.* 131. *in fin.*

[ll] rediuiua.

11. * *Græca conſtitutio Anaſtaſii, aut Iuſtiniani. eius epitome.*

VBicumque Manichæi inueniantur, capite [h] damnandi ſunt.

[h] *l. 12. j. eod.*

*Alia epitome ex Eclog.* Βασιλ. *lib. 1. tit.* περὶ Μανιχαίων, *cap. 25.*

MAnichęo in loco Romano degere deprehenſo, caput amputator.

XII. [ll]

*Græca conſtitutio Iuſtini Auguſti. Eius epitome ex collatione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum.*

[ll] interpretatio Contij.

MAnichæi vndique expelluntor, & capite puniuntor. Reliqui autem hæretici, (hæreticus [i] eſt omnis non orthodoxus) & Græci [ſeu pagani,] & Iudæi, & Samaritæ prohibentur magiſtratum gerere, & dignitatem habere, aut ius dicere, aut defenſores, aut patres ciuitatum fieri, (ne habeant licentiam vexare, aut iudicare Chriſtianos, aut epiſcopos) item militare [a] quoque prohibentur, prę-terquam ſi ex genere cohortalinorum ſunt. hi enim manent onera [b] quidem ſuſtinentes: non offendentes autem, neque in orthodoxos quid exequentes in publicis, vel priuatis cauſis. Qui autem tentauerit quid horum facere, præterquam quòd factum pro infecto erit, dabit etiam XX. libras, & qui publicis ipſos deſcriptionibus inſerere conati fuerint, etiam XX. & præſides, quinquaginta. & omnes hæ priuatis rebus inferuntur. Excipiuntur Gotthi [c], qui fiunt fœderati, & aliter, prout viſum imperatori fuerit, honorantur.

[i] *v. l. 2. ſ. eod.*

[a] *l. 18. in prin. j. eod.*

[b] *v. l. 3. in fi. ff. de decurionibus. l. 15. §. 6. ff. de excuſatut.*

[c] quorum plerique Ariani erant. ſed & leges ciuiles exteros non tenent.

*Alia eiuſdem pars ex Theodoro Hermopolita.*

1 ¶ Parentibus diuerſæ fidei exiſtentibus & religionis, illius ſententia præualeat, qui ad orthodoxam illos elegerit [d] perducere fidem. & quamuis pater ſit, qui contradicit: ne exinde ſuccenſendi materiam captans, neceſſarijs eos priuet alimentis, aut alijs neceſſarijs expenſis.

[d] *l. 18. §. 2. j. eod.*

XIII. [ll]

*Græca conſtitutio Iuſtini vel Iuſtiniani. Eius epitome.*

[ll] interpretatio Contij.

HÆretici patres nihil habentes legitimum, quo accuſent orthodoxos filios, coguntur præter facultates [e] ſuas etiam alimenta erogare illis, & reliqua neceſſaria, & coniungere [in matrimonium] orthodoxis, & dare dotes, & antenuptiales donationes, prouidentia præſidum & epiſcoporum. 1 ¶ Orthodoxi filij hæreticorum, qui [f] nihil deliquerunt in parentes, illibatum accipiunt & indeminutum, quod eis ab inteſtato competit. & aduerſus hæc facta vltima voluntas infirmatur, conſeruatis libertatibus, niſi aliqua lege prohibeantur. Si verò quid deliquerint in parentes, accuſantur, & puniuntur. Habent autem, & cum deliquerint, quartam facultatum ipſorum [partem], teſtamento facto. 2 ¶ Eadem & in Iudæis & Samaritis obtinent.

[e] *Nouell.* 115. *c.* 2.

[f] *l. 4. §. 6. ſ. eod. adde l. 15. j. eod.*

XIIII. [g]

* *Græca conſtitutio eiuſdem Imperatoris.* * *Epitome ex Græca collectione conſtitutionum eccleſiaſticarum, & Nomocano. tit. 12. cap. 2.*

[g] Interpretatio Contij.

HÆretici ſynacteria ſeu collectas facere non poſſunt, aut paraſynaxes [h], aut ſynodos, aut ordinationes, aut baptiſmata, aut exarchos habere, aut paternitates ſeu abbatias, aut defenſiones inſtituere, aut curare ſeu adminiſtrare villas per ſeipſos, aut per interpoſitas perſonas, aut quid prohibitorum facere, qui transgreſſus hæc fuerit, vltimum [i] ſupplicium luit.

[h] *l. 8. §. 3. ſ. eod. v. Nouell.* 132.

[i] *l. vlt. j. eod.*

XV. [k] *

*Græca conſtitutio. Epitome ex indice Baſilicorum* Κατασιχείων.

[k] Interpretatio Contij.

MAnichæi [l] liberos [m] quidem habentes orthodoxos [n], in eos & ſolos ab inteſtato ‖ tranſmittant: nulli autem alij viuentes aut morientes alienanto, [ſeu per inſtitutionem, ſeu per legatum, ſeu per donationem,] omnimodo eorum facultatibus ad fiſcalem redituris rationem.

[l] 1. *Eclog. 1. c.* 27.

[m] & ita reſtringẽda eſt lex 4. §. 6. ſ. *eod.*

[n] *d. §. 6. & l. 13. §. 1. ſ. eod.*

XVI.

*Græcæ conſtitutionis epitome, ex collectione Græca eccleſiaſticarum conſtitutionum.*

EX Manichæo factus orthodoxus, ſi inuentus fuerit ea, quæ [priſtini] erroris erant, facere, aut ſaltem vnà degere dumtaxat & conuerſari cum Manichæis, nec confeſtim prodiderit illa competẽti iudici, vltimo [o] ſupplicio punitur. 1 ¶ Item qui in dignitatibus & militijs ſunt, ſollicitè eos, qui in ſuo conſortio ſunt eiuſmodi, inquirant, & prodant. quia ſi comprehenſus Manichęus dixerit ſciri ſe & noſci talem à quibuſdam, congruè illi puniuntur, vt qui eadem deliquerint, tametſi non ſint tales. eadem enim delinquere videntur ſcientes quidem delinquentem, non facientes autem illum manifeſtum.

2 ¶ Qui habet libros Manichaicos, & non manifeſtat eos, vt comburantur [p]: punitur.

[o] Grauior pœna cõtumaci hîc imponitur quã in lege 10. ſ. *de epiſcop. audientia.*

[p] *v. l. 6. ſ. eod.*

17. [q] *Græcæ conſtitutionis Iuſtiniani epitome ex eadem collectione.*

[q] Interpretatio Contij.

SAnctæ &c. Samaritanorum [r] ſynagogæ deſtruuntur. &, ſi alias tentent facere, puniuntur.

1 ¶ Non poſſunt ſucceſſores habere ex teſtamento, vel ab inteſtato, præter [ſ] orthodoxos. neque donant, aut aliter alienant hi, qui non ſunt orthodoxi. ſed fiſcus ipſa vindicat prouidentiâ epiſcoporum & præſidum.

[r] quorum fit mẽtio in Nouell. 129. 144. *Edictum Iuſtiniani* 9. *c. 2. apud Epiphanium* 1. *tom. 1. hæreſ.* 9. Horum varię claſſes Eſſenorũ *Epiphan. ibi. hæreſ.* 10. Sebuęorum *hæreſ.* 11. Gorthenorum *hæreſ.* 12. Doſitheorũ *hæreſ.* 13. Doſithei meminit Tertullianus *in lib. de præſcriptionibus circa fi.*

[ſ] *l. 15. ſ. eod.*

18. [a] *Græcæ conſtitutionis eiuſdem Iuſtiniani epitome ex eadem collectione.*

QVæ de Samaritis lege ſtatuta ſunt [b] circa ſynagogas, & ſucceſſiones: obtinent & in Montaniſtis [c], & Aſcodrogitis [d], & Ophitis [e]. Soli enim orthodoxi ſuccedunt ipſis ex teſtamento, & ab inteſtato, & legata capiunt. ceteri autem hæretici, id eſt, qui non ſunt orthodoxi, & Græci, ſeu pagani, & Samaritæ non militant [f], neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curam, neque docent, neque aduocationibus funguntur. Si verò quis ad ea obtinenda ſimulet ſe orthodoxum, & appareat vxorem habens aut liberos hæreticos, & non adducat ipſos ad orthodoxiam: eijcitur. Si verò etiam lateat: non poteſt quid ſuarum rerum donare, aut aliter alienare hæretico: ſed hæc & hæreticam delatam ipſius ſucceſſionem vindicat [g] fiſcus. In vniuerſum enim qui participes ſunt militiæ, aut dignitatis, aut aduocationis, aut publicæ liberalitatis, aut applauſus, ſolos orthodoxos habet ſucceſſores. & res ipſorum quocumque modo ad hæreticum delata, fiſcus vindicat. 1 ¶ Si alter coniugum orthodoxus ſit, & alter hæreticus, oportet [h] fieri liberos eorum orthodoxos. quòd ſi ex his alij orthodoxi fiant, alij hęretici maneant: ſoli ſuccedunt vtrique parenti, orthodoxi. Si verò omnes ſint hæretici, cognati orthodoxi ſuccedunt, aut ijs non exiſtentibus fiſcus. 2 ¶ Habet [conſtitutio] diuerſas pœnas contra neglectores, & non perſequentes aut indicantes præſides & officia ciuilia, vel militaria, & epiſcopos, qui quidem & de neglectoribus præſidibus referunt principi. pœnæ verò fiſco applicantur.

19. Idem A. Iuliano præfecto prætorio.

COgnouimus multos eſſe orthodoxos liberos, quibus nec pater nec mater orthodoxæ ſunt religionis. Et ideò ſancimus: vt non tantùm in caſu, vbi alter ‖ non ‖ orthodoxæ religionis eſt: ſed etiam in his caſibus, in quibus vterque parens alienæ ſectæ ſit, id eſt pater & mater: hi tantummodò liberi ad eorum ſucceſſionem ſiue ex teſtamento [i], ſiue ab inteſtato vocentur: & donationes ſeu aliæ liberalitates his accedere poſſint, qui [k] orthodoxorum venerabili ſunt nomine decorati: cæteris liberis eorum, qui non Dei omnipotentis amorem, ſed paternam vel maternam impiam affectionem ſecuti ſunt, ab omni beneficio [l] repellendis. Liberis autem orthodoxis non exiſtentibus, ad [m] agnationem vel cognationem eorum (orthodoxos tamen) eaſdem res vel ſucceſſiones peruenire. Quòd ſi ‖ nec ‖ agnatio vel cognatio recta inueniatur, tunc eaſdem res fiſci noſtri iuribus vindicari. 1 ¶ Sed ne videamur, morientibus quidem genitoribus, liberis prouidere: viuentibus autem, nullam inferre prouidentiam: (quod etiam ex facto nobis cognitum eſt) neceſſitatem [n] imponimus talibus genitoribus orthodoxos liberos ſecundum vim [o] patrimonij alere: & omnia eis præſtare, quæ ad quotidianæ vitæ conuerſationem ſufficiant: ſed [p] & dotes [q] pro filiabus & neptibus dare, & [r] ante nuptias donationes pro filijs vel nepotibus perſcribere, in omni caſu ſecũdum [s] vires patrimonij huiuſmodi liberalitatibus æſtimandis: ne propter diuini amoris electionem, paterna vel materna ſint liberi prouiſione defraudati. Omnibus videlicet, quæ noſtræ conſtitutiones de pœnis Paganorum [t], & Manichæorum [u], & Borboritarum, & Samaritarum, Montaniſtarum, & Taſcodrogitarum, & Ophitarum, ceterorumque hæreticorum iam conſtituerunt, ex hac noſtra lege confirmandis, & in perpetuum valituris. Dat. Conſtantin. X. Kal. Dec. Lampadio & Oreſte V V. C C. Conſſ. 530.

*Authentic. ex Nouell. 115. c. 3.*

*IDem eſt de Neſtorianis & Acephalis [x]: quia ſi quis ex his liberos habet eccleſiæ ſanctæ communicantes, his ſolis ex teſtamento vel ab inteſtato hæreditatem tranſmittere poteſt. Si verò permixti ſunt: portio infidelium interim reſideat penes orthodoxos: ipſis, ſi conuerſi fuerint, reſtituenda quidem, ſed abſque ratione fructuum & adminiſtrationis. Permanebit autem apud orthodoxos, ſi ipſi perſeuerent in nequitia. Si autem omnes liberi peruerſi ſint, vocentur agnati rectæ fidei. Quibus non inuentis, ſi clericus fuerit, ab eccleſia intra annum admittatur. quo tranſacto, ſi non fuerit clericus, ſuccedat fiſcus.*

[a] Interpretatio Contij. [b] *l.* 17. *ſ. eod.* *adde d. c.* 2. [c] de quibus lex 5. *ſ. eod.* *Epiphanius* 2 *tom.* 1. *hæreſ.* 48: *c. quidam* 24: *quæſt.* 3. §. *Mõtani. Tertull. in lib. de ieiunio aduerſus Pſychicos in pr. & in libro aduerſus Praxeam.* [d] qui & Taſcodrogitæ *l.* 5. *ſ. eod: l.* 19. *inf.* ⁊. *eod.* [e] *l.* 5. *ſ. eod: l.* 19. *inf.* ⁊. *eod.* *d. quæſt.* 3. §. *Ophitæ, de quib. v. Tertullianum in libro de præſcriptionibus circa fin. Auguſtinum de hæreſibus ad Quoduultdeum: Epiphanium* 1. *tom.* 3. *hæreſ.* 37. [f] *l.* 20. *ſ. tit. prox.* [g] *Nouell.* 144. *c.* 1. [h] *v. l.* 12. *inf.* *ſ. eod.* [i] Hęretici nõ ſuccedũt patri ab inteſtato, vel ex teſtamento. [k] Patri hæretico, ſoli liberi Chriſtiani ſuccedunt. *l.* 15. *l.* 18. *ſ. eod.* [l] etiam dotis. [m] Liberis nõ orthodoxis, hęreticis, adgnati orthodoxi in ſucceſſione ab inteſtato adquirẽda præferuntur: & poſt adgnatos fiſcus. [n] Hæretici parentes, liberos orthodoxos cogun tur alere. [o] Expenſæ ad inſtar patrimonij ſemper redigẽdę. [p] videtur cõſtare argũ ab alimentis ad dotem.

[q] quarum cauſa ſemper fauorabilis. [r] tales enim donationes exęquatę dotibus. [s] Dotes pro ratione patrimonij paterni, filiabus conſtituendæ *l.* 60. *ff. de iure dot.* [t] de quib. dicam ⁊ *de paganis.* [u] de his omnibus dixi ſ. *ad l.* 5. & *l.* 18. [x] qui & Acephalitæ *c. quidam* 24. *quæſt.* 3. §. *Acephalitæ: v. Ruſticum Diaconum aduerſus Acephalos:* Iidem Seueritæ & Iulianiſtæ (a Iuliano) & Contobabditæ & Angelitæ, vt ait Damaſcenus. Acephali dicti, quòd nullos haberent Epiſcopos, nullos presbyteros, nullos conuentus 18. *Nicephor.* 45. 49: & *lib.* 17. *c.* 7. 8.

*Filij hæreticorum non admittuntur ad eorum ſucceſſionem, ſed fiſcus.*

*In Authen. de ſtatu & conſuetu. §. Gazaros. coll.* 10. *conſtit. fi.*

GAzaros [a], Patarenos [b], Leoniſtas, Speroniſtas [c], Arnoldiſtas [d], Circumciſos, & omnes hæreticos vtriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, atque bannimus: cenſentes, vt omnia bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij eorum ad ſucceſſionem eorum peruenire nõ poſſint: cùm longè grauius ſit, æternam, quàm temporalem offendere maieſtatem. 1 ¶ Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles: niſi ad mandatum eccleſiæ iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemq; perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint: tamquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quod ſi ſic per annum permanſerint: extunc omnes, tamquam hæreticos, condemnamus.

20. *Conſtit. Græca epitome ex ead. collectione.*

HÆretici [e] communicantes, aut ſynaxes [f] aut baptiſmata facientes, puniuntur, vt qui leges tranſgrediuntur. & qui domos [g] ipſis ad hoc præbent, iam ſancitis pœnis ſubijciuntur. 1 ¶ Soli orthodoxi intra ſacra ſepta habentes ergaſteria vtuntur priuilegijs: non item hæretici, qui nec intra ſacra ſepta negociantur, ne diuina audiant myſteria. 2 ¶ Montaniſtæ [h] verò neq; commorantur cum his, qui ex his orthodoxi facti ſunt. & qui dicuntur ex ipſis epiſcopi aut clerici, expelluntur vrbe Conſtantinopolitana. 3 ¶ Vetantur [i] mercari mancipia, neque erogationes percipiunt, qui ex his egentes ſunt, eas, quæ dicuntur honoraria ex iudicijs vel eccleſijs. & qui tribuit eis irrationabilem præfecturam, decem libris multatur, & decem quoque libris præſides ex negligentia, & comes priuatarum, & officium eorum.

*Ad teſtimonium iudiciale contra Chriſtianos non admittitur hæreticus, ſed in contractibus vel vltimis voluntatibus ſic.*

21. Idem A. Ioanni P. P.

QVoniam multi iudices in dirimendis litigijs nos interpellauerunt, noſtro indigentes oraculo, vt eis referetur, quid de teſtibus hæreticis ſtatuendũ ſit, vtrùmne accipiantur eorum teſtimonia, an reſpuantur: ſancimus, contra [k] orthodoxos quidem litigantes nemini hæretico, vel his etiam, qui Iudaicam [l] ſuperſtitionem colunt, eſſe in teſtimonia communionem: ſiue vtraque pars orthodoxa ſit, ſiue altera. Inter [m] ſe autem hæreticis vel Iudæis, vbi litigandum exiſtimauerint, concedimus fœdus permixtum, & dignos litigatorib. etiam teſtes introducere, exceptis ſcilicet his, quos vel Manichaicus furor, cuius partem & Borboritas [n] eſſe manifeſtum eſt, vel Pagana ſuperſtitio detinet: Samaritis nihilo minùs, & qui illis non abſimiles ſunt, Montaniſtis, & Taſcodrogitis [o], & Ophitis: quibus pro reatus ſimilitudine omnis legitimus [p] actus interdictus eſt. Sed his quidem, id eſt Manichæis, Borboritis, & Paganis, necnon Samaritis, & Montaniſtis, & Taſcodrogitis, & Ophitis omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas conuerſationes, ſancimus eſſe interdictum. Alijs verò hæreticis tantummodò iudicialia [q] teſtimonia contra orthodoxos, ſecundum quod conſtitutum eſt, volumus eſſe inhibita. Ceterùm teſtamentaria teſtimonia eorum, & [r] quæ in vltimis elogijs vel in contractibus conſiſtunt, propter vtilitatem neceſſarij vſus eis ſine vlla diſtinctione permittimus, ne probationum facultas anguſtetur. Dat. V. Kal. Aug. Conſtantino. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis V V. C C. 530.

22. Idem A. Ioanni P. P.

DIuinam noſtram ſanctionem: per quam iuſſimus neminem errore conſtrictum hæreticorum, hæreditatem [s] vel legatum vel fideicommiſſum, accipere: etiam in vltimis militum voluntatibus locum habere præcipimus, ſiue communi iure, ſiue militari teſtentur. Dat. Kal. Septemb. poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC. an. ſecundo ‖ imperij Iuſtiniani. ‖ 6. 532.

[a] quos Gregorius Catharos appellat *c. excõmunicamus* 15. *extra de hæreticis*, & rectè τὸ θ in ζ mutato. vt & D. in Z. Ziabul p diabolus. [b] Patharenos *d. c.* 15. Alij, Patharinos: alij Patrinos. [c] *d. c.* 15. [d] Arnaldiſtas *d. c.* 15. ab Arnaldo, *Sygonius* 11. *regni Italici: Bernard.* 2. *epiſt.* 195: *Sabellic.* 9. *Ænead.* 9. [e] Interpretatio Contij. [f] *l.* 14. *ſ. eod.* [g] *l.* 15. *ſ. de epiſcopis.* [h] in quorum etiam errorẽ Tertullianus incidit v. Vincentium Lyrinenſem *aduerſus prophanas nouationes.* [i] *Nouell.* 144. *c.* 2. [k] Cõtra orthodoxos, hęreticus aut Iudæus teſtis eſſe non põt. excipe cas ⁊. enumeratos. [l] *v. l.* 13. *ff. de decurionib.* [m] Hæreticus (excipe hîc enumeratos) hæretico teſtis eſſe poteſt. [n] *v. l.* 5. *l.* 19. *in f. ſ. eo.* Gręcis βορβορῖται 21. *Eclog.* 1. *c.* 43. [o] qui & ἀσκοδρυγῖται *d. c.* 43. [p] An hîc agitur de ijs actibus legitimis, quorum fit mentio in lege 77. *ff. de reg. iur.* Hotomanus putat 32. *Illuſtr. fol.* 219. Cuiacius negat 15. *obſ.* 16. hiſque vocabulis intelligit conuerſationem forenſem. [q] Hæreticus aduerſus orthodoxum in iudicio teſtis eſſe nõ poteſt. [r] Orthodoxo hęreticus teſtis eſſe poteſt teſtamentarius, & in cõtractibus *v. Oldend. c.* 4. *de teſtib. nu.* 17. [s] Hæreticus incapax eſt hæreditatis, legati & fideicommiſſi, & cõſequẽter donationis cauſa mortis, de quib. v. Cuiac. *cõſul.* 32.

NE SAN-

## NE SANCTVM BAPTISMA iteretur,

### Tit. VI.

1. Imppp. *Valent. Valens & Grat.* A A A. ad Flauianum vicarium Africæ.

ANTISTITEM [a], qui [b] ſanctitatem baptiſmatis illicita vſurpatione geminauerit [c], ſacerdotio indignum eſſe cenſemus. Eorum enim condemnamus errorem, qui apoſtolorum præcepta calcantes, Chriſtiani nominis ſacramenta ſortitos, alio rurſus baptiſmate non purificant, ſed inceſtant [d], lauacri nomine polluentes. Dat. XVI. Kalend. Nouemb. Conſtantinop. Gratiano A. IIII. & Merobaude Coſſ. 377.

2. Impp. *Honor. & Theodo.* A A. Anthemio P P.

SI quis rebaptizare quempiam de miniſtris catholicæ ſectæ fuerit detectus: vna cum eo, qui piaculare crimen commiſit, (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic cui perſuaſum ſit [e], ſupplicio percellatur. Dat. XII. Kalend. Aprilis Conſtantinop. Lucio V. C. Coſ. 413.

3. Impp. *Theod. & Valent.* A A. Florentio præfecto prætorio.

NVlli hęreticorum [f] danda licentia eſt vel ingenuos, vel ſeruos proprios, qui orthodoxorum ſunt initiati myſterijs, ad ſuum rurſus baptiſma deducendi, nec non illos, quos emerint, vel qualitercumque habuerint nec dum ſuæ ſuperſtitioni coniunctos, prohibendi catholicę ſequi religionem eccleſiæ. Quod qui fecerint: vel, cùm ſit ingenuus, in ſe fieri paſſus ſit: vel factum non detulerit: exilio, ac decem librarum auri multa damnabitur: teſtamenti [g] & donationis faciendæ vtriſque deneganda licentia. Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus, vt nulli iudicum liceat delatum ad ſe crimen minori aut nulli coercitioni mandare: niſi ipſe idē pati velit, quod alijs diſſimulando conceſſerit. Dat. III. Kal. Iun. Conſtantinopoli, Felice & Tauro Coſſ. 428.

## DE APOSTATIS [h],

### Tit. VII.

1. Impp. *Conſtant. & Iulian.* Cæſ. ad Thalaſſium P.P.

SI quis lege venerabili conſtitutus, & ex Chriſtiano Iudęus effectus, ſacrilegis cœtibus aggregetur: cùm accuſatio fuerit approbata, facultates eiuſdem dominio fiſci [i] iubemus vindicari. Dat. V. Non. Iul. Mediol. Conſtantio A. VIIII. & Iuliano Cæſ. II. Coſſ. 357.

2. Imppp. *Gratian. Valent. & Theod.* A A A. ad Hypatium P.P.

SI quis defunctum [k] violatæ atque deſertæ Chriſtianæ religionis accuſat: eumque vel ad ſacrilegia templorum, vel ad ritus Iudaicos tranſiſſe contendit: eaque gratia teſtari [l] minimè potuiſſe confirmat: intra [m] iuge quinquennium, quod ‖ de ‖ inofficioſis actionibus conſtitutum eſt, proprias exigat actiones, futurique iudicij huiuſcemodi ſortiatur exordium. Dat. XII. Kalend. Iun. Pataui. Merobaude II. & Saturnino Coſſ. 383.

3. Imppp. *Theod. Valent. & Arcad.* Flauiano præfecto prætorio.

HI, qui ſanctam fidem prodiderunt, & ſanctum baptiſma hæreticâ ſuperſtitione profanarunt: a conſortio omnium ſegregati ſint, a teſtimonijs alieni, teſtamenti (vt antè iam ſancimus) non habeant factionem, nulli in hæreditate ſuccedant, a nemine ſcribantur hæredes [n]. Quos etiam præciperemus procul abijci, ac longiùs amandari: niſi [o] pœnæ viſum fuiſſet eſſe maioris, verſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs. Sed nec vnquam in ſtatum priſtinū reuertantur: nec flagitiū horum obliterabitur pœnitentia [a]: neque vmbra aliqua exquiſitæ defenſionis, aut muniminis obducetur. quoniam quidem eos [b], qui fidem, quam Deo dedicauerant, polluerunt, & prodentes diuinum myſterium in profana migrauerunt: tueri ea, quæ ſunt commentitia, & concinnata, non poſſunt. Lapſis etenim & errantibus ſubuenitur: perditis verò, hoc eſt ſanctum baptiſma profanantibus, nullo remedio pœnitentię (quæ ſolet alijs criminibus adeſſe) ſuccurritur [c]. Dat. V. Id. Maij. Concordiæ, Tatiano & Symmacho Coſſ. 391.

4. Impp. *Theod. & Valen.* A A. Baſſo præfecto prætorio.

APoſtatarum ſacrilegum nomen, ſingulorum vox continua accuſatione inceſſet, & nullis [d] finita tēporibus huiuſcemodi criminis arceatur indago. Quibus quamuis præterita interdicta ſufficiant: tamen etiam illud iteramus, ne [e], poſtquam à fide deuiauerint, teſtandi aut donandi quippiam habeant facultatem. Sed nec venditionis ſpecie [f] facere legi fraudem ſinantur: totumque ab inteſtato Chriſtianitatem ſectantibus propinquis potiſſimum deferatur. In tantum autem contra huiuſcemodi ſacrilegia perpetuari volumus actionem: vt vniuerſis ab inteſtato venientibus, etiam [g] poſt mortem peccantis, abſolutam vocem inſimulationis congruæ non negemus. Nec id patiemur obſtare, ſi nihil in conteſtationem profano dicatur viuente productum. Sed ne huius interpretatio [h] criminis latiùs in incerto vagetur errore: eos præſentibus inſectamur oraculis: qui nomine Chriſtianitatis induti, ſacrificia [i] ſacrilega vel fecerint, vel facienda mandauerint: quorum etiam poſt mortem comprobata perfidia hac ratione plectenda eſt, vt donationibus teſtamentiſq; reſciſſis, hi: quibus hoc deferret legitima ſucceſſio, huiuſmodi perſonarum hæreditate potiantur. Dat. VII. Id. April. Rauennæ, Theodoſio XII. A. & Valentiniano A. II. Coſſ. 426.

5. Iidem A A. Florentio P.P.

EVm, qui ſeruum ſiue ingenuum inuitum [k], ſeu ſuaſione plectenda, ex cultu Chriſtianæ religionis in nefandam ſectam ritumve trāſduxerit, cum diſpendio fortunarum capite puniendum eſſe cenſemus. Dat. Prid. Kal. Febr. Theodoſio XV. & Valentiniano IIII. AA. Coſſ. 435.

6. Impp. *Valent. & Martian.* AA. Palladio præfecto prætorio.

EOs: qui catholicarum eccleſiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi [l], relicto vero orthodoxæ religionis cultu, Apollinaris vel Eutychetis hæreſim & dogmata abominanda ſecuti fuerint: omnibus pœnis, quæ prioribus legibus aduerſus hæreticos conſtitutæ ſunt, iubemus teneri, & extra ipſum quoque Romani imperij ſolum repelli, ſicut de Manichæis præcedentium legum ſtatuta ſanxerunt. Dat. Kalend. Aug. Val. A. VII. & Auiano Coſſ. 450.

## NEMINI † LICERE SIGNVM [m] SALVAtoris Chriſti humi vel in Silice, vel in marmore, aut inſculpere, aut pingere,

### Tit. VIII.

1. Impp. *Theod. & Valentin.* A A. Eudoxio P.P.

CVM ſit nobis cura diligens per omnia superni numinis religionem tueri: ſignum ſaluatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pingere: ſed quodcumque reperitur tolli, grauiſſima pœna multando eo, qui contrarium ſtatutis noſtris tentauerit, ſpecialiter imperamus. Dat. XII. Kal. Iun. Hierio & Ardaburio Coſſ. 427.

## DE IVDÆIS [n], ET cœlicolis [o],

### Tit. IX.

1. Imp. *Antonin.* A. Claudio Triphonino.

---

[a] atqui Epiſcopi iubentur deponi, niſi pollutū ab hæreticis rebaptizarint? *c. epiſcopum 45 in canonib. apoſto.* Pollutum intellige, non baptizatū in trinitate. Idē dicendum, ſi dubitatur de aliquo, ſit baptizatus necne. Nam in dubio non præſumitur baptizatus ꝟ. *Alciat. 2. præſumpt. 4. c. de quib. 2. extra de baptiſmo.*

[b] Odio cōtrariæ religionis id fiebat a quibuſdam *c. vlt. ext. de baptiſmo.*

[c] Iam lotum non reuocamus ad fontem. abſit vt iterem⁹ ꝙ ſemel eſt: aut duplicemus quod vnum eſt. *Optat. de Donat.* nec in ipſis hæreticis baptiſma cōmune reſcinditur *Auguſt. de hæreſib.* In modū ſemel nati hominis, baptiſma ſemel conceditur a Deo. *l. 58 Cod. Theodoſ. de hæret.*

[d] Qui rebaptizat, id aufert ꝙ geminat *l. 5. Cod. Theod. de hæreticis:* Secundus baptiſm⁹ non eſt purificatio, ſed inceſtus.

[e] in hoc caſu ſc. alias peculiariter *l. vlt. j̄. eod.*

[f] & meritò, quod .n. Chriſtiano nō licet *l. 1. s̄. eod:* multò minùs hæretico. [g] Anabaptiſtę teſtamēti faciendi, aut inter viuos donandi ius non habent. An idem in reliquis hæreticis? ꝟ. *l. 21. in fi. s̄. de hæreticis.* [h] *60. Eclog. 54: 6. Harmenop. 11:* qui ſunt ꝟ. *l. 4. j̄. eod.* [i] Bona Apoſtatæ confiſcātur *Salicet.* [k] Mortuus, deſertę religionis accuſari poteſt *l. 4. §. 4. s̄. de hæreticis.* Quod ad inſtātiam Regis Franciæ factum fuiſſe aduerſus Bonifacium Papam, refert Clarus *5. ſent. §. hæreſis. verſ. item de crimine.* [l] Apoſtatæ non licet teſtari. [m] Poſt quinquennium, de religione defuncti non eſt quærendū. adde & ſimiles caſus *l. 5. j̄. de adult: l. 13. l. 5. ff. de iniur. l. 7. ff. peculatus: tit. ff. ne de ſtatu defunct. poſt quinquenn.* Suetonius *in Veſpaſ.* Vetuit inter cætera quæri de cuiuſquā defunctorum ſtatu vltra certos annos. [n] vel legatum aut mortis cauſa donationem accipiant *Cuiac. conſult. 32.* [o] Summū pœnę genus, verſari inter homines & corū ſuffragijs carere.

[a] Pœnitenti parcitur *l. 4. §. 6. s̄. de hæreticis: l. 4. l. 41. Cod. Theodo. eod. l. 8. circa fin. s̄. de ſumma trinitate.* præterquam Apoſtatæ ꝟt *hic.*

[b] hoc innuit, Qui fidē prodidit tueri commētitia non poteſt. ſed quo tandē ſenſu? ſic reſtitue, Eos qui f. q. D. d. p. & p. d. m. i. p. m.: tueri nō poſſumus.

[c] Quid ſi fidē hæretico dederis? Clarus negat ei ſeruandā à priuato *5. ſent. §. hæreſis. verſ. præterea.* ꝙ certè durū. eſt .n. graue fidem fallere *l. 1. ff. de pecu. cōſtit.* Clarus *ibidem & in verſ. vlterius* negat cōtumaci prȩſtari patronū aut procuratore.

[d] quandiu viuunt *l. 2. s̄. eo:* adde alios caſus *l. 12. j̄. de falſis. l. 13. s̄. de Silaniano: l. vlt. ff. ad leg. Pompeiam: l. 19. in f. ff. de falſis.*

[e] *50. Eclog. 54. c. 23.*

[f] Vēditionis ſpecies, eſt venditio εἰκονικῶς εἰς ἀπάτην τοῦ νόμου contracta *d. c. 23.*

[g] intra quinquenniū tamen *l. 2. s̄. eo.*

[h] nota definitionem apoſtatæ *adde 60. Eclog. 54. 6. Harmenop. 11.* Iidem dicūtur Magaritæ. *Cuiac. hic.*

[i] *Harmenop. d. loco.*

[k] Nota pœnam cogētis Chriſtianum ad apoſtaſiam. [l] Nota de pœna clerici & monachi in hęreſim prolapſi. † hic titulus non obſeruatur in Gallia *Bugnon in legib. abrogat.* [m] σαυρὸν τίμιον *1. Eclog. 1. c. 15.* venerabilem crucem *l. 26. s̄. de epiſcop.* Cur ſignum dicitur? dicam *ad Nouell. Leonis 72.* [n] *1. Eclog. 1. c. 11: 16. Cod. Theo. 8: adde Nouel. 137.* περὶ ἑβραίων: *adde 5. decret. 6: & 5. clement. 3. et 5. Extr. 2. Iudæis & Saracenis: & extrauag. Iohannis de iiſdem Iudæis & Saracenis.* [o] *de quibus* ꝟ. *l. 12. j̄. eod.*

QVOD Cornelia Saluia vniuerſitati [a] Iudæorum, qui in Antiochienſium ciuitate conſtituti ſunt, legauit [b], peti non poteſt. Dat. Prid. Ka. Iul. Antonino A. IIII. & Balbino Coſſ. 214.

*II. Græca conſtitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoca. tit. 7. c. 4. & Euſtathio de temporibus.*

IN feſtiuitatibus aut ſabbatis ſuis Iudæi corporalia [c] munera non obeunt: neque quicquam faciunt: neque propter publicam priuatamq; cauſam in ius vocantur, aut ipſi Chriſtianos in ius vocant.

*Iudæi irruentes in conuerſum ad Chriſti cultum ſunt concremandi.*

3. Imp. *Conſtantin.* A. ad Euagrium P.P.

IVdæis, ‖ & cœlicolis, ‖ & maioribus [d] eorum, & patriarchis volumus intimari: quòd: ſi quis poſt hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit ſectam, & ad Dei cultum reſpexerit, ſaxis [e], aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) auſus fuerit attẽtare: mox flammis [f] dandus eſt, & cum omnibus ſuis participibus concremandus. Dat. XV. Kalenda. Nouembr. Murgillo, Conſtantino A. IIII. & Licinio IIII. Coſſ. 315.

4. Impp. *Valent. & Valens* AA. Remigio magiſtro offic.

IN ſynagogam [g] Iudaicæ legis, veluti hoſpitij merito, irruentes milites iubeas emigrare: quos priuatorum domus, non religioſarum loca habitationum meritò conuenit attingere. Dat. Prid. Non. Mart. Valentiniano & Valente AA. Coſſ. 365.

5. Imppp. *Gratianus, Valentin. & Theod.* AAA. Hypatio PP.

IVſſio, qua ſibi Iudaicæ legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum dabatur immunitas [h], reſcindatur. Dat. XVIII. Kalend. Maij, Mediolani, Merobaude II. & Saturnino Coſſ. 383.

6. Imppp. *Valentinian. Theod. & Arcad.* AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis Chriſtianam mulierem in [i] matrimonium [k] Iudæus accipiat, neque Iudæę Chriſtianus coniugium ſortiatur. nam ſi quis aliquid huiuſmodi admiſerit: adulterij vicem commiſſi huiuſmodi crimen obtinebit, libertate in accuſandum publicis quoque vocibus relaxata. Dat. Prid. Id. Mar. Theſſalonicæ, Theodoſio A. II. & Cynegio Coſſ. 388.

*Nuptiæ inter Chriſtianos prohibitæ, etiam inter Iudæos prohibentur, ipſorum lege ceſſante.*

7. Imppp. *Theod. Arcad. & Honor.* AAA. Infantio comiti Orientis.

NEmo Iudæorum morem [l] ſuum in coniunctionibus retineat, nec iuxta legem ſuam [m] nuptias ſortiatur.

[a] V. *Cuiac.* 7. *obſ.* 30. [b] Iudæorum vniuerſitati legari non poteſt. [c] *lege Hiereos* 8. *Cod. Theod. de Iudæis.* [d] dabãtur n. eis maiores V. *quæ notaui ad l.* 12. j. *eod.* [e] 16. *C. Theod.* 8. *c.* 5: 1. *Eclog.* 1. *c.* 11. *ex lib.* 54. *c.* 29. [f] De pœna Iudęi in neophytum ſeditionem mouentis. Hic tamẽ notandum neophytum nõ liberari Chriſtianiſmi profeſſione a delictis anterioribus V. *Clar.* 5. *ſent.* §. *vlt. quæſt.* 51. *Ver. vltimò quæro.* [g] Synagogæ Iudæorũ immunes ab hoſpitatura. [h] *l.* 9. j. *eo.* Iudæi non ſunt à Curiæ muneribus immunes. Hinc collige, ſectã Iudęorũ non ꝓhiberi. Circuncisio eis permittitur *l.* 11. *ff. de ſic. Ecl.* 1. *e.* 11. *ex lib.* 60. *tit.* 39. *c.* 11. decuriones fieri poſſunt *l.* 3. *inf. ff. de decur.* munera ciuilia obire coguntur *l.* 15. §. 6. *ff. de excuſat. tut.* [i] nec Iudæus Chriſtianam ducere: nec Chriſtiana Iudæo nubere legitimè poteſt. quin, adulterij vicem id crimen obtinet j. *eod.*. Ea prohibitio locum habet in alijs etiam ſectis: vt, ſic Catholici cum impijs connubium non obtineant *Gen.* 6. *Exod.* 34. *Deut.* 7: 3. *Reg.* 11. *Eſd.* 2. *c.* 9. *act.* 2. *c.* 15. 1. *Corin.* 6. 28. *q.* 1. *c. caue. c. non oportet* V. *conciliũ Laodicenũ c.* 31. *Chalcedonenſe c.* 14. & *Carthaginenſe. c.* 21: *Tertull.* 2. *ad Vxor. Cyprian.* 3. *ad Quirinum, Auguſtin.* 1. *de adult. cõiug.* Demus ſponſalia etiam contracta reſcindi debent. *l. vlt. inf.* j. *de ſponſalib.* Demus non orthodoxos inter ſe matrimonium re ipſa cõtraxiſſe? vtiq; conſtabit matrimoniũ. habent .n. hęretici ſua cõiugia, vt & Turcæ & Ethnici. Demus alterum coniugatorum orthodoxum fieri? demus è contrario, vnum ex duobus orthodoxis in hęreſim labi? vetat Paulus fidelẽ ab infideli diſcedere: ſi tñ diſcedat manere innuptum iubet 1. *Cor.* 7. *Verſ.* 10. 11. 12. Poteſt ergo fidelis ſola thalami inſpectione ſeparari *d. Ver.* 11. idq; Gregorius etiam voluit *c. vlt. ex. de conuerſione coniugatorũ.* Hinc conſtat, ꝓpter hæreſim, matrimonij vinculũ non ſeparari. V. *ſynod. Tridentinã ſeſſ. pen.* Quod cùm ita ſit abrogatur Canon 76. Synodi ſextæ Conſtantinopolitanę habitę in Trullo, q definierat huiuſmodi matrimoniũ ἄκυρον ἡγεῖσαι, καὶ ἄθεσμον διαλύεσθαι .i. irritũ fieri, vtq; illicitũ diſſolui. Redeamus ad thori ſeparationem. Eane vltrò fieri à fideli poteſt? An verò iudiciũ Eccleſiæ requiritur? Vrbanus negat requiri præcisè, cogi tñ eo caſu mulierẽ reuerti ad virũ pœnitentẽ: q alias inuita non cogeretur, ſi iudicio Eccleſię diuertiſſet *c. de illa* 6. *extra de diuortijs.* Iam demus orthodoxum cũ infideli, nedum Iudæo ſc. Saraceno, Pagano, & ſimilib. ſed hæretico qui Chriſtum inuocat, ſcienter contraxiſſe ac mox pœnitere: num audietur? alibi dicam. [k] quærit Alciat. 7. *parerg.* 123. quo ſupplicio afficiendus ſit, qui cũ Iudæa rẽ habuerit? notat vt adulterũ puniri, ſi animo contrahẽdi matrimonij: ſin minus, extraordinaria pœna. qua de re vide alia quædã apud Clarũ 5. *ſent.* §. *Fornicatio* 5. *Verſ. cum Iudæis.* [l] non omnẽ tamen. Nam & apud eos vetitæ ſunt nuptię inter aſcendentes & deſcendentes, & inter collaterales certis gradibus. morem intellige, eum qui ſequitur. poſſis & addere ius ſuſcitandi ſeminis fratri mortuo *Gen.* 39. *Deut.* 25. [m] ſed iuxta leges communes 1. *Eclog.* 11. *cap.* 33. 34. 35.

nec in diuerſa [a] ſub vno tempore coniugia conueniat. Dat. III. Kalend. Ianuar. Theodoſio A. III. & Habundantio Conſſ. 393.

8. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Eutychiano.

IVdæi communi Romano iure viuentes, in his cauſis, quæ tam ad ſuperſtitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent, adeant ſolemni more iudicia, omnesq; Romanis legibus conferant, & excipiant actiones. Si qui verò ex his communi pactione ad ſimilitudinem arbitrorum apud Iudæos [b] in ciuili dumtaxat negotio putauerint litigandum: ſortiri eorum iudicium iure publico non vetentur. Eorum etiam ſententias iudices exequantur, tanquam ex ſententia cognitoris arbitri dati fuerint. Dat. VI. Non. Febr. Honor. A. IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

9. Iidem AA. ad Iudæos. q

NEmo exterus [c] religionis Iudæorum, Iudæis precia ſtatuet, cum venalia proponunt: Iuſtum [d] eſt enim ſua cuique committere. Itaque rectores prouinciarum vobis nullum diſcuſſorem [e] aut moderatorem eſſe concedent. Quòd ſi quis ſumere ſibi curam (præter vos, proceresque veſtros) audeat: eum, velut aliena appetentem, ſupplicio coercere feſtinent. Dat. IIII. Kal. Mart. Conſtantinop. Arcadio IIII. & Honorio III. A. Conſſ. 396.

10. Iidem AA. & *Theodoſius* A. Eutychiano P.P.

QVicumque ex Iudæis obnoxij curiæ [f] comprobantur, curię mancipentur. Dat. III. Kalend. Ianuar. Theodoſio A. I. & Rumoridio Conſſ. 403.

11. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio P. P.

IVdæos quoſdam [g] feſtiuitatis ſuæ ſolemnia [h] ad pœnæ quondam recordationem [i] incẽdere [k], & ſanctæ [l] crucis adſimulatam ſpeciem in contemptum Chriſtianæ fidei ſacrilega mente exurere, prouinciarũ rectores prohibeant: néve locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ legis retineant, amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperauerint. Dat. IIII. Kalend. Iun. Conſtantin. Baſſo & Philippo Conſſ. 408.

12. Iidem AA. Iouio P.P.

[a] duæ ſunt Polygamiæ ſpecies. Prior quoties duæ vno tempore habẽtur vxores. Altera, quoties priore mortua altera ducitur. De priori ſpecie hic agitur, de qua ſi quæras, Iure diuino num admitti debeat? Reſpondeo, non admitti. At, inquies, nullibi prohibitam. Dices etiam dilectæ & exoſæ vxoris. *Deut.* 21. *Verſ.* 15. & plurium vxorum 2. *Sam.* 12. *Verſ.* 18. mentionem fieri Patriarchis veteris teſtamenti plures vxores fuiſſe? *Geneſ.* 2. *Paralip.* 13. *Iud.* 8: 2. *Reg.* 3. & 20: 3. *Reg.* 11. Polygamiam in Eccleſia Chriſtiana receptam *arg.* 1. *Timoth.* 3. Polygamiam non repugnare neceſſarijs ad ſalutem? vſitata diuortia eius beneficio euitari? non inconueniens eſſe, vt vno capiti plura ſint membra? Reſpondeo. In rebus controuerſis ad initia recurrendum *Matth.* 19. *Verſ.* 8. ab initio ita non fuiſſe conſtat. notum eſt enim illud, Erunt duo in carne vna *Geneſ.* 2. *Verſ.* 24. *Matth.* 19. *Verſ.* 5. *Luc.* 16. ſuam quiſque vxorem & proprium quæque virum habeat 1. *Corinth.* 7. *Verſ.* 2. Quin ſi naturæ rationem quærimus, ipſa generatio non perficitur niſi ex duobus: ſi amorem coniugalem, ſolidus inter duos tantum eſſe poteſt: nec ſic erit indiuidua vitæ coniunctio, ſi vtrique pluribus adhærere permiſſum eſt. adhæc, Si conſideramus id quod homo per ſe poteſt, vnus pluribus non ita poteſt ſufficere: ſi æquitatem, plures mariti vxori permittendi: ſi liberorum & familiarum certitudinem, ſi parentibus honorem debitum, tollendus erit maritorum aut vxorum ille numerus: ſi conſulas iuriſprudentes, eoſque Ethnicos, Polygamiam non probarunt *l.* 1. *inf. ff. de his qui notant:* ſi Imperatores, ijdem vetuerunt, *vt hic: l.* 2. j. *de inceſtis: l.* 18. j. *de adulter.* Conſtat igitur, nec eandem duobus nuptam eſſe poſſe, nec eidem licere eodem tempore duas vxores habere §. 6. *Inſtitut. de nupt.* vt iam duæ Iacobi vxores, gregéſve concubinarum Salomonis ad Chriſtianos non pertineant. Quid quòd vxorem habenti, concubinam apud Romanos habere non licuit *l.* 1. j. *de concubinis:* & quod magis mirere, vnicam tantũ concubinam, non plures? V. *Cuiac. ad Nouell.* 18. [b] .i. Archiſynagogi Iudęorum, arbitri inter ſuos eſſe poſſunt. huc refer *l.* 7. s. *de epiſcop. aud.* [c] putà Chriſtianus. idemq; priuatus officialis. l. nemo 16. *Cod. Theod. de Iudæis:* 1. *Eclog.* 11. *c.* 37: at non Præſes *inf.* j. *eod. l.* 1. §. 11. *ff. de off. præfect. Vrb.* [d] Quiſque ſuæ rei iuſtus eſt moderator & arbiter *leg. ſeptuageſima, ff. de rei vindicat. l.* 21. *ff. mandati. leg.* 9. *ff. rer. amot. l.* 2. *ff. ſi à parent. quis manumiſſ. l.* 13. §. *vlt. ff. de iniur. l. vlt. ff. de annona.* hinc colligunt, hęredem prohiberi non poſſe à teſtatore, ne res proprias diſtrahat V. *quæ notaui ad l.* 55. *ff. de legat.* 1. [e] hinc colligere poſſis, Diſcuſſoris munus fuiſſe inter cætera, ſtatuere rebus venalibus pretia. [f] *l.* 4. s. *eod.* [g] quoſdam *l. Iudæos Cod. Theodoſ. eod.* [h] ſolenni Aman. ita legitur in *Cod. Theodoſ. l. Iudæos tit. de Iudæis.* de qua ſolennitate V. *hiſtor. Eſter c.* 11. *Verſ.* 21. & *Ioſeph.* 11. [i] ſumptę ſc. de Amano. [k] puto legendum, *incedere,* vt innuat ſpeciem quandam ambarualium. [l] ſenſus eſt, Iudæi in memoriam crucifixi Amanis, annuatim crucem ligneam contumeliæ cauſa vicatim præferebant, eamque poſtea exurebant. Inde, quidam ex Iudęis irridendæ paſſionis & mortis domini occaſionem arripiebant.

Cœli-

COElicolarum [a] nomen inauditum quodammodo nouum crimen ſuperſtitionis vindicauit. Hi, niſi ad Dei cultum venerationemq; Chriſtianam conuerſi fuerint, his legibus, quibus præcipimus hæreticos adſtringi, ſe quoque nouerint adſtringendos. Ædificia autem eorum, quæ neſcio cuius noui dogmatis conuentus habent, eccleſijs vindicentur. Certum [b] enim eſt, quicquid à fide Chriſtianorum diſcrepat, legi Chriſtianæ eſſe contrarium. Dat. Kalend. April. Rauennæ, Honor. VIII. & Theod. III. A A. Conſſ. 409.

13. Iidem A A. Iouio P.P.

DIe ſabbati ac reliquis ſub tempore, quo Iudæi cultus ſui reuerentiam ſeruant, neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri [c] debere præcipimus. ita tamen, vt nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos conuenire, ne Chriſtiani fortè ex interpellatione Iudæorũ ab officialibus, præfatis diebus, aliquam ſuſtineant moleſtiam. cùm fiſcalibus commodis, & litigijs priuatorum conſtet reliquos dies poſſe ſufficere. Dat. 8. Cal. Aug. Rauennæ, DD. N N. Honorio 8. & Theodoſio Aug. 3. Coſſ. 409.

14. Iidem AA. Philippo P. P. per Illyricum.

NVllus tamquam Iudæus, cùm ſit innocens [d], obteratur: nec expoſitum eum ad contumeliam religio qualiſcumq; perficiat. non paſſim eorum ſynagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam ſine vlla ratione lædantur: cùm alioquin, etiam ſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor, iuriſque publici tutela videtur in medio cõſtituta, ne quiſquam ſibijpſi permittere valeat vltionem. Sed vt in hoc perſonis Iudæorum volumus eſſe prouiſum: ita id quoque monendum eſſe cenſemus, ne Iudæi forſitan inſoleſcant, elatique ſui ſecuritate, quicquam præcipites in Chriſtianam reuerentiam vltionis admittant. Datum 8. Id. Aug. Conſtantinop. Honorio 9. & Theodo. 5. A A. Conſſ. 412.

15. Iidem AA. Aureliano præfecto prætorio.

SI qua [e] inter Chriſtianos & Iudæos ſit contentio: non a ſenioribus Iudæorum, ſed ab ordinarijs [f] iudicibus dirimatur. Dat. 13. Kalend. Nou. Hono. 12. & Theodoſio 8. AA. Conſſ. 418.

16. Iidem AA. Aſclepiodoto P.P.

IVdæi & bonorum proſcriptione, & perpetuo exilio damnabuntur, ſi noſtræ fidei hominem circumcidiſſe [g] eos, vel circumcidendum mandaſſe cõſtiterit. Dat. Prid. Kalend. Februar. Theodo. 17. & Feſto Conſſ. 439.

17. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. Ioanni comiti ſacrarum largitionum.

IVdæorum primates, qui in vtriuſque Paleſtinæ, ſynedrijs [h] dominantur, vel in alijs prouincijs degunt, periculo ſuo anniuerſarium canonem de ſynagogis omnibus, Palatinis compellentibus, exigant ad eam formam, quam patriarchæ quondam coronarij [i] auri nomine poſtulabant: & hoc, quod de Occidentalibus Patriarchis conferri conſueuerat, noſtris largitionibus inferatur. Dat. 3. Kal. Iun. Conſtantinop. Florentio & Dionyſio Conſſ. 429.

18. Idem * *Græca conſtitutio ex lib. 60. Baſilic. tit. 54. c. 31. & Nomocanon. tit. 9. capit. 25.*

IVdæus, qui eum, qui Iudaicæ religionis non eſſet, contraria doctrina ad ſuam religionem traducere [k] præſumpſerit, bonorum proſcriptione damnetur, miſerumque in modum puniatur.

*Eadem conſtitutio Græcè & Latinè ex Baſil. lib. 60. tit. 54. cap. 31.*

SI [l] Iudæus pertrahere Chriſtianum ad religionem ſuam auſus fuerit, proſcribitur, & ſanguinis pœnam ſuſtinet.

19. Iidem A A. Florentio præfecto prætorio.

HAc valitura in omne æuum lege ſancimus, neminem Iudæorum, quibus omnes [m] adminiſtrationes & dignitates interdictæ ſunt, nec defenſoris ciuitatis fungi ſaltem officio, nec patriæ [n] honorem arripere concedimus: nec adquiſiti ſibi officij auctoritate muniti, aduerſus Chriſtianos, & ipſos plerumque ſacræ

[a] de quibus in epigraphe & *l. 3. s. eod.* quorum dogma nouum appellãt imperatores in *l. omnia. C. de hæreticis.* Sophonias repræhendit quoſdam ex Iudæis, qui militiam cœli colerẽt: ad quos Iuuenalis videtur alluſiſſe, Nil præter nubes & cœli numẽ adorant: & Petronius in *catalectis*, loquens de Iudæo, & cœli ſummas aduocat auriculas. ſed hi ad Chriſtianorum hæreticos non pertinẽt. Auguſtinus *epiſt.* 163. refert maiorem cœlicolarum noui apud Donatiſtas baptiſmi authorem fuiſſe. erant. n. cœlicolis maiores *arg. l. 3. s. eo. & hic Cuia.*
[b] Qui non eſt mecum, contra me eſt. *Accur.*
[c] Die ſabbati Iudęi nec cõueniri, nec cõuenire alios poſsũt *Cuia. c. 3. de præſcri.*
[d] Iudęi innocentes non ſunt offendẽdi *adde l. 6. j. de ſacrif. pagan. 1. Eclog. 1. c.* περὶ Ἰουδαίων. *c. 39. fol. 2.*
[e] *l. 22. l. 78. C. Theod. eod.*
[f] Iudæus actor vel reus forum Chriſtiani ſortitur *Salycet.*
[g] *l. 82. C. Theodoſ. eod. 1. Ecl. c.* περὶ Ἰουδαίων. *c. 41. 42. ex lib. 60. tit. 39. c. 11.*
[h] *v. l. vlt. ff. de decretis ab ordine.* [i] *v. l. 1. j. de auro coronario.* [k] *Eclog. d. loco c. 31.* [l] Interpetatio Leunclaij *v. d. c. 31.* [m] Iudæi arceantur ab honoribus. [n] nec patris honorem *Cuiac. 12. obſ. 30.* vetantur. n. Iudæi eſſe ἔκδικοι πόλεως ἢ πατέρες. Patres ciuitatis ſunt curatores ciuitatis *l. 3. j. de his qui ſpont. numera: vbi v. Cuiacium.* Græcis etiã ἀστυνόμοι, teſte Vlpiano *in Demoſthenem.*

religionis antiſtites, veluti inſultantes fidei noſtræ, iudicandi vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem. 1 ¶ Illud etiam pari conſideratione rationis arguentes præcipimus, ne ‖ qua ‖ Iudaica ‖ ſynagoga in nouam [a] fabricam ſurgat: fulciendi [b] veteres permiſſa licentia, quę ruinam minantur [c]. 2 ¶ Quiſquis igitur vel infulas acceperit, quæſitis dignitatibus non potiatur: vel ‖ ſi ‖ ad officia vetita irrepſerit, ab his penitus repellatur: vel ‖ ſi ‖ ſynagogam extruxerit, compendio catholicæ eccleſiæ nouerit ſe laboraſſe. Et qui ad honores ‖ & dignitates ‖ irrepſerit, habeatur vt antea conditionis extremæ, etſi honorariam ‖ illicitè ‖ promeruerit dignitatem. Et qui ſynagogæ fabricam cœperit, non ſtudio reparandi, cum damno [d] quinquaginta librarum ‖ auri fraudetur auſibus ſuis. Cernat præterea bona ſua proſcripta, mox pœnæ ſanguinis deſtinandus. ‖ quaſi ‖ qui fidem alterius expugnant peruerſa doctrina. Dat. Prid. Kalend. Feb. Theodoſio A. 17. & ‖ Feſto ‖ Conſſ. 439.

## NE [e] CHRISTIANVM MANCIPIVM hæreticus, vel Iudæus, vel paganus habeat, vel poſſideat, vel circumcidat.

### Tit. X.

1. Impp. *Honor. & Theod.* A A. Monaxio PP.

IVDAEVS ſeruum Chriſtianum nec comparare debebit, nec largitatis, vel alio quocunque titulo conſequetur. Quòd ſi aliquis Iudæorum mancipium vel Chriſtianum habuerit, vel ſectę alterius ſeu nationis crediderit ex quacumque cauſa poſſidendum, & id circumciderit: non ſolùm mancipij damno multetur, verum etiam capitali [f] ſententia puniatur, ipſo ſeruo pro præmio libertate donando. Dat. 4. Id. April. Conſtantinop. Honorio A. 11. & Conſtantio V.C. 2. Conſſ. 417.

2. *Conſtitutionis Græcæ epitome ex lib. 60. βασιλικ. ex indice κατὰ στοιχεῖον. & ex collectione Græca conſtitutionum eccleſiaſticarum, & alijs auctoribus.*

GRæcus [g] ſeu Paganus & Iudæus, & Samaritanus, & alius hęreticus, id eſt non exiſtens orthodoxus, non poteſt Chriſtianum mancipium habere, neque catechumenum [h] circumcidere [i]: quia & ipſum mancipiũ Chriſtianum ad libertatem peruenit, & qui poſſidet, dat priuatis ‖ largitionibus ‖ triginta libras.

## DE PAGANIS [k], ET SACRIficijs, & Templis.

### Tit. XI.

1. Imp. *Conſtantius* ad Taurum P.P.

PLACVIT omnibus locis atque vrbibus vniuerſis claudi [l] protinus templa, & acceſſu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. 1 ¶ Volumus etiam cunctos ſacrificijs [m] abſtinere. 2 ¶ Quòd ſi aliquid fortè huiuſmodi perpetrauerint, gladio [n] vltore ſternantur. facultates etiam perempti fiſco decernimus vindicari: & ſimiliter puniri [o] rectores prouinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Decemb. Conſtantio 4. & Conſtante AA. Conſſ. 342.

2. Impp. *Theod. Grat. & Valent.* AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis mortalium ita faciendi ſacrificij [p] ſumat audaciam, vt inſpectione iecoris, extorumque [q] pręſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel (quod eſt deterius) futura ſub execrabili conſultatione cogno-

[a] Iudæi nouas ſibi ædificare ſynagogas ꝓhibentur *v. Cuiac. 16. obſ. 3.*
[b] *v.* Caſſiodorum *in reſcripto quodam Theodorici ad Iudæos 2. libro Variar.*
[c] Quid ſi penitus collapſę, an reſtaurari poſſunt? Gregor. permiſit *c. conſuluit. extra de Iudæis*, & æquo iure reſtauratę non noue, ſed eædem ædes intelliguntur, ſecus ſtricto iure *l. 20. §. 2. ff. de ſeru. Vrban.*
[d] magiſtratus arcent quantum poſſunt homines à falſis religionibus: ſed religio imperari non poteſt. nihil ea magis eſt voluntariũ *Lactantius.*
[e] *16. C. Theodoſ. 7.*
[f] nota pœnã circumcidentis Chriſtianum *adde 6. Harmeno. 11: 1. Ecloga* περὶ Ἰουδαίων *c. 41. 42.*
[g] Interpretatio Contij.
[h] Catechumeni, ſunt auditores baptiſmo deſignati.
[i] *v. Gregorium epiſt. 3. c. 21: Nou. 144. c. 2.*
[k] *16. C. Theodoſ. 20.* περὶ ἑλλήνων *1. Eclog. 1. c. 3.* περὶ ἑλληνιζόντων *6. Har. 11.* id eſt, de Græcis. ita dictos opinor, quòd initio naſcentis Eccleſiæ inter cæteras nationes, Græci obſtiterint Euangelio. Pagani verò quaſi in pagis viuentes alieni à ciuitate Dei, *Optat.* Puto paganos ob cõtemptum vocatos fuiſſe, quaſi diuerſos à Chriſtianis Chriſto militantibus, & Chriſtianis ignobiliores. Nam & in iure, pagani militibus opponuntur, Gentiles Ethnicos, nationes dictos opinor, cõparatione habita ad Chriſtianos, q numero erãt pauciſſimi. [l] Conſtantinus templa Paganorũ claudi iubet: 8. *Niceph. 18. & 25: 16. C. Theod. 10. c. 4.* [m] *6. Harm. 11. d. c. 4. adde l. 2. l. 12. j. eo.* vide quæ notaui de vetitis ſacrificijs *ad l. 13. ff. de ſicarijs. adde l. vn. j. de theſau. Paul. 5. ſent. 3. §. 9.* [n] Pœna gentiliſmi & ſacrificantium. & ita deterior conditio Paganorum quam Iudæorum, quorum ſecta prohita non eſt. [o] Rector prouinciæ negligentiæ punitur. [p] *l. 1. s. eod.* [q] Extiſpicina prohibita.

ſcat. Acerbioris etenim imminebit ſupplicij cruciatus ei, qui contra vetitum præſentium vel futurarum rerum explorare tentauerit veritatem. Data 7. Kalend. Iun. Arcad. & Bautone Conſſ. 385.

3. Impp. *Arcad. & Honor.* A A. Macrobio P P. Hiſpaniarum, & Procliano vicario quinq; prouinciarum.

SIcut ſacrificia templorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta [a] ſeruari. Ac ne ſibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere: ſi quod reſcriptum, ſi qua lex fortè prætenditur: abreptæ huiuſmodi chartæ ex eorum manibus, ad noſtram ſcientiam referantur. Dat. 4. Kalend. Feb. Rauen. Theodor. V. C. Coſ. 399.

4. Iidem AA. Apollodoro proconſuli Africæ.

VT profanos ritus iam ſalubri lege ſubmouimus, ita feſtos conuentus ciuium & communem omnium lætitiam non patimur ſubmoueri. Vnde abſq; vllo ſacrificio [b], atque vlla ſuperſtitione damnabili exhiberi populorum voluptates ſecundum veterem conſuetudinem, miniſtrari etiam feſta conuiuia, quando exigunt publica vota, decernimus. Dat. 13. Kalend. Sept. Patauio, Theodoro V. C. Conſ. 399.

*Princeps poteſt publica donare, et donata in patrimonio donatarij debent perpetuò remanere. Salyc.*

5. Impp. *Honor. & Theod.* A A. populo Carthagin ienſi.

OMnia loca, quę ſacris error veterum deputauit, noſtræ rei iubemus ſociari. Quod autem ex eo iure vbicumq; ad ſingulas quaſcumq; perſonas vel pręcedentium principum largitas, vel noſtra maieſtas voluit peruenire, id in eorum patrimonijs æterna [c] firmitate perduret. Ea verò quæ multiplicibus conſtitutis ad venerabilem eccleſiam volumus pertinere, Chriſtiana ſibi merito religio vindicabit. Dat. 3. Kal. Septemb. Rauennæ, Honorio 10. & Theodoſio 6. A A. Conſ. 415.

*Chriſtianis non licet paganos offendere, nec eorum bona rapere ſub pœna dupli.*

6. Iidem A A. Aſclepedioto præfecto prætorio.

CHriſtianis, qui verè ſunt, vel eſſe dicuntur, ſpecialiter demãdamus, vt Iudęis, ac Paganis quiete [d] degentibus nihilq́ue tentantibus turbulentum, legibusq; contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abuſi. Nam ſi contra ſecuros fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea ſola, quę abſtulerint, ſed conuicti in duplum, quæ rapuerint, reſtituere compellentur. Rectores etiam prouinciarum, & officia, & principales cognoſcant ſe, ſi non ipſi talia vindicent, ſed fieri a popularibus hæc permiſerint, vt eos, qui fecerint, puniendos. Dat. 6. Id. Iun. Conſtantinop. Aſclepiodoto & Mariniano Conſſ. 423.

7. Impp. *Valentin. & Mart.* AA. Palladio P. P.

NEmo venerandi adorandiq́ue animo delubra, quæ olim iam clauſa ſunt, reſeret. Abſit a ſeculo noſtro infandis execrandiſq́ue ſimulacris honorem priſtinum reddi, redimi [e] ſertis templorum impios poſtes, profanos aris accendi ignes, adoleri in hiſdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, & religionis loco exiſtimari ſacrilegium. Quiſquis autem contra hanc ſerenitatis noſtræ ſanctionem, & contra interdicta ſanctiſſimarum veterum conſtitutionum ſacrificia exercere tentauerit: apud publicum iudicem reus tanti facinoris legitimè accuſetur, & conuictus proſcriptionem omnium bonorum ſuorum & vltimum [f] ſupplicium ſubeat. Conſcij criminis ac miniſtri ſacrificiorum eandem pœnam, quæ in illum fuerit irrogata, ſuſtineant: vt hac legis noſtræ ſeueritate perterriti, metu pœnæ deſinant ſacrificia interdicta celebrare. Quòd ſi vir clariſſimus rector prouinciæ poſt accuſationem legitimam, & poſt crimen in cognitione conuictum, tantum ſcelus diſſimulauerit vindicare: quinquaginta libras auri ipſe iudex, quinquaginta etiam officium eius confeſtim fiſco noſtro inferre cogatur. Dat. Prid. Id. Nouemb. Martia. A. & Adelphio Conſſ. 451.

8. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Dioſcoro præfecto prætorio.

NEmo ea, quæ ſæpius Paganæ ſuperſtitionis hominibus interdicta ſunt, audeat pertentare, ſciens, quod crimen publicum committit, qui hæc auſus fuerit perpetrare. Intantum autem huiuſmodi facinora volumus eſſe reſecanda vt etiam ſi in alieno prædio vel domo aliquid tale perpetretur, ſcientibus videlicet dominis: prædium quidem vel domus ſanctiſſimis iuribus ærarij addicentur [a]: domini verò pro hoc ſolo, quòd ſcientes conſenſerint ſua loca talibus contaminari ſceleribus, ſi quidem dignitate vel militia quadam decorantur, amiſſione militiæ vel dignitatis, necnon rerum ſuarum proſcriptione plectentur: priuatæ verò conditionis vel plebeię conſtituti, poſt cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputabuntur exilio.

9. *Græcæ conſtitutionis epitome ex præfata collectione & Nomoca. tit. 6. c. 3. & tit. 12. cap. 9.*

SI [b] quid datum fuerit aut relictum locis, aut perſonis, aut ad conſtructionem Paganici erroris: vrbs illud accipiet [c], in [d] qua perſonæ habitant, aut ſub qua loca ſubiacent. & expenduntur ad ſimilitudinem imperialium redituum. 1 ¶ Paganorum autem impietates puniunt præſides: & quæ ſuprà ſuam poteſtatem erunt, referent imperatori.

10. *Græcæ conſtitutionis epitome ex eadem collectione, & Nomoc. tit. 4. c. 4. & ti. 3. c. 10.*

QVi [e] poſt ſanctum baptiſmum in errore paganorum manent, vltimo [f] ſupplicio plectuntur. 1 ¶ Qui verò nondum ſunt baptizati: ipſi cum liberis, & coniugibus, & omnib. ſuis perducant ſe ad ſanctas eccleſias: & ſuos paruulos [g] liberos ſine mora baptizari [h] curent: maiores verò priùs ſcripturas ſecundum canones doceantur. 2 ¶ Si verò propter militiam, vel dignitatem, vel facultates habendas, fingant [i] baptizari, & liberos, aut coniuges ipſorum, aut domeſticos ſuos in errore reliquerint, & eos, qui ſibi attinent, & neceſſitudine iuncti ſunt: publicantur [k], & competenter plectuntur, & rempublicam non attingunt. 3 ¶ Si verò non ſint baptizati: nec participes erunt in vlla parte reipublicæ, neque domini erunt rerum mobilium vel immobilium, ſed fiſcus ipſas vindicabit, & congruè punientur, & exulabunt. 4 ¶ Si autem apparuerint ſacrificantes, aut idololatrantes: vt Manichæi [l] puniuntur. 5 ¶ Non docent autem pagani qualemcunque doctrinam, neque publica fruuntur annona, nec ſecundum ſacram quidem formam.

## DE † HIS, QVI AD ECCLESIAM [m] confugiunt [n], vel ibi exclamant [o], ‖ & ne quis ab eccleſia extrahatur, ‖ Tit. XII.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* A A. Archelao P. Auguſtali.

IVDAEI, qui reatu aliquo vel debitis fatigati ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle coniungi, vt ad eccleſias confugientes euitare poſſint crimina [p], vel pondera debitorum, arceantur, nec antè ſuſcipiantur, quàm debita vniuerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati. Dat. 5. Kal. Iul. Conſtantinop. Cæſario & Attico Conſſ. 397.

*Qui ſunt in eccleſiis inuiti extrahi non poſſunt.*

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Iouino præfecto prætorio.

FIdeli deuotaq́ue præceptione ſancimus, nemini licere ad ſacroſanctas eccleſias confugientes abducere [q], ſub hac videlicet definitione. vt, ſi quiſquam contra hanc legem venire tentauerit, ſciat ſe maieſtatis [r] crimine eſſe retinendum. Dat. 10. Kalend. April. Conſtant. & Conſt. Conſſ. 414.

*Extat quidem hæc conſtit. Græca integrior in 3. ſynodi actis, ſed qualem Theodoſius & poſt eum Iuſt. in ſuum Cod. retulit, demptis videlicet proœmijs & epilogis, talem ex Cod. Theodoſ. edidimus.*

3. Impp. *Theodoſius & Valentinianus* A A. Antiocho P. P.

PAteant [ſ] ſummi Dei templa timentibus. nec ſola altaria & oratorium templi circumiectum; qui eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed vſque [t] ad extremas fores eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram

[a] qualia ſunt in vrbib⁹. nã templa, quæ in agris aut abditis locis conſtituta, nulla ornamenta habebant, Patres in concilio Africano deſtrui poſtulant. Eo munere, ſi quis vnquam ſtrenuè, B. Martinus apud Gallos functus eſt v. *Sulpit. in ei⁹ vita.*
[b] Sacrificia ſuperſtitioſa Gentiliũ vetita, at nõ voluptates, feſti conuẽtus & feſta cõuiuia ijs obſeruari ſolita.
[c] hinc colligere poſſis, Dominium principis alienari nõ poſſe. apud Gallos id ita obſeruatur, & meritò. nam quæ prouinciæ a populo regi adferuntur, dotis publicæ locum obtinent. ideoq́; , vt mulieris dos alienari non poteſt, ita nec regis dominium. Atqui ſecundo genitis Regũ liberis certæ prouinciæ adſignãtur? vtique, ſed earũ dominium à Corona non abſcinditur. Quemadmodum etiã poſſeſſiones quę dã patrimoniales in priuatos transferuntur, accedente authoritate curiæ Pariſiẽſis, ſaluo tamen ſemper regis dominio v. *Papon.* 5. *Areſt.* 10.
[d] hinc poſſis colligere, Gẽtiliſmum ſimpliciter capitalẽ non fuiſſe, ſed certis caſib. v. *l.* 1. §. 2 s̄. *eod.* 7. 10. j̄. *eo.*
[e] nota cultus, & ſimulachrorum ceremonias.
[f] *l.* 1. §. 2. s̄. *eod.*

[a] Fiſcus bonorum principum, nedũ ſpolijs hoſtiũ, ſed gentiliũ ſacerdotium damnis augetur.
[b] Interpretatio Contij.
[c] hinc illa Symmachi querela, Oro vos, iuſtitiæ ſacerdotes, vt vrbis veſtræ ſacris reddatur priuata ſucceſſio, dictẽt teſtamenta ſecuri, & ſciãt ſub principibus non auaris ſtabile eſſe quod ſcripſerint &c.
[d] v. *l.* 16. *inf. ff. de vſufr. legat.*
[e] Interpretatio Contij.
[f] Apoſtatę vltimo ſupplicio puniuntur v. s̄. *de apoſtatis.*
[g] Pędobaptiſmus hîc probatur.
[h] Baptiſmus gentilib⁹ imperatur.
[i] *adde l.* 18. s̄. *de hæreticis.*
[k] Pœna recuſantis baptiſmũ *adde* §. 3.
[l] id eſt, ſummo ſupplicio *l.* 11. 12. s̄. *de hæreticis.*
† 5. *Eclog.* 5:9. *C. Theod.* 45. *c. eos diſtinct.* 87: 17. *quæſt.* 4. *c. reum.* hic titulus nõ eſt in vſu apud Gallos. Solent. n. delinquẽtes & debitores in Eccleſijs capi, ſaluo iure redintegrandi, ſi rectè cõfugerint v. *Lucium* 1. *Placit.* 2. *Papon.* 1. *Areſt.* 1. *nu.* 17. 18. 19. *ad* 24. Rebuff. *in proœm. cõſtit. gloſ.* 5. *nu.* 40. Idẽ *in tractatu immunitatis Eccleſiaſtica tom.* 2. ibi differit de immunitatis etymo, cauſis, locis, perſonis, pœnis, iudice, & effectu.
[m] Eccleſias *Cod. Theod. eo. Hal.*
[n] hi confugæ dicuntur *l.* 22. §. 1. s̄. *de epiſc.*
[o] v. *l.* 5. j̄. *eo.*
[p] Iudæi criminum rei, vel debitores, iure aſyli non fruuntur.
[q] An debitor in loco ſacro arreſtari poſſit, v. Pechium *c.* 6. *de iure ſiſtendi nu.* 1. 2.
[r] Qui confugam ex Eccleſia abducit, tenetur maieſtatis.
[ſ] *9. Cod. Theod.* 4.
[t] 5. *Eclog.* 5. *c.* 11.

ſalutis

a ſalutis eſſe pręcipimus: vt inter templũ, ꝙ parietum deſcripſimus cinctu, & poſt loca publica, ‖& b‖ ianuas primas eccleſię, quicq̃d fuerit interiacẽs ſiue in cellulis, ſiue in domibus, hortulis, balneis, areis, atq; porticibus, confugas interioris tẽpli vice tueatur. Nec in extrahẽdos eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere: ne qui hoc auſus ſit, cùm diſcrimen ſuum videat, ad expetẽdam opem ipſi quoque confugiant. Hanc autem ſpatij c latitudinem ideo indulgemus, ne in ipſo Dei templo, & ſacroſanctis altaribus d confugientium quemquam mane vel veſpere cubare, vel pernoctare liceat: ipſis hoc clericis religionis cauſa vetantibus, ipſos, qui confugiunt, pietatis ratione ſeruãtibus. 1 ¶ Arma quoq;, in quouis telo, ferro, vel ſpecie, eos, qui confugiunt, minimè intra eccleſias e habere præcipimus: quæ non modò à ſummi Dei templis f ac diuinis altaribus prohibentur, ſed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus. 2 ¶ Proinde ij, qui ſine armis ad ſanctiſſimum Dei templum, aut ad ſacroſanctum altare, ſiue vſquam gentium, ſiue in hac alma vrbe confugiunt, ſomnum intra tẽplum, ſiue ipſum altare, vel omnino cibum capere abſque aliqua eorum iniuria, ab ipſis clericis arceantur, deſignantibus ſpatia, quæ in eccleſiaſticis ſeptis eorum tuitioni ſufficiant, ac docentibus capitalem g pœnam eſſe propoſitam, ſi qui eos conentur inuadere. Quibus ſi perfuga non adnuit, neq; conſentit: præferenda humanitati religio eſt, & a diuinis ad loca, quæ diximus turbanda temeritas. 3 ¶ Hos verò, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus. dein ſi telis cincti, quouis eccleſiæ loco, vel ad templi ſepta, vel circa, vel extra ſint: ſtatim eos, vt arma deponant, auctoritate epiſcopi à ſolis clericis ſeuerius conueniri præcipimus, data eis fiducia h, quòd religionis i nomine meliùs, quàm armorum præſidio muniantur. Sed ſi eccleſiæ voce moniti, poſt tot tantorumq; denunciationes noluerint arma relinquere: iam clementiæ noſtræ apud Deum & epiſcopum cauſa purgata armatis, ſi ita res exegerit, intromiſſis, trahendos ſe abſtrahendoſque eſſe cognoſcant, & omnibus caſibus eſſe ſubdendos. Sed neq; epiſcopo inconſulto k nec ſine noſtra ſiue iudicum in hac alma vrbe, vel vbicumq; iuſſione, armatum quempiam ab eccleſijs abſtrahi oportebit: ne, ſi multis paſſim hoc liceat, confuſio generetur. Dat. X. Kalend. April. Conſt. Antiocho V. C. Conſ. & qui fuerit nunciatus, 431.

4. Imper. *Theod. & Valen.* AA. Imperio P.P.

SI l ſeruus cuiuſquam in eccleſiam altariáve armatus, nullis hoc ſuſpicantibus, inopinatus irruerit: exinde protinus abſtrahatur, vel continuò domino, vel ei, vnde eum tam furioſa formido proripuit, indicetur, eique mox abſtrahendi copia non negetur. Sed ſi armorum fiducia reſiſtendi animos inſania impellente conceperit: abripiendi m extrahendique eum domino, quibus id poteſt efficere viribus, concedatur. Quòd ſi illum etiam cõfigi in n concertatione pugnaque contigerit: nulla erit eius noxa, nec conflanda criminationis relinquetur occaſio, ſi is, qui ex ſtatu ſeruili in hoſtilis & homicidæ conditionem tranſilijt, ſit occiſus. Datum V. Kalend. April. Valerio & ‖Aetio‖ Conſſ. 432.

*Seditiones, tumultus, & conuenticula omnia vetantur in eccleſiis ſub pœna vltimi ſupplicij.*

5. Imperator *Martianus* A. ad populum.

DEnunciamus vobis omnibus: vt in ſacroſanctis eccleſijs, & in alijs quidem venerabilibus locis, in quibus cum o pace & quiete vota competit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione: nemo conclamationibus p vtatur: nemo moueat tumultum, aut impetum committat, vel conuenticula q collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcumq; loci colligere ac celebrare conetur. Nam ſi quis aliquid contra leges à quibuſdam ‖ſibi‖ exiſtimet perpetrari: liceat ei adire iudicem, & legitimum poſtulare præſidium. Sciant ſanè omnes: quòd ſi quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut ſeditionem mouere tentauerit, vltimo ſupplicio ſubiacebit. Dat. III. Idus Iul. ipſo Martiano A. & Adelphio Conſſ. 451.

a ἐλέου βωμὸν, i. miſericordię. quale fuit Athenis, *Theoph. Inſti. de iure natu.* §.1. *inf.* Alibi etiã fit mentio aræ ſalutis. Theodoſ. & Valentin. imperatores, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασι, ἣ ἀρχαιότης ἀνέθηκε. huc refero illud Euripidis *in Andromac.* ἔχει γὰρ καταφυγὴν θὴρ μὲν πέτραν, δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν.

b hæc particula ſupereſt.

c ſupra dicti. alterius fit mentio, puta 30. paſſuum à foribus Eccleſiæ *in canone definiuit 17. quæſt. 4. & ib. cap. id conſtituimus*: domib. Epiſcopalibus idem conceſſum.

d θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζειν id eſt, altaribus manere, veſci, cubare, vel pernoctare. Græci ita legunt in Ecl. ἐσθίειν ἢ ὑπνοῦν 6. *Eclog. 5. c. 11.*

e Arma à templis ꝓhibetur

f ſed apud epiſcopos deponant *Ecl. d. loco.*

g Pœna cõfugas inuadentium.

h ἐλπίδος καὶ ὄρκου. i Confugæ religioni q̃ armis innixi. k Qua cautione cõfugæ extrahi poſſunt. l *5. Ecl. 5. c. 11. l. 6. §. 5. j. eod.* m De captura, vt fieri, cuiꝰ iuſſu, qui capi poſſunt v. Boſſium. *tit. de capt.* 3. Papo. 2. *not. 7. c. Forme de proceder au criminel*: Clarum 1. *ſent. §. vlt. q. 28.* Nemo ea de re diligẽtius Pechio ſcripſit, quẽ vide paſſim *in tract. de iure ſiſtendi.* n Qui alicuiꝰ corporaliter præhẽdendi iuſtã cauſam habuit, ſi aduerſariũ reluctantem ac pugnantẽ in concertatione interfecerit, impune ei erit. Idq; ita obſeruari refert Clarus *5. ſent. §. vlt. in pr.* addit tamen, apparitori iudicis id nõ permitti, ſi alias reum potuit præhendere. Quin, reum impunè eis obſiſtere poſſe, diploma præhenſionis permiſſæ, aut officij ſui inſignia non oſtentantib. Addit etiam iudici reſiſti poſſe, quoties ad inſtar priuati procedit *l. 170. ff. de reg. iur.* o *Nouell. 123. ca. 31.* p Exclamare in Eccleſijs non licet *l. vlt. j. eod. adde epigraphen tituli*, id enim ad earum venerationem pertinet. q Cuiacius legit, *conuenticulas* in lege, Hac edictali, *de Feudis 2. tit. 53.* Conuenticulæ cœtus illiciti. Conuenticula prohibentur *v. l. 2. ff. de colleg. l. 15. s. de ſacroſanct. eccleſ.*

*De eccleſia nemo debet extrahi, ſed debet ibi citari.*

6. Imp *Leo* A. Erythrio P.P.

PRæſenti lege decernimus per omnia loca valitura, (excepta hac vrbe regia: in qua nos diuinitate propria degẽtes, quoties vſus exegerit, inuocati, ſingulis cauſis atq; perſonis præſentanea conſtituta præſtamus) nullos penitus, cuiuſcumq; a conditionis ſint, de ſacroſanctis eccleſijs orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas b, nec c pro his venerabiles epiſcopos, vel religioſos œconomos exigi, quæ ab ipſis debeãtur: his, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda d ſaltem cogitatione atq; tractatu auſi fuerint tentare, capitali & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendis. Ex his ergo locis, eorumq; ſinibus, quos anteriorum legum præſcripta ſanxerunt, nullos expelli aut eijci aliquando patimur: nec in ipſis eccleſijs reuerendis ita quemquam detineri atq; conſtringi, vt ei aliquid victualium e rerum, aut veſtis negetur, aut f requies. 1 ¶ Sed ſi quidem ipſi refugæ appareant in eccleſia publicè, & ſe in ſacris locis offerant quærentibus conueniendos: ipſis, ſeruata locis reuerentia, iudicum, quibus ſubiacent, ſententijs moneantur, reſponſum daturi, quale ſibi quiſq; perſpexerit, conuenire. 2 ¶ Quòd in finib. eccleſiaſticis latitãt: religioſus œconomus, ſeu defenſor eccleſiæ, vel certè quẽ his negotijs commodiorem g auctoritas epiſcopalis elegerit, reconditam latentemq; perſonam decenter ſine vllo incommodo monitus intra fines eccleſiæ, ſi inuenitur, præſentet. 3 ¶ Cùm autem monitus h fuerit in publico priuatóve contractu actione ciuili i: in eius ſit arbitrio k, ſiue per ſe, ſiue (ſi magis elegerit) inſtructo ſolenniter l procuratore directo, in eius iudicijs, cuius pulſatur ſententijs, examine reſpondere. 4 ¶ Sed ſi hoc facere detrectet, aut differat: iudiciorum legumq; ſolitus ordo ſeruetur. Itaq; ſi res immobiles m poſſidet: poſt edictorum n ſolennium citationem, ex ſententia iudicantis, vſq; o ad modum debiti, bonorum eius ſiue prædiorum traditio ſiue venditio celebretur. Quòd ſi res mobiles habet, eaſq; extra terminos occultat eccleſiæ: ſententia iudicantis, & executoris ſollicitudine perquiſitæ, quocumque loco occultentur, erutæ, pro æquitatis tramite, modoq; debiti publicis rationibus priuatiſq; proficiant. Sanè ſi intra fines habentur eccleſiæ, vel apud quemlibet ex clericis abſconditæ ſiue depoſitæ fuiſſe firmantur: ſtudio & prouidentia viri reuerendiſſimi œconomi, ſiue defenſoris eccleſiæ diligentia inquiſitæ, hæ quolibet modo ad ſacroſanctam eccleſiã peruenientes, proferantur: vt pari æquitatis ordine, iiſdẽ ex bonis fiſco vel reipublicæ, ſiue creditorib. & quibuſcunq; iuſtis petitorib. ad p modũ debiti conſulatur. Sicubi depoſitę vel cõmodatæ dicuntur: inquirendi talẽ volumus eſſe cautelã: vt, ſi ſola q ſuſpitione apud aliquẽ adſerãtur abſconditę, de ſua r ẽt conſcientia ſatisfacere auctoritate venerabilis antiſtitis iubeatur: adijcientes, ꝙ ea, quæ ſ de principalibus perſonis decreta

a etiam publici debitoris *v. §. 4. j. eod.*

b Confugæ ſunt, qui ad eccleſias confugiunt *l. 22. §. 1. s. de epiſc.*

c Videbatur enim æquũ, locũ dari clarigationi & repreſſalijs.

d Nuda cogitatio, nuduſque tractatus interdum punitur *v. quæ notaui ad l. 18. ff. de pœnis.* quod in Gallia præciſè locum non habet, vt ſcripſi *ad leg. 5. s. de epiſcop.*

e Victus verbo quid contineatur, vide quæ notaui *ad l. 43. ff. de verbor. ſignif. adde Michaelem Graſſum libro ſent. §. legatum, quæſt.* 22. vbi inter cætera de alimentis hoc tradit ex communi opinione, Pharmaca alimentorum vocabulo comprehendi: alimẽtorum legatarium non cogi ad habitandum cum hærede: non teneri eidẽ obſequium domeſticum præſtare.

f hoc verbo tectum intelligunt. His enim tribus vita ſuſtinetur, victu, veſtitu, & tecto.

g Quò commodiùs actus exerceri poteſt, eò melius. h id eſt, citatus in ciuili iudicio. Citari ceu vocari in eccleſia quis poteſt, at non extrahi aut rapi. Vis aſyli hæc eſt, vt inde inuiti non extrahantur. Sic inuitus nemo domo extrahitur *l. 28. ff. de in ius.* Si tamen aditus ſpectatur, aut ex publico conſpicitur, in ius vocari poteſt *l. 19. d. titul.* i in criminali ſecus *l. pen. §. vlt. ff. de publ. iud.* k *vide l. vlt. j. de procuratoribus.* l de hac ſolemnitate *vide Inſt. de ſatiſdat.* m Diſcuſſis primo mobilibus *l. 15. §. 2. ff. de re iudic.* qui tamen ordo apud Gallos non ſeruatur, apud quos creditor ab immobilibus inchoare poteſt ex ſtatuto Curiæ, & edicto regis Franciſci I. anno 1539. *Vide Guidon. Papæ deciſ.* 281. niſi agatur de rebus minorum. adeò vt omiſſa illa diſcuſſione, prædium minoris plurimo licitanti ex ſolemnibus programmatis addictum, ſenatuſcõſulto ſit ablatum, *Lucius 7. Placit. 2. nu. 3.* n plura enim requiruntur *v. l. 68. ff. de iudicijs: adde Cuia. 20. obſer. 11.* o Olim, fiebat miſſio in vniuerſa bona: hodie, pro rata debiti *Nouell. 53. cap. 4. in fine* p eſt enim iniquum alterius incommodo & iactura quem locupletari. q Sola ſuſpitio contrectationis rei alienæ, ſufficiens eſſe poteſt, vt quis cogatur iurare. r De ſua quiſque conſcientia iurare, iuſta de cauſa, cogi poteſt *l. 6. j. de procuratorib. l. 3. j. de reb. credit. leg. 21. verſ. ſin autem dicatur j. de fundo inſtructo: leg. 26 in fine infr. de vſuris: l. vlt. §. 10. j. de iure delib. l. vlt. in f. j. de bon. auth. leg. 4. §. 3. ff. de edendo.* ſ Si perſonæ extraneæ reo principali coguntur iurare, multò magis rei fideiuſſor, mandator, familiaris, ſocius, eiuſque particeps.

uimus||in cauſis||fideiuſſorum, ſiue mandatorum, ſeu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, & ſociorum, ſeu participum, & omnino in ijſdem cauſis obnoxiorum perſonis præcipimus obſeruari: ſcilicet ſi ipſos quoq; ſecum confugæ intra eccleſiarum terminos habere voluerint: vt eorum quoq; bonis publica[a] debita priuataque ſoluantur: & per eos rerum, vbicunque depoſitæ ſunt, p[ro]cedat inquiſitio. Et hæc quidem de ingenuis liberiſque perſonis. 5 ¶ Sanè ſi ſeruus, aut colonus, vel adſcriptitius, familiaris[b], ſiue libertus, & huiuſmodi aliqua perſona domeſtica[c], vel conditioni ſubdita, conquaſſatis[d] rebus certis atque ſubtractis, aut ſeipſum furatus, ad ſacroſancta ſe loca contulerit: ſtatim à religioſis œconomis ſiue defenſoribus, vbi primùm hoc ſcire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipſis præſentibus, pro eccleſiaſtica diſciplina & qualitate commiſſi aut vltione competenti, aut interceſſione humaniſſima procedente remiſſione veniæ, & ſacramenti[e] interuentione ſecuri ad locum ſtatumque proprium reuertantur: rebus, quas ſecum habuerint, reformandis. diutiùs enim eos in eccleſijs non conuenit morari: ne patronis ſeu dominis per ipſorum abſentiam obſequia iuſta denegentur, & ipſi per ius[f] incommodum eccleſiæ egentium & pauperum[g] alantur expenſis. 6 ¶ Inter hæc autem quæ ſedulò ad religioſi œconomi ſiue defenſoris eccleſiæ ſolicitudinem curamque reſpiciunt, erit etiam illud obſeruandum, vt ſingulorum intra eccleſias confugientium perſonas[h], cauſaſque inceſſanter conquirant: deinde iudices, vel eos, ad quos cauſæ & perſonæ pertinent, inſtantius inſtruant, & æquitati cõuenientia diligentius exequantur. Dat. prid. Kalend. Mar. Leone A. III. Coſ. 466.

*7. Græcæ conſtitutionis epitome ex Græca collectione eccleſiaſticarum conſtitutionum.*

QVi[i] habet actionem aut controuerſiam cum aliquo, ne turbet[k] eccleſias per ſe aut alium, ſed adeat magiſtratus. Si verò imperatore in criminibus opus habeat: per archiepiſcopum, ipſum inſtruat. Aduerſus hæc faciens caſtigatur.

*8. Græcæ conſtitutionis epitome ex eadem collectione.*

QVi[l], imperatore ad magnam eccleſiam in feſto procedente exclamatione[m] vſus fuerit: excidet re ſperata, & per præfectum eiectus caſtigabitur. 1 ¶ Qui verò propter potentem perſonam ad eccleſiam cõfugit: doceat imperatoriam maieſtatem per archiepiſcopum & eccleſiæ defenſores.

## DE HIS QVI IN ECCLESIIS[n] manumittuntur, Tit. XIII.

*Minor 25. annis coram Antiſtite & plebe poteſt ſeruum ſuum manumittere, ſcriptura interueniente.*

1. Imperator *Conſtantinus* A. ad Protogenem epiſcopum.

IAMDVDVM[o] placuit, vt in eccleſia[p] catholica libertatem domini ſuis famulis præſtare poſſint, ſi ſub aſpectu plebis[q], adſiſtentibus Chriſtianorum antiſtitibus, id faciant: vt[r] p[ro]pter facti memoriam vice actorum interponatur qualiſcumq; ſcriptura, in qua ipſi vice teſtium ſignent. Vnde à vobis quoq; ipſis non immerito dandæ & relinquendæ ſunt libertates, quo quiſq; veſtrum pacto voluerit, dummodò veſtræ voluntatis euidens appareat teſtimonium. Dat. VI. Idus Iunias, Sabino & Rufino Conſſ. 316.

[a] Nedum priuatus, ſed publicus debitor iure Aſyli frui poteſt (& cum confugis ita ius illud ad cuiuſcunque conditionis homines pertinet *inpr. §. eodem.*) nec eorum nomine epiſcopi cõuenientur *§. eodem:* qua in re allegatur lex 1. *Cod. Theodoſ. eod.* In cauſa tamen tributorũ aliud omnino eſt, nec ſeruatur ius Aſyli. Tenetur etiam œconomus & epiſcopus, ſi confugas nõ exhibuerit *Nouell.* 17. & *edicto Iuſtin.* 10. *cap.* 1. & *edict.* 13. In criminalib. cauſis non ſeruatur ius aſyli *d. Nouell.* 17. 37. 117. *ca. vlt.* Imò ex altari extrahi poſſunt *Conſtantin. in Nouell.* *περὶ φονευόντων μετὰ ξίφους.* Erant aſyla apud Iudæos, ſed ijs tantum proderant, qui nolentes ſanguinem effuderant *Exod.* 21. *Numer.* 35. *Deuter.* 4. & 19. *Ioſ.* 20. 3. Reg. 1. 2. [b] id eſt, ſuſceptus, *Petrus Pith. in notis Moſaic. c.* 9. de ſuſceptis alibi dixi. [c] Perſonæ domeſticæ cenſentur ſerui, coloni, adſcriptitij, familiares, liberti. qui domeſtici *vide l. 24. ff. de teſtib.* [d] conuaſatis. *Contius in editione Pariſienſi.* Fures inſignes non fruuntur iure aſyli. & ita intellige c. reum 17. *quæſt.* 4. Sanè quoq; interpretari oportet capitulum inter alias 6. *extra de immunit. Eccl.* quo ex Eccleſia prohibetur extrahi liber reus, quantacunq; grauia maleficia perpetrauerit. Paulò poſt enim Innocẽtius excipit publicos latrones, nocturnos agrorum populatores. [e] Clerici interdũ iurare coguntur. [f] hic locus oſtendit, Cõfugas expenſis eccleſiæ alendos. [g] Bona Eccleſiæ, bona pauperum *l. 2. s. de epiſc.* [h] Ius enim variatur pro ratione circumſtantiarũ *vide l. 16. §. 1. ff. de pœnis.* [i] Interpretatio Contij. [k] *v. l. 5. s. eo.* [l] Interpretatio Contij. [m] *v. l. 5. s. eod.* [n] 4. *C. Theodoſ.* 7. [o] hoc tñ genus manumiſſionis tribuitur Cõſtantino 1. *hiſt. tripar.* 9. 7. *Nicepho.* 16. [p] Ciuitas Romana nõ niſi ſolennib. decurſis cõferebatur, vel in comitijs Romanis, vel in tẽplo Feroniæ Deæ, in quo ſerui, capite raſo, pileum libertatis inſigne accipiebant *Liuius* 2. *Plutarch. in Publicola, Caius* 2. *Inſtit.* Id autem valde moleſtum erat 1. *Hermias* 9. [q] & antiſtitis *l. vnic. Cod. Theodoſ. eod.* Hinc conſtat, genus hoc manumiſſionis ſucceſſiſſe in locum eius, quæ per cenſus fiebat *adde l. 2. j. eod. §. 1. Inſt. de libertis.* [r] ſenſus eſt, Plena & iuſta libertas in eccleſijs conferri poteſt, teſte populo & ſignatore epiſc. De ſeruorum in eccleſia manumiſſione vide Forn. 1. *ſel.* 4.

*Clericis permittitur inter viuos, & in vltima voluntate ſeruos ſuos manumittere.*

2. Idem A. Oſio.

QVi religioſa mẽte in eccleſię gremio ſeruis ſuis meritam cõceſſerint libertatem, eandem eo[a] iure donaſſe videantur, quo ciuitas Romana ſolemnitatibus decurſis dari cõſueuit. Sed hoc duntaxat his, qui ſub aſpectu antiſtitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, vt, cùm ſuis[b] famulis tribuunt libertatẽ, non ſolùm in cõſpectu eccleſiæ ac religioſi populi plenũ fructum libertatis conceſſiſſe dicantur, verùm etiam cùm poſtremo iudicio dederint libertates, ſeu quibuſlibet[c] verbis dari præceperint: ita vt ex die publicatæ voluntatis ſine aliquo iuris teſte, vel interprete competat directa libertas. Dat. Kalen. Maij, Criſpo II. & Conſtantino II. Conſſ. 321.

[a] Quo iure olim ciuitas Romana, certis ſolemnitatibus decurſis, deferebatur: eodẽ hodie deferri poteſt in Eccleſia. [b] Clerici ſeruos habere poſſunt, nec enim pugnat cum libertate Chriſtiana, quę eſt ſpiritus, ſeruitus corporalis *v. epiſtolam ad Philemonem.* [c] Clericorum ſerui, quibuſcunque verbis, quacunque ſcriptura, quocunq; loco, etiã abſente epiſcopo, ciues fieri poſſunt.

## DE LEGIBVS[d], ET CONSTITVTIONIBVS[e] principum[f], & edictis, Tit. XIIII.

Imper. *Conſtantinus* A. Baſſo præfecto vrbi.

INTER æquitatem iuſque[g] interpoſitam interpretationem nobis ſolis[h] & oportet & licet inſpicere. Datum III. Non. Decembris, Sabino & Rufino Conſſ. 316.

*Priuilegia non faciunt ius generale.*

2. Imp. *Theod. & Valent.* Cæſar ad Senatum.

QVÆ ex relationibus[i] vel ſuggeſtionibus iudicantium, vel conſultatione in commune florẽtiſſimorum ſacri noſtri palatij procerum auditorium introducto negotio ſtatuimus, vel quibuſlibet corporibus, aut legatis, aut prouinciæ, vel ciuitati vel curiæ donauimus: nec[k] generalia iura ſint, ſed leges[l] faciant his[m] duntaxat negotijs atq; perſonis, pro quibus fuerint promulgata: nec ab aliquo retractentur[n]: notam infamiæ ſubituro eo, qui vel aſtutè[o] ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare reſcripto, nec habituro fructum per ſurreptionem[p] eliciti. & iudice, ſi diſſimulauerit, vel vlterius litigantem audierit, vel aliquid allegandum admiſerit, & ſub quodam ambigũitatis colore ad nos retulerit[q], triginta librarum auri condemnatione plectendo. Dat. VIII. Id. Nouemb. Theodoſio A. XI. & Valentiniano Cæſare Conſſ. 425.

3. Ijdem AA. ad Senatum.

LEges vt generales ab[r] omnibus æquabiliter in poſterum obſeruentur, quæ[s] vel miſſæ à nobis ad venerabilem cœtum[t] oratione conduntur, vel[u] inſerto edicti vocabulo nuncupantur: ſiue eas nobis ſpontaneus motus ingeſſerit, ſiue precatio, ſiue relatio, vel lis

[d] 1. *ff.* 3. 1. *Cod. Theodoſ.* 1: 1. *Harmenop.* 1. [e] 1. *ff.* 4: *περὶ διατάξεων* 2. *Eclog.* 5. adde de nouis conſtitutionibus Nouell. 66. Conſtitutionũ vocabulo intellige reſcripta, ſubſcriptiones, adnotationes pragmaticas, decreta, mandata, interlocutiones, edicta. [f] de conſtitutionibus. Pontificum, vide 1. *decret.* 2: 1. *ſext.* 2: *diſt.* 15. de Apoſtolorum canonibus, *diſt.* 16. De generalib. concilijs *diſt.* 17. de concilijs epiſcopalibus *diſt.* 18. de epiſtolis decretalibus *diſt.* 18. 19. 20. [g] ſtrictum ſc. [h] ſenſus eſt, Vbi lex negotiũ quæſitum palam definijt, iudex eam ſequi debet, quantumuis dura ſit: ſolius principis eſt eam mitigare, *vt hic. l. 9.* 11. 12. *j. eod. Nouell.* 43. & *l.* 12. §. 1. *in f. ff. qui & a quibus manumiſſ.* Vbi verò lex ſcripta palam negotium non definit, iudex poteſt ex duarum vel diuerſarum legum ſententia, & collectione, vna ſcilicet ſtricti iuris, altera æquitatis plena argumentum ad facti controuerſi deciſionem ducere, & hanc illi præferre. Huc etiam refer, quod de iuris & conſtitutionum differentia vtiliter ſcripſit Cuiacius 7. *obſ.* 18. [i] id eſt, appellationibus *vide infr. de relationibus.* [k] Perſonales, aut vnius negotij conſtitutiones, non ſunt generales. Atqui leges Codicis ſunt huiuſmodi, ergo ad omnes non pertinent? ſolue. Huiuſmodi reſcripta legem generalem facere poſſunt, ſi animus principis fuit *τὸ κοινὸν ποιεῖν νομοθέτημα,* vel ſi legẽ edicti nomine nuncupauit *leg. 3. infr. eod.* [l] Priuilegia ſunt leges ſpeciales. [m] Perſonalia ſuum indiuiduum non egrediuntur §. 6. *Inſtitut. de iure naturali: leg.* 1. §. 2. *ff. de conſtitut. leg.* 45. *de arbit. leg* 12. *leg.* 13. *ff. ſoluto: l. 7. ff. de exceptionibus.* [n] Priuilegia ſemel conceſſa princeps retractare non poteſt. [o] Priuilegia principum benignè interpretanda *leg.* 43. *ff. de vulgar.* [p] Priuilegium priori contrarium, præſumitur obreptitium, nec à iudice audiendum. [q] Iudex non impunè colorata, id eſt, gratioſa relatione apud Principem vtitur. [r] nota ex hac lege vim, effectum, & notas legum generalium. [s] His ſignis leges generales eſſe depræhenduntur, ſi ad Senatum miſſæ vt confirmentur: ſi edicti vocabulo nuncupatæ: ſi iuſſæ diuulgari: ſi ad omnes ſimiles cauſas iuſſæ extendi: ſi generales nuncupatæ: adde, ſi in corpus iuris relatæ *vide Baldum hic.* [t] id eſt, ſenatum. Senatus venerabilis cœtus *vt hic:* glorioſiſſimus *leg. 8. infr. eodem.* [u] id eſt, ſi legem edicti vocabulo nuncupauit.

mota legis occaſionem poſtulauerit. Nam ſatis eſt edicti eas nuncupatione cenſeri, vel per omnes populos iudicum programmatibus diuulgari, vel expreſſius continere, quòd principes cenſuerint ea, quæ in certis negotijs ſtatuta ſunt, ſimilium quoque cauſarum fata[a] componere. Sed & ſi generalis lex vocata eſt, vel ad omnes iuſſa eſt pertinere: vim obtineat edicti: interlocutionib⁹, quas in vno negotio iudicantes protulimus, vel poſtea proferemus, non in commune præiudicantibus: nec his, quæ ſpecialiter quibuſdam conceſſa ſunt ciuitatibus, vel prouincijs, vel corporibus, ad generalitatis obſeruantiam pertinentibus. Dat. VIII. Id. Nouembr. Rauennæ, Theodoſio A. XII. & Valentiano A. II. Conſſ. 426.

4. Ijdem AA. ad Voluſianum præfectum prætorio.

DIgna[b] vox eſt maieſtate regnantis, legibus alligatum[c] ſe principem profiteri. Adeo de[d] Auctoritate iuris, noſtra pendet auctoritas. & reuera maius[e] imperio eſt, ſubmittere legibus principatum. Et oraculo præſentis edicti, quod nobis licere nõ patimur, ‖alijs‖ indicamus[f]. Dat. III. Id. Iun. Rauennæ, Florentio & Dionyſio Coſſ. 429.

*Facere contra legem vel in fraudem legis, paria ſunt quantum ad pœnas legis.*

5. Ijdem AA. Florentio præfecto prætorio.

NOn dubium eſt, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. [g] Nec pœnas inſertas legibus euitabit, qui ſe contra iuris ſententiam ſæua[h] prærogatiua verborum fraudulenter excuſat. Nullum[i] enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres quam nouellas trahi generaliter imperamus: vt legiſlatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuiſſe[k] ſufficiat: cætera‖que,‖ quaſi expreſſa, ex legis liceat voluntate colligere: hoc eſt, vt ea, quæ lege fieri prohibentur[l], ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur: licet legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere, quod factum eſt. Sed & ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo, vel ob id. quod interdicente lege factum eſt: illud quoque caſſum[m] atque inutile[n] eſſe præcipimus. Secundùm itaque prædictam regulam, qua vbicunq; ‖non‖ ſeruari factum[o] lege prohibente cenſuimus, certum eſt nec ſtipulationem huiuſmodi tenere, nec mandatum vllius eſſe momenti, nec ſacramentum[p] admitti. Dat. VII. Id. April. Conſtantinop. Theodoſio A. XVII. & Feſto Coſſ. 439.

6. Ijdem AA. Florentino P.P.

QVod[q] fauore quorundam conſtitutum eſt, quibuſdam caſibus ad læſionem eorum nolumus inuentum videri. Dat. Kal. Aug. Theodoſio A. XVII. & Feſto Coſſ. 439.

7. Ijdem AA. Cyro præfecto prætorio, & conſuli deſignato.

LEges & conſtitutiones futuris[a] certum[b] eſt dare formam negotijs, non ad facta præterita reuocari: niſi[c] nominatim & de præterito tempore, & adhuc pendentibus[d] negotijs cautum ſit. Datum Non. April. Conſtantinop. Valentiniano A. V. & Anatolio Coſſ. 440.

*Quando contingit caſus nouus ſuper quo oportet ſtatui, recurritur ad principem.*

8. Ijdem AA. ad Senatum.

HVmanum eſſe probamus, ſi quid de cætero in publica priuataq; cauſa, emerſerit neceſſarium, quod formam generalem & antiquis legibus non inſertam expoſcat, id ab omnibus antea tam proceribus noſtri palatij, quamglorioſiſſimo[e] cœtu veſtro, Patres conſcripti, tractari, & ſi vniuerſis tam iudicibus, quam vobis placuerit, tunc legata[f] dictari: & ſic ea denuò collectis omnibus recenſeri: & cùm omnes conſenſerint, tunc demum in ſacro noſtri numinis conſiſtorio recitari: vt vniuerſorum[g] conſenſus, noſtræ ſerenitatis auctoritate firmetur[h]. Scitote igitur, Patres conſcripti, non aliter in poſterum legem à noſtra clementia promulgandam, niſi ſupradicta forma fuerit obſeruata. Benè enim cognoſcimus, quod cum veſtro conſilio fuerit ordinatum, id[i] ad beatitudinem noſtri imperij, & ad noſtram gloriam redundare. Dat. XVI. Kal. Nouembr. Actio III. & Symmacho Conſſ. 446.

9. Imperatores *Valentinianus* & *Martianus* AA. ad Palladium præfectum prætorio.

LEges[k] ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi[l] ab omnib⁹ debent[m]: vt vniuerſi præſcripto earum manifeſtius cognito, vel inhibita declinent, vel permiſſa ſectentur. Si quid verò in ijſdem legibus latum fortaſſis obſcurius,[n] fuerit, oportet id ‖ab‖ imperatoria interpretatione pateſieri, duritiamq; legum noſtræ humanitati incongruam emendari. Datum VI. Id. Febr. Anthemio[o] Conſ.

X.[p]

OMnes legibus regantur, etiam ſi ad diuinam domum pertineant. Dat. VIII. Id. Febr. Anthemio A. XI. Conſ. 455.

11. Impp. *Leo* & *Zeno* AA.

CVm de nouo[q] iure, quod inueterato vſu non[r] adhuc ſtabilitum eſt, dubitatio emergat: neceſſaria eſt tam ſuggeſtio[ſ] iudicantis, quam ſententiæ principalis auctoritas. Dat. X. Kalend. Maij, Leone iuniore A. Conſ. 474.

*Sententia definitiua Principis, lata ſuper cauſa de qua plenè cognouit, & eius declaratio habet vim legis generalis.*

12. Imperator *Iuſtinianus* A. Demoſtheni P.P.

SI imperialis maieſtas cauſam cognitionaliter examinauerit, & partibus[t] comminus conſtitutis[u] ſententiam dixerit: omnes omnino iudices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc[x] eſſe legem non ſolum illi cauſæ, pro qua producta eſt, ſed & omnibus ſimilib.[y] Quid enim maius[z], quid ſanctius imperiali eſt maieſtate? vel quis tantæ ſuperbiæ faſtidio tumidus eſt, vt regalem ſenſum contemnat[a]. cùm & veteris iuris conditores conſtitutiones, quæ ex imperiali decreto proceſſerunt, legis vim obtinere, apertè dilucideque definiant? 1 Cùm igitur & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum, ſi imperialis ſenſus legem interpretatus eſt, an oporteat huiuſmodi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam ſubtilitatem[b] tam riſimus, quàm corrigendam eſſe cenſuimus. Definimus autem omnem imperatorum legum interpretationem[c], ſiue in precibus, ſiue in iudicijs, ſiue alio quocumque modo factam, ratam & indubitatam haberi. Si enim in præ-

---

[a] facta *Hal.* quam lectionem probat Cuiacius 16. *obſ.* 9.
[b] Proprium imperatoris, legibus viuere *l.* 3. *j. de teſtamẽtis:* Principem decet leges ſeruare *l.* 23. *ff. de legat.* 3.
[c] hinc illud Symachi *ad Imperatorẽ,* Plus apud vos iuſtitia, quá licentia, valet. Symmachus *in orat. pro veteri deorum cultu.* Illud certè multò elegatius, Principem legib. ſolutum non eſſe, ſed videri *l.* 27. *ff. de legat.* 3. nã quod legim⁹ legibus ſolutum *l.* 31. *ff. de legib.* τῶν νόμων ἐπάνω, *Chryſoſtom.* κατὰ νόμους οὐκ ἀνυπεύθυνον *Plato: Nouell.* 105. intellige, vt cæteri, ἁμαρτήσας γὰρ οὐ κολάζεται, *vide Cuiac.* 15. *obſeru.* 30.
[d] Principis authoritas à iure dependet. Ideoque, ſi quid princeps ſtatuerit, iuſta cauſa moueri præſumitur *vide Alciat.* 3 *præſumpt.* 8. [e] Non eſt princeps ſupra leges, ſed leges ſupra principem, *Plin. in Panegyrico ad Traian.* [f] honeſtè. Putemus tamen hoc ſequentibus nedum eſſe exemplo, ſed præcepto. Vice verſa, Ius regium cuius ſit mentio 1. *Reg.* 8. *verſ.* 11. bonis regibus nec pręcepto nec exemplo. Illic enim oſtenditur, quid acturi ſint reges reprobi, quid vitaturi ſint boni *Gregorius* 1. *reg.* 10. *expoſit.* 4. [g] Pars legis præcipua, eius voluntas: qui contra hanc nititur, in illam committit. voluntas, ſententia *l.* 29. *ff. eod. l.* 6. *in f. ff. de verb. ſignif.* διάνοια *leg.* 30. *ff. eodem.* [h] ῥητὸν ſcriptum *d. l.* 30: verba *d. l.* 29: *d. l.* 6: ſæua verborum prærogatiua. [i] Paciſci, conuenire, aut contrahere lege prohibente non poſſumus. [k] Is ſpeciem fieri velle non videtur, qui genus prohibuit. Lex multa fieri non vult, quæ expreſſim non vetuit. Fraus fit legi, vbi id fit ꝙ lex nõ vetuit, noluit tñ *d. l.* 30. Fraus fit à re ad aliam *l.* 3. §. 3. *in f. l.* 7. §. 3. *ff. de Sc. Macedon.* à perſona ad aliam *l.* 5. *ff. de donat. inter vir.* à contractu ad alium, *d. l.* 5. §. 5: à modo ad alium *l.* 8. §. 14. *ff. ad Velleian.* de nomine ad aliud nomen *l. vltim. j. de aſſeſſoribus:* de tempore ad aliud tempus *l.* 3. §. 1. *ff. de minoribus: leg.* 59. *ff. ſoluto:* de quantitate ad aliam quantitatem *leg.* 4. §. 2. *ff. de his qui notant: leg.* 16. *ff. de iure patronat. l.* 16. *verſ. qui autem infr. de vſur.* [l] Prohibita ſi fiant, inutilia & pro infectis habenda *leg.* 102. *ff. de regul.* [m] Caſſum & inutile eſt ipſo iure, quod fit lege interdicente. [n] Minus quam perfecta lex eſt, quæ id quod vetat non reſcindit: vt quondam lex Cincia, *Vlpian.* 1. Hodie quælibet eſt perfecta *vt hic: v. Cuiac.* 19. *obſeru.* 30. *adde capitu. quæ extra ius* 64. *de regulis in* 6. [o] Facere, ſtipulari, mandare & iurare lege prohibente, non poſſumus. [p] *l.* 7. §. 16. *ff. de pactis:* de iure Canonico mulier iureiurando renuntians exceptioni dotis alienatæ, non auditur *capitul. cum contingat* 28. *extra de iureiurando in ſexto.* [q] *leg.* 25. *ff. eodem. cap. indultum* 17. *cap. quod ob gratiam* 61. *de regul. in ſexto: adde quæ notauit l.* 2. *ff. de lege commiſſ. l.* 3. §. 5. *in f. ff. de Carbon. v. l.* 19. *in f. j. de fide inſtr. v. Dinum ad d. c.* 61.

[a] *v. leg.* 65. *inf. infr. de decurionibus.*
[b] 1. legum ea eſt natura in dubio, id legibus ineſſe creditur.
[c] Lex nominatím de præterito poteſt diſponere *v. l. vn. j. de contractib. iud.*
[d] Poteſt princeps, & pendenti negotio, nouã legem dare *l.* 21. *in f. s. de ſacroſan. eccleſ.*
[e] *v. l.* 3. *s. eod.*
[f] legem dictari.
[g] *adde l.* 2. *ff. de decret. ab ord.*
[h] leges à Principe confirmandæ ſunt.
[i] Senatus, imperij beatitudo & principis gloria.
[k] Hæc lex extat præfatio Nouellæ Martiani, *de matrimonijs Senatorum:* quę hodie extat integra in libro Nouellarum Martiani, & in breuiario Alarici
[l] *l.* 12. *j. de iuris, & facti ignorantia l.* 1. §. 2. *ff. de ædil.*
[m] ideoq; præſumuntur ab omnibus ſciri *v. Alciat.* 1. *præſumpt.* 31.
[n] Obſcuram legẽ princeps ſolet interpretari.
[o] hanc ſubſcriptionem Cuiacius non probat 12. *obſeruat.* 31.
[p] hanc legem Cuiacius reſtituit 12. *obſeruat.* 31.
[q] Nouum ius eſt, contra rationem iuris cõmunis introductum *leg.* 14. 15. *ff. eodem.* [r] Ius ſingulare vſu inueterato præſcribi poteſt. [ſ] *l.* 27. *ff. de fideicommiſſ. libertatibus.* [t] duabus ſcilicet, actore & reo *v. l.* 5. §. 5. *j. de temporib. appellat.* [u] aliàs non valent Principis ſententiæ, etiam in notorijs, ſine citatione VVurmſer 1. *Pract.* 22. *num.* 13. *adde Oldendorp. cap.* 30. *de re iudicat.* [x] Sententia principis ius dubiũ declarans, ius facit, quoad omnes. [y] *leg.* 12. *ff. eodem.* [z] Nihil maius aut ſanctius imperio. [a] notum eſt enim illud τὸν βασιλέα τιμᾶτε 1. *Petr.* 2. *verſicul.* 17. *adde* 1. *Roman* 13: 2. *ad Timoth.* 2. *verſicul. ſecundo.* [b] Vana ſubtilitas repudianda *leg.* 47. §. 1. *ff. de negot. leg.* 8. §. 16. *ff. quibus modis pign. leg.* 7. *in fine infr. de inſtit. & ſubſtit. leg.* 7. *infr. de Senatuſconſ. Trebell.* [c] Ratæ ſunt & indubitatæ legum interpretationes, ab imperatoribus factæ.

ſenti leges condere ſoli [a] imperatori conceſſum eſt: & [b] leges interpretari, ſolo dignum imperio eſſe oportet. Cur [c] autem ex ſuggeſtionibus procerum, ſi dubitatio in litibus oriatur, & ſeſe non eſſe idoneos vel ſufficientes ad deciſionem litis illi exiſtiment, ad nos decurratur? & quare [d] omnes ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri euenit, aures accipiunt noſtræ, ſi non à nobis interpretatio mera [e] procedit? Vel quis legum [f] ænigmata ſoluere, & omnibus aperire idoneus eſſe videbitur, niſi is, cui ſoli legiſlatorem eſſe conceſſum eſt? Exploſis itaque his ridiculoſis ambiguitatibus, tam [g] conditor quàm interpres legum ſolus imperator iuſtè exiſtimabitur: nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus: quia & eis hoc maieſtas imperialis permiſit. Dat. VI. Kal. Nouemb. Decio V.C. Conſ. 529.

## DE MANDATIS [h] principum,

### Tit. XV.

1. Imperatores *Grat. Valentin.* & *Theod.* AAA. ad Fuſignium præfectum prætorio.

SI quis adſerat cum mandatis noſtris ſecretis ſe veniſſe: omnes ſciant, nemini quicquam, niſi [i] quod ſcriptis [k] probauerit, eſſe credendum: nec vllius dignitate terreri, ſiue [l] ille tribuni, ſiue notarij, ſiue comitis [m] proferat dignitatem: ſed ſacras noſtras literas eſſe quærendas. Dat. XVI. Kalend. Iul. Heracleæ, Merobaude II. & Saturnino Conſſ. *

2. [n] Impp. *Iuſtinus* & *Iuſtinianus* AA.

SAncimus [o] ne quis clariſſimorum noſtrorum magiſtratuum, maximorum vel mediorum, in ſuis ſententijs adſcribat, nos diuino verbo [p] iuſſiſſe aliquem in ius duci aut exhiberi, aut aliquid diuerſum iudicari ab ijs quæ apud ipſos fiunt. niſi [q] ſi de iudicis adſeſſoris datione quæſtio ſit, aut de rectè ferenda ſententia. Id ſi acciderit, volumus vt iudices in ſuis ſententijs mentionem faciant, ſe non de ſcripto, ſed ore tantum illa aut à nobis accepiſſe, aut à glorioſiſſimo quæſtore noſtri palatij, aut aliquo ſpectabilium referendariorum. His tantum caſibus ſine ſcripto aliquo, iuſſioni noſtræ fidem adhiberi volumus [r].

## DE SENATVSCONſultis [s],

### Tit. XVI.

*Senatuſconſulta ſunt ſeruanda, & contra ea reſcripta non valent, ſed impetrator punitur. Salyc.*

1. Imperatores *Gratianus, Valentinianus,* & *Theod.* AAA. ad Senatum.

QVAMVIS ſenatuſconſultum perpetuam per ſe obſtineat firmitatem, tamen noſtris legibus etiam idem proſequimur: adijcientes, vt, ſi quiſquam ſpeciali ſupplicatione eliciendum aliquod reſcriptum tentauerit, vt tranſire ei formam liceat ſtatutorum, tertia patrimonij parte multetur, & damnatus ambitus crimine, maneat infamis. Datum VII. Kalend. Auguſt. Heracleæ, Richomere & Clearcho Conſſ. 384.

## DE VETERE IVRE ENVCLEANdo, & de auctoritate [t] iuris prudentium, qui in Digeſtis referuntur,

### Tit. XVII.

[a] Soli imperatori leges condere permiſſum. non igitur Duci, Comiti, Marchioni perpetuam dignitatem & iuriſdictioné habenti? Rolandus à Valle licere putat, eorumq; decreta ius ciuile nuncupari poſſe 1. *conſil.* 86. *numer.* 11.

[b] Ei tantum interpretatio permiſſa, cui ſoli ius condendæ legis eſt.

[c] Fruſtra conſulitur is, cui conſilium dare non licet.

[d] nota argumentum, Fit, ergo ius eſt.

[e] mera interpretatio, i. ius interpretandi.

[f] hinc illud Iuuenalis --veniet de plebe togata Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſoluet.

[g] Princeps conditor & interpres legum vnicus.

[h] *Nouella* 17. Mãdata principum, ſunt præcepta, ſiue monita quæ certis perſonis dantur à Principe, veluti præfectis & procuratoribus. Dion. 3. ἐντολὰς vocat. Græci etiam παραγγέλματα & ὑποθήκας & *Nouell.* 26. ἀποκρίσεις & *Nouella* 25.

[i] Pro iuriſdictione delegata à Principe, (aliud in priuato *Baldus hic*) non præſumitur, niſi probetur. [k] Mandatum principis ſcriptura probandum *l. 5. in fine* ȷ. *de iure fiſci.* Fides non habetur mandatis, quæ ſecreta quis ſe habere adfirmat ex ore Principis ſine ſcripto. [l] Hi extra ordinem in prouincias mittebantur *vide Cuiacium Nouell.* 17. [m] conſiſtoriani *vide l. 25.* ȷ. *de procuratoribus: Cuiac. ad Nouell.* 17. & 71. [n] hanc legem Cuiacius ex Baſilicis reſtituit 12. *obſeruat.* 31. [o] Latina interpretatio. [p] id eſt, ore ſine ſcripto. [q] Mandata quibus iudex, aut collega iudici datur, aut acta celeriter edi, & litem finiri princeps iubet, non requirunt ſcripturam. [r] In quibuſdam editionibus addita eſt huic titulo Nouella 17. ſed malè: cùm ea ſit emiſſa poſt editionem Codicis, Beliſario conſule. [s] 1. *ff.* 3. quæ fieri vetat Nouella Leonis 78. [t] æqualis ſcilicet, vt alter altero potior non habeatur, & ita abrogata eſt lex 1. *Cod. Theodoſ. de reſponſ. prudentum.*

1. Imperator *Iuſtinianus* A. Triboniano viro eminentiſſimo quæſtori ſacri palatij.

DEO auctore noſtrũ gubernante imperium, quod nobis à cœleſti maieſtate traditum eſt, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, &c.

*Hæc conſtitutio, quia iam reperitur impreſſa in capite Digeſtorum, ſub ea inſcriptione,* De conceptione Digeſtorum, *hic iterum non excudetur. idq; eo magis, vt breuitati huius voluminis conſulamus.*

2. Imperator *Cæſ. Fla. Iuſtinianus* A. ad Senatus & omnes populos.

TAnta circa nos diuinæ humanitatis eſt prouidentia, vt ſemper æternis liberalitatibus nos ſuſtentare dignetur. Poſt bella, &c.

*Hæc conſtitutio, eſt iam impreſſa, Digeſtorum initio. Ne iterata moleſtiam lectori adferat, neve hoc volumen, quod breue eſſe cupimus, in immenſum creſcat, lectorem eo remittimus. habet eam etiam inſcriptionem,* De confirmatione Digeſtorum.

*In nomine Domini & Dei noſtri Ieſu Chriſti.*

*Imperator Cæſar Fl. Iuſtinianus, Alamannicus, Gotthicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, ſemper colendus Auguſtus, ad magnum Senatum & populum, & omnes orbis noſtri ciuitates.*

DEdit [a] nobis Deus poſt pacem cum Perſis initam, poſt Vandalica trophæa, & totam Libyæ adquiſitionem, poſtq; nominatiſſimam Carthaginem noſtro iterum Imperio ſociatam, vt veterum legum renouationis opus ad optatum finem perduceremus, &c.

*Integra hæc conſtitutio, iam impreſſa eſt, Digeſtorum initio. Ne iterata tædium adferret, neve hoc volumen creſceret in immenſum, curauimus non excudi. Lectorem beneuolum eo remittimus.*

## DE IVRIS [b] ET FACTI ignorantia,

### Tit. XVIII.

*Licet militi etiam poſt ſententiam peremptoriam opponere.*

1. Imp. *Antoninus* A. Maximo Militi [c].

QVAMVIS, cum cauſam tuam ageres [d], ignorantia iuris propter ſimplicitatem [e] armatæ [f] militię allegationes [g] competentes omiſeris: tamen, ſi [h] nondum ſatisfeciſti, permitto tibi, ſi cœperis ex ſententia conueniri, defenſionibus tuis vti. Dat. VII. Kalend. Maij, duobus Aſperis Conſſ. 213.

2. Imp. *Gordianus* A. Iuuenali.

CVm ignorantia iuris facilè excuſari non poſſis, ſi maior [i] annis ‖viginti quinque‖ hæreditati matris tuæ renunciaſti, ſera [k] prece ſubueniri tibi deſideras. Dat. XIII. Kal. Maij, Ariano & Papo Conſſ. 244.

2. Imp. *Phil.* A. Marcellæ.

SI emancipata [l] à patre, intra annum bonorum poſſeſſionem petere ceſſaſti [m]: prætendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes. Dat. XVI. Kalend. Iul. Peregrino & Aemiliano Conſſ. 245.

[a] Contij interpretatio.

[b] 22. *ff.* 6. νόμου 2. *Eclo.* 4: 1. *Harmeno.* 1. *capit.* περὶ ἀγνοίας νόμου, &c. Legis vocabulo intellige conſtitutiones Principum, Senatuſconſulta, reſponſa prudentum, & ſimilia.

[c] Idem dicendum in ruſtico, ſi non potuit conſulere peritiores *leg.* 9. §. 3. *ff. eodem.*

[d] agit etiam qui excipit *leg.* 1. *ff. de except. vide Oldendorpium de iure ſingulari, capit. vndecimo, numero ſecundo.* [e] id eſt ignorantiam, qua deſtituitur, ſi peritiores conſuluit: aut ſi ipſe peritus iuris habetur *Baldus hic.* [f] non idem in militia togata. vix eſt enim vt in aduocato iuris ignorantia excuſetur, *vide leg.* 11. *infr. de aduocat. diuerſ.* [g] puta exceptionem peremptoriam, veluti doli, rei iudicatæ, pacti de non petendo §. 9. *Inſtitut. de except.* quod eſt contra ius commune *leg.* 2. *infr. ſent. reſcindi.* [h] Exceptio quæ non excluditur per ſententiam, excluditur per executionem ſententiæ. [i] Minori viginti quinque annis iuris ignorantia prodeſt *vide leg.* 2. *ff. eodem.* [k] Seræ non ſunt preces, quæ fiunt intra annum *leg.* 6. *ff. ad Tertullianum*: quo iure? non ſtricto, ſed ex æquo & bono *Baldus hic.* [l] aliud in non emancipata. quia tunc intra triennium *leg. vltim. infr. de repudianda.* [m] Ceſſatio annua petendæ bonorum poſſeſſionis commiſſa ab emancipato, inducit tacitam renunciationem.

4. Impp.

*Erronea diuiſio errore probato non officit diuidenti. Et præſumitur error ſi ex poſt facto apparet rem aliter ſe habere Bald.*

4. Impp. *Dioclet.* & *Maximianus* AA. Iulianæ.

SI, poſt diuiſionem [a] factam, teſtamenti vitium in lucem emerſerit: ex his, quæ per ignorantiam confecta ſunt, præiudicium tibi non comparabitur. Oſtende [b] igitur, hoc apud correctorem [c] virum clariſſimum amicum [d] noſtrum, teſtamentum vel fide veri [e] deficere, vel iuris [f] ratione ſtare non poſſe: vt infirmata ſcriptura, quę teſtamenti [g] vice prolata eſt, ſolidam ſucceſſionem obtineas. Dat. 8. Id. Iul. Diocletiano 4. & Maximiano 3. AA. Conſſ. 290.

5. Ijdem AA. & *Conſtantinus* & *Maximian.* nobiliſſimi Cæſſ. Martiali.

CVm falſa [h] demonſtratione mutari ſubſtantia veritatis minimè poſſit: reſpondendo [i] id, quod paternum erat, ex maternis eſſe bonis, nihil [k] egiſti. Dat. Pr. 3. Kal. Ia. Diocletiano 5. & Maximiano 4. AA. Conſ. 293.

6. Ijdem AA. & CC. Tauro & Pollioni.

SI non tranſactionis [l] cauſa, ſed indebitam, errore facti, olei materiam [m] vos Archantico ſtipulanti ſpondiſſe [n] rector prouinciæ animaduerterit: reddito [o], quod debetis, reſidui [p] liberationem condicentes audiet. Dat. 5. Kal. Maij, CC. Conſſ. 294.

7. Ijdem AA. & CC. Zoæ.

ERror [q] facti [r], nec dum [ſ] finito negotio, nemini nocet. Nam cauſa deciſa velamento tali [t] non inſtauratur. Datum 6. Nonas Iulias, CC. 3. Conſſ. 300.

8. Ijdem AA. & CC. Dionyſiæ.

CVm teſtamentum nullo iure [u] conſtiterit: ex eius, qui ab inteſtato ſucceſſit, profeſſione [x] ſola, veluti ex teſtamento libertos per errorem profitentis, orcini vel proprij [y] liberti, ſi non ipſius acceſſit iudicium, (cùm errantis [z] voluntas nulla ſit) effici non potuerunt. Dat. 5. Kalend. Sept. CC. 4. Conſſ. 302.

9. Ijdem AA. & CC. Caio & Anthemio.

NOn idcirco minùs, quòd à vobis velut [a] à liberis debitam accepiſſe pecuniam Sanius dicitur, (cùm nullus [b] ſit errantis conſenſus) mouere ſtatus quæſtionem prohibentur eius hæredes. Dat. 6. Id. Decemb. CC. V. Conſſ. 305.

10. Ijdem AA. & CC. Araphiæ.

CVm quis [c] ius ignorans, indebitam pecuniam ſoluerit: ceſſat repetitio. Per ignorantiam enim facti tantùm, repetitionem indebiti ſoluti competere tibi notum eſt. Dat. 5. Kalend. Ianua. CC. 6. Conſſ. 306.

11. Imp. *Conſtantinus* A. Valeriano agenti vicariam præfecturam.

QVamuis in lucro [d] nec fœminis [e] ius ignorantibus ſubueniri ſoleat: attamen contra ætatem adhuc imperfectam [f] locum hoc non habere, retrò principum ſtatuta declarant. Dat. 3. Kal. Ma. Gallicano & Symmacho Conſ. 330.

12. Imppp. *Valen. Theod.* & *Arcad.* AAA. Flauiano PF. Illyrici & Italiæ.

COnſtitutiones principum nec ignorare [g] quemquam, nec diſſimulare permittimus. Dat. 6. Kalend. Iun. Vincentiæ, Tatiano & Symmacho Conſ. 391.

[*] aduerſus erroneam diuiſionem datur reſtitutio, errore probato. [b] Præſumitur pro ſcriptura teſtamenti. [c] rectorem. [d] hinc illa forte Gallorum regis clauſula ad iudices, *A noſtre aimé & feal.* [e] Probata rei veritate, facti error oſtenditur. [f] aliàs teſtamentum præſumitur ſolenne. [g] .i. quæ pro teſtamento. [h] *l.9.j.eod.leg.15.j.de liberali:* Rerum veritaté, geſtorum (ita legit Hotomanus, nõ *geſtarum,* 25. *Illuſt.fol.*169.) error nõ vitiat *l.6.§.1.ff.de off.præſid.add.Cuia.*12.*obſ.*19. [i] Reſponſio quæ iuſta cauſa deſtituitur, non officit reſpondeti. vel ita, Qui falſam qualitatem rei per errorem attribuit, ſibi non nocet. [k] hin Molinæus *de Vſur. nu.* 209. Simplex recognitio in Feudũ vel emphyteuſim, licet non ſemper diſponat, tamẽ inducit probationẽ: nedum quoad illum actum vel præteritam ſolutionem, ſed etiam in futurum donec contrarium probetur. [l] ſecus, ſi non animo tranſigendi *l.2.j.de cond.indeb.* [m] i. quantitatem. [n] Sponſio per errorem facta, ſpondenti nõ officit. [o] ſoluto *vt in l.vlt.j.ne fiſcus.* [p] Quatenus erratum eſt in promittendo, eatenus promiſſio reuocari poteſt *adde l.78.ff.de leg.2.l.54.inf.ff.ad Treb.l.21.ff.de ver.obl.* [q] *adde l.9.j.ad l.Falc.* [r] Dem' minorẽ abſq; tutore in iudicio delictũ confeſſum eſſe, potẽſtne reſtitui aduerſus cõfeſſionem, ante latam ſententiam? poſſe ait Rolandus à Valle 1.*conſil.* 51. *numer.* 39. [ſ] finitur verò per tranſactionem *l.6.ſ.eod.* & rem iudicatam & eius executionem *l.1.ſ.eod.* [t] id eſt, erroris. [u] vt pote deſtitutum ſolennibus. [x] Qui profitetur Titium teſtamento manumiſſum, videtur teſtamentum agnoſcere. Id ita eſt, ſi teſtamentum aliàs ſolenne fuit. Aliàs, talis profeſſio ea quæ teſtamento deſunt non ſupplet. [y] id eſt, per errorem confitentis. [z] *v.l.9.j.eod.l.15.ff.de iuriſd.* [a] Qui velut à liberis pecuniam accepit, liberos quidem fatetur: ſi tamen verè non ſunt liberi, mouere eis ſtatus quæſtionem poteſt. nocet ei tamen tantiſper confeſſio, dum conſtet de errore. *Molinæus de vſuris: quæſt.20.num.*209. [b] *leg.8.ſup.eod.l.vn.j.de errore calculi l.2.j.de errore aduocat. leg.13.infr. de probat. §.33.Inſtit.de act.l.37.ff.de auro.l.57.ff.de obligat.l.116.ff.de regul.* [c] non minor tamen *l.29.ff.de condict.indeb.* non mulier *v.l.13.j.eod.* [d] vt ſi ei acceptolatum. aliud in damno *l.9.ſ.eod.l.8.9.ff.eod.l.6.j.qui admitti.l.110.inf.ff.de regul.v.Cuiac.14.obſ.39.* [e] maioribus 25. annis ſcil. [f] id eſt, contra minorem. [g] legum ignorantia nõ excuſat l.9.ſ.*de legib.* præſertim in delictis *v.Clar.5.ſent.§.vlt.quæſt.* 60.

13. Impp. *Leo* & *Anthemius* AA. Erythrio præfecto prætorio.

NE paſſim liceat mulieribus omnes ſuos contractus retractare, in his, quæ prætermiſerint, vel ignorauerint: ſtatuimus, ſi per ignorantiam iuris damnum [a] aliquod circa ius vel ſubſtantiam ſuam patiantur, in his tantùm [b] caſibus, in quibus præteritarum legum auctoritas eis ſuffragatur, ſubueniri. Dat. Cal. Iulij, Martiano & Zenone Conſ. 469.

## DE PRECIBVS [c] IMPERATORI OFFERENDIS, & de quibus rebus ſupplicare liceat, vel non,

### Tit. * XIX.

*Laudabilis fidei exemplum & ſceleris atrocitas faciunt inhabilem habilem ad impetrandum.*

1. Impp. *Dioclet.* & *Maximia.* AA. Firminæ.

LICET ſeruilis conditio deferendæ precis facilè capax non † ſit: tamen admiſſi ſceleris atrocitas, & laudabilis fidei exemplum ſuper vindicanda [d] cæde domini tui, nobis hortamento fuit, vt præfecto prætorio iuxta annotationis [e] noſtræ decretum demandaremus, (quem adire cura) vt auditis his, quæ in libello contuliſti, & reos inueſtigare, & ſeueriſſimam vindictam iuxta legum cenſuram exigere curet. Dat. 8. Id. Octobr. Diocletian. 6. & Maximiano 3. AA. Conſſ. 296.

2. Imp. *Conſtantinus* A. Seuero P. F. V.

QVoties reſcripto noſtro moratoria [f] præſcriptio permittitur, aditus ſupplicanti pandatur. Quod autem totius negotij cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit: ſine graui partis alterius diſpendio conuelli non poteſt. nec pręſcriptionis igitur peremptoriæ relaxatio petatur. Dat. 10. Calend. Iun. Niceæ, Paulino & Iuliano Conſſ. 325.

3. Idem A. ad populum.

NEc damnoſa [g] fiſco, nec iuri contraria poſtulari oportet. Dat. prid. Calend. Octob. Conſtantio A. 7. & Conſtantino Cæſ. 4. Conſ. 354.

4. Imppp. *Gratianus, Valent.* & *Theod.* AAA. Floriano præfecto prætorio.

VNiuerſa reſcripta, quæ in debitorum [h] cauſis ſuper præſtandis dilationibus [i] promulgantur, non aliter valeant, niſi † fideiuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur. Dat. 8. Calend. Mart. Conſtantinop. Antonio & Syagrio Conſ. 382.

5. Impp. *Valentin.* & *Valens.* AA. ad Voluſianum præfect. prætor.

SIquis aduerſus præfectorum prætorio ſententias dubitauerit ſupplicandum [k], victusque de [l] fuerit: nullam

[a] *leg.11.ſ.eod.* [b] aliud in lucro *d.l.11.* [c] 2. *Ecloga cā.* περὶ αἰτήσεων, &c. *fol.* 27. eas ſolent ſubſequi reſcripta, ſubſcriptiones, adnotatiões. † eſt hodie *leg.6.inſr.eod.* [d] indicanda *Cuiac.* 12. *obſ.* 22. & ita legẽdum eſſe ait in lege 1. *inſr. pro quib. cauſ. ſer. adde l.3.§.13.§.14.ff. de Silaniano: l.4.ff.de bonis libert.l.197.ff. de verb. ſign.* [e] De adnotationibus *vide Dua.1.diſp.8.* [f] .i. dilatoria Paponi hanc legẽ adcommodat ad illud genus literarũ, quas Galli vocant *lettres de ſouffrancé, 3. not. 7.c. des lettres de ſouffrance,* ibi, *Si le Roy pout, & quãd, par ſes lettres de ſouffrance arreſter la ſaiſie des Seigneurs feodaux.* An moratoriæ exceptionis vocabulo intelligere hîc etiã poſſumus inducias biennij aut quinquennij quę ſolent tribui egenis debitoribus, quarum fit mentio in lege 5. *j.eod.* Cuiacius 2.*obſ.*10. negat, qui hoc verbo, moratoria, intelligit pacti conuenti exceptionem, puta ne intra quinquennium petatur cui opponitur peremptoria, Ne vnquam petatur. Prior creditori à principe relaxari poteſt: poſterior nõ poteſt. *Cuia. ibid.* [g] *v.l.vlt.j.ſi contra ius v. Oldend.c.9.excep.nu.3.ad 25.qu.2.c.nec damnoſa.* [h] Dilatio, de qua hîc agitur, non habet locum (vt notat Papo 10. *Arreſt.*9.) in debitis poſt dilationem datam cõtractis, vel priuilegiatis, ſed nec in ſumma ex ſenatuſconſulto vel ſententia à qua non eſt appellatum debita, vel ex reliquatione rationum, emptione fundi & penſionibus. locum habet in debito ex alimentis præſtitis cõtracto *Papo ibid. nu.6.& ſeq.* [i] biennij puta aut quinquennij *l.8.j.qui bon.cedere v.Papo.* 10. *Arreſt.9. des reſpits & quinquenelles & 3. Notar.* 80: *c. des lettres de reſpit & quinquenelle: Rebuff. tom.2. in tractatu de literis dilatorijs, annalibus, quinquennalibus,* &c. Cuiacius 2.*obſ.*10. ex Caſſiodoro 2. *Variar.* teſtatur idem obſeruatum à Theodoro Italiæ & Gotthorum rege *adde VVurmſer. obſeruat. 1. pract.* 28.9. † hoc non obſeruatur in Gallia, In dilatione annua vel biennij, reus auditur dans fideiuſſorem qualemcunque: id ſi non poteſt, iuratoriæ cautioni committitur. Iure olim cogebatur ad pignus dandum *arg.leg. Si debitoris j.de iudicijs, in verbo pignorum.* hoc etiam non ſeruatur in Gallia *Pap.*10. *Arreſt.9. ibi, Debteur impetrant de reſpit ne doit garnir. adde Rebuff. in proœmio Conſt.gl.5.nu.*42. aliàs reſcripta ferè ſemper ſupplicanti eſſent inutilia. [k] Supplicatur aduerſus ſententiam præfecti prætorio, non appellatur. Non appellatur διὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ ὕψος τῆς ἀρχῆς, vt ait Theodorus Hermopolites. Et ita, ſupplicatio ſubſidiũ eſt appellationis. Huiuſmodi ſupplicationẽ διδασκαλικὸν Græci appellant *Nouell.*119 *adde l.vn.j.de ſent.præf.præt.* De remedio ſupplicationis v. Oldendorpium *in tract. de re iud.* vbi tractatur de remedijs aduerſus iniquam ſententiam, *ibi, Tertium remedium:* Rebuf. *tom.1. tract. de ſupplicationib. ſeu errorum propoſitionibus.* [l] de vno fuerit, &c. *Haloander.*

habebit licentiam iterum [a] ſuper eadem cauſa ſupplicandi. Dat. 15. Kalen. Octob. Romæ, Valentiniano & Valente AA. Conſ. 365.

*Authen. Nouell. 119. c. 5.*

*QVæ ſupplicatio glorioſiſſimis præfectis, vel eorum conſiliarijs, vel cauſas introducentibus intra decem dies poſt ſententiam offerenda eſt. Quo ſubſecuto, ſententia non aliter executioni mandabitur, niſi victrix pars dignam fideiuſſionem præbuerit tantum reſtituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima retractatione ſententia reſoluatur. Niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur: executio cauſæ ſine fideiuſſione procedet: retractationis iure illi ſeruando, qui ſe grauatum putauerit, vt intra biennium † ſupplicare poſſit imperatori.*

6. Impp. *Honor.* & *Theod.* AA. Iſidoro P.P.

VNiuerſis ſimul hanc obſeruantiam remittimus: vt, à quocumque liberæ conditionis conſtituto, vel ſeruo [b] ſupplicante impetratum fuerit reſcriptum, minimè requiratur, per quem preces oblatæ ſint. Dat. 3. Id. Nouemb. Theodoſ. A. 7. & Palladio Conſſ. 416.

7. Impp. *Theod.* & *Valent.* AA. ad Senatum.

REſcripta [c] contra [d] ius elicita, ab omnibus iudicib. refutari [e] præcipimus: niſi fortè ſit aliquid, quod nō [f] lædat alium, & proſit petenti, vel crimen [g] ſupplicantibus indulgeat. Dat. 8. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodoſio 12. & Valentiniano 2. AA. Conſſ. 426.

*Superflua non debent inſeri ſupplicationi.*

8. Ijdem AA. Florentio præfecto prætorio.

INſtrumentorum exempla non [h] proſit precibus adiunxiſſe: ſed neceſſe ſit eorum in ſupplicatione vim [i] exprimi, vt reſponſuro principi vera precatio rem aperiat cognoſcendam: ‖his‖ ſolis (cùm neceſſitas exegerit) verbis precibus inſerendis, quorum de ſenſu inter partes ita dubitari contigerit, vt etiam meritò noſtrum expectetur iudicium. Dat. 6. Kal. Apr. Conſtantinop. Florentio & Dionyſio Conſſ. 429.

## QVANDO LIBELLVS PRINCIPI DAtus, litis conteſtationem faciat †,

### Tit. XX.

*Reſcriptum Principis eſt pro libello, & conteſt. lit. & tranſit ad hæredem.*

1. Imp. *Arcadius* & *Honorius* AA. Remigio præfecto prætorio.

DVBIVM non eſt, conteſtationem ‖litis‖ intelligi [k], etiam ſi noſtræ [l] fuerint tranquillitati preces [m] oblatæ: eaſque aduerſus hæredem quoq; eius, in quem porrectę ſunt, vel ab hęrede eius, qui meruit, exerceri. Dat. 3. Kalend. April. C P. Arcadio 4. & Honorio AA. 3. Conſſ. 396.

2. Imp. *Iuſtinianus* A. Mennæ præfecto prætorio.

TEmporales actiones, quæ per oblationem precum, & ad eas reſcriptionem perpetuantur, definire neceſſarium eſſe duximus, ne quis putet ad alias etiam, quæ certis taxantur temporibus, hoc pertinere. Sciant igitur omnes, eas tantummodò per oblationem precum, & ad [n] eas reſcripta perpetuari, quæ à prætore conſtitutæ, annali tempore coartatæ ſunt. Datum Kalendis Aprilis, Conſtantinopoli, Decio V.C. Conſ. 529.

## VT LITE PENDENTE, † VEL POST prouocationem, aut definitiuam ſententiam, nulli liceat imperatori ſupplicare,

### Tit. XXI.

[a] Semel ſupplicari pōt. † in Gallia intra annum *Rebuff. in proœm. conſt. glo. 5. num.* 41. [b] & ita pars legis primæ hoc titulo videtur abrogata. [c] *25. quæſt. 2. cap. reſcripta.* [d] *V. l. vlt j. ſi contra ius vel vtilitatē. adde Papon. 3. Notar. 5. cap. Quand, & cōment peut le Prince deroger au droit. el. 10. ſ. de ſacroſ. Eccl. l. vl. j. ſi cōtra ius: l. 4. infr. de emanc.* [f] An princeps Eccleſiam onerare poſſit V. *Papon. 3. notar. 8. cap. Des lettres pour ſoldats en religion & d'œconomat.* [g] Durum eſt tamē dici homicidiū dedita opera factum, remitti poſſe. qua de re alibi plenius dicam. [h] ſic interpretor, Non noceat ſupplicā ti, ſi integrū inſtrumenti (quod impugnare nō poteſt) tenorē, ſupplicationi non inſeruerit, vt cui ſufficiat eius articuli (de quo litigare cupit) vim inſerere. [i] id eſt, ea quæ in ſe dubitatiōem habent j. *eod.* † *Nouell.* 82. *Nou.* 113. Bugnonius, *in tractatu legū abrogatarū,* notat hunc titulum non vſitatum in Gallia. [k] quod ad euitandam præſcriptionem attinet *l. 24. ff. de liberali*: & quidē annalem, non alias *V. l. 2. j. eo.* non accuſationem *l. 5. ff. ad Turp.* [l] Non idem eſt, ſi datæ fuerint prefecto prætorio *l. 1. j. de off. præf. præt.* [m] Reſcripto conceditur ius conteſtationis *l. 33. j. de donat.* [n] Libellus principi datus, litis conteſtationē tantum facit in actionibus prætorijs annalibus, nō ciuilibus. † Bugnonius, *d. loco*, negat hunc titulum in Gallia obſeruari. in ea regi ſupplicari vbicunque ſubeſt æquitas è re nata procedens, Reſcriptum ea forma concipi, *Non obſtant l' eſt at du procez. inſtruit, conche en droit & conclu, rigeur de droit, vs & conſtume du payt,* &c.

1. Imp. *Alexander* A. Caperio.

LICET, poſtquàm ſupplicaſti, priùs [a] quàm reſcriptum impetrares, præſes prouinciæ vir clariſſimus pronunciauerit, cùm tamen à ſententia non prouocaueris, reſcriptū, quod poſtea [b] ſecutum eſſe ſuggeris, ad retrahenda ea, quæ decreto terminata ſunt, non patrocinatur. Dat. Kal. Mart. Lupo & Maximo Conſſ. 233.

*Lite pendente non licet niſi in certis cauſis ſupplicare. Bald.*

2. Imp. *Conſtantin.* A. Frobiano ſuo ſalutem.

SVpplicare, cauſa pendente, non licet, niſi [c] vel actorum communium, vel pronunciationis editio denegetur. Qui autem terminatam [d] reſcripto vel conſultatione quæſtionem, exquiſito ſuffragio, refricare conabitur: in [e] omnem litis æſtimationem aduerſario ſuo protinus condemnetur: omni venia deneganda, ſi quis contra hæc ſupplicare tentauerit. Dat. Id. Auguſt. Arelate, PP. Id. Octob. Thebeſte, Sabino & Rufino Conſ. 316.

3. Idem A. ad vniuerſos prouinciales.

QVi licitam prouocationem omiſerit [f], perpetuò ſilere debebit: nec à nobis impudens petere per ſupplicationem auxilium. Quod ſi fecerit, deſiderio ſuo carebit, & ignominiæ † pœna notabitur. Dat. Kalen. Auguſt. PP. Kal. Septemb. Baſſo & Ablabio Conſ. 331.

## SI CONTRA IVS, VEL VTILITATEM publicam, vel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum vel impetratum,

### Tit. XXII.

1. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & CC. Gregorio.

NON idcirco minùs is, cui ex noſtro reſcripto cognitio delata eſt, iudicare poteſt, quòd ex geſtis quædam [h] in precibus omiſſa proponis. Dat. V. Non. Maij, Diocletiano 4. & Maximiano 3. AA. Conſſ. 290.

2. Ijdem AA. & *Conſtantius* & *Maximian.* CC. Statiæ.

PRæſcriptione [i] mendaciorum [k] oppoſita: ſiue [l] in iuris narratione mendacium reperiatur, ſiue in facti, ſiue in tacendi [m] fraude: pro tenore veritatis, non deprecantis affirmatione datum iudicem cognoſcere debere, & ſecundùm hoc de cauſa conuenit ferre ſententiam. Dat. Kalend. Decemb. Sirmij. CC. Conſſ. 294.

3. Imp. *Conſtantinus* A. ad Baſſum PP.

PVniri [n] iubemus decem librarum auri multa iudices, qui vetuerint precum [o] argui falſitatem. Dat. Kalend. Octob. Conſtantino A. 3. & Licinio Cæſ. 3. Conſſ. 323.

[a] nota hic tria tempora ſupplicationis, Sententiæ latæ, Reſcripti ad ſupplicationem. [b] Quid? ante ſententiā poteſt ne vtiliter reſcriptū impetrari? pōt non ad impediendum curſum litis iam cōteſtatæ: ſed nondum conteſtatæ. Poteſt etiam reſcriptum, pēdente lite, impetrari: quo mandetur iudici vt ex æquo & vitata temporis prolixitate, iudicet. V. *Papon. 3. notar. 5. cap. Des lettres incidentes en general in f.* Dicendū plenius, etiam lite pendente cognitionē ſuſtinendam: humanū eſſe dilationē accipi: cognitionē ad aliquem modū ſuſtineri *l. 36. ff. de iud.* idq; militia, morbo, legatione, & ætatis imbecillitate occupatis conceditur. Galli huiuſmodi literas vocāt, *lettres d'eſtat*, quia cauſa in eodem ſtatu quo relinquitur dormire ſolet. Impetratæ ſortiuntur effectum demonſtrato elogio ducis, medici, principis, libris παιδογραφιῶν *de quibus V. Papon. 3. notar. 8. ca. Des lettres d'eſtat.* [c] *V. Nouell. 113. c. 2.* [d] *l. 3. infr. de error. aduocat: l. vlt. infr. quomodo & quando iudex: l. vlt. j. ſent. reſcindi:* [e] nota pœnam ſupplicantis aduerſus litem ſententia terminatam. [f] *V. l. 1. infr. de his qui propt. met. iud. l. 3. j. ſent. reſc.* † Rebuffus negauit ſe vidiſſe hoc in Gallia obſeruari *in proœmio conſtitut. gloſſ. 1. numer. 45.* [g] naturale, gentium & ciuile. Idem dicendum, ſi contra ſolennitatem iuris *V. Pap. 3. notar. 5. c. Quand, & comment peut le Prince deroger au droit. Oldendor. in tract. de re iudic. cap. ſi contra ius, & ſequent. vbi de nullitatibus ſententiarum tractat: adde eundem ca. 58. de exceptionibus num. 4. & ſequen.* [h] quæ aliàs expreſſa, fuiſſent à principe conceſſa. [i] id eſt, exceptione. Non appellatur à conceſſione reſcripti *l. 2. l. 15. infr. de appellat.* ſed ab eius executione v. Rebuffum *tom. 2. in tract. de reſcriptis in præfationib. ibi, Duodecimo:* adde Paponem *3. notar. 5. c. Comme lon peut appeller des reſcripts* Oldendorpium *ca. 9. de except. ibi, exceptiones aduerſus reſcriptum* VVurmſerum *1. Pract. 8. obſ. 8.* [k] mendaci mendacium non prodeſt *l. 5. infr. eod. adde l. 29. ff. de falſis: l. 1. ff. de natalibus.* [l] Qui ſupplicat, aut verum dicit, aut falſum: ſi falſum, aut in iure aut in facto. In facto dupliciter, dum factum eſſe aſſerit, quod factum non eſt, vel è contra. huc res redit, Per obreptionem impetrata nullius eſſe momenti *V. Roland. a Valle 1. conſilio. trigeſimo quarto, numer. 5. adde Papon. 3. notar. 5. c. Des lettres non receuables.* [m] Mentiri non tantum dicitur, qui falſum aſſerit: ſed qui verum reticet. [n] Pœna iudicis non admittentis exceptionem aduerſus ſubreptitium reſcriptum. [o] Preces, etiam ſubſignatæ ab imperatore, mendacij ceu obreptionis argui poſſunt: nec fit iniuria principi: vt qui falſum iurare nolle præſumatur.

4. Idem A. ad Pompeianum conſularem Campaniæ.

ET ſi non cognitio[a], ſed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet[b]: vt: ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur. Dat. III. Idus Nouemb. Aquis, Dalmatio & Zenophilo Conſſ. 333.

5. Impp. *Theodo. & Valentinia.* AA. ad Senatum.

ET ſi legibus conſentaneum ſacrum oraculum mendax[c] precator attulerit, careat penitus impetratis. &, ſi nimia mentiētis inueniatur improbitas, etiam[d] ſeueritati ſubiaceat iudicantis. Dat. VII. Id. Nouemb. Theodoſio XII. & Valentiniano II. AA. Conſſ. 426.

*Reſcriptum contra ius conſtitutionis, vel publicam vtilitatem non valet Bald.*

6. Imp. *Anaſtaſius* A. Matroniano P.P.

OMnes cuiuſcumque maioris vel minoris adminiſtrationis vniuerſæ noſtræ reipublicæ iudices monemus: vt nullum reſcriptum, nullam pragmaticā[e] ſanctionem, nullam ſacram adnotationem[f], quæ generali iuri vel vtilitati publicæ aduerſa eſſe videatur, in diſceptationem cuiuſlibet litigij patiantur proferri: ſed generales[g] ſacras conſtitutiones modis omnibus non dubitent obſeruandas. Datum Kal. Iul. Conſtan.*

## DE DIVERSIS[h] RESCRIPTIS[i], ET pragmaticis[k] ſanctionibus, Tit. XXIII.

1. Imp. *Alexander* A. Supero.

SI libellum de communi cauſa tu, fratérve tuus, dediſti: quamuis reſcriptum ad vnius[l] perſonam directum ſit, vtrique tamen proſpectum eſt.[m] Dat. Id. Iul. Alexandro A. II. & Marcello Conſſ. 227.

*Reſcriptum eſt perpetuum, niſi aliud in eo definiatur.*

2. Imp. *Claudius* A. Epagatho.

FAlsò adſeueratur †, auctoritatem reſcriptorum deuoluto[n] ſpacio anni obtinere firmitatem ſuam non oportere: cum ea, quæ ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debeant, ſi modò tempus, in quo alligari vel audiri debent, non ſit comprehenſum. Dat. VII. Kal. Nouemb. Antiochiano & Orphito Conſſ. 271.

3. Impp. *Dioclet. & Maximianus* AA. Criſpino præſidi prouinc. Phœniciæ.

SAncimus, vt authentica[o] ipſa atque originalia reſcripta, & noſtra etiam manu ſubſcripta[p], non exempla eorum inſinuentur. Dat. Prid. Kal. Apr. Annibaliano & Aſclepiodoto Conſſ. 292.

4. Imp. *Conſtantinus* A. ad Lyſitanos.

SI qua beneficia perſonalia ſine[q] die & conſule fuerint deprehenſa, auctoritate careant. Dat. V. Kal. Auguſt. Samariæ, Probiano & Iuliano VV. CC. Conſſ. 322.

5. Imppp. *Valentin. Theod. & Arcadius* AAA. ad Nicentium P.P. annonę.

SAcrilegij inſtar eſt, ſuper quibuſcumque adminiſtrationibus vel dignitatibus[r] promulgandis[ſ], diuinis

[a] putà euocatio. [b] à quo? ab ipſo iudice executionis, qui nō tantū facti executor, ſed iuris *Baldus.* [c] *l. 2. ſ. eod.* [d] Pœna nimij mēdacij *adde l. 29. ff. de falſis: adde Paul. 1. ſent. 12. §. penult.* [e] ea fit de cōſilij ſententia *l. vl. j. de prox. ſacr. ſcrin.* [f] ea fit ad libellū breuiter, adnotato nomine principis. [g] Cōſtitutiones generales, reſcriptis potiores. [h] Alia ius faciunt, alia nō faciunt. ſuntque vel perſonalia, generalia, perpetua, tēporaria: alia valēt, alia nō valēt: alia adnotatiōes & ſubſcriptiones ad libellū breues, alia pragmaticæ ſanctiones. [i] περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν 2. *Eclo. 5. 1. Co. Theod.* 2. adde ex iure Canonico 1. *decret.* 3. 1. *ſext.* 3. 1. *Cl.* 3. *Papon.* 3. *Notar.* 5. *fol.* 316. 318. *& ſequentib. Reb. Tom.* 2. *tract. de reſcriptis ſeu literis regijs:*[k] in ijs princeps adhibito conſilio & tractatu, fuſiùs reſpondet ad preces, relationē, vel ſuggeſtionē iudicū, vel aliorū, & alijs quidem reſcriptis preces inſeruntur non pragmaticis *Aug. in collatione tertiæ diei cum Donatiſtis, v. Cuia. hic.*[l] Reſcriptū communiter impetratum, præſumitur vtrique conceſſum. Beneficiū collatum vni conſortiū, ad alium etiā pertinet[m] Cur ita? pręſumuntur in ſubſequentib. repetita, quæ in eorū præfationibus dicūtur. † iure ciuili ſc. non Canonico *c. ſi autem c. plerumque de reſcr.* & Gallico, *Guido deciſione* 135. Rebuffus tamen *in proœmio conſtitutionum gl. 5. nu. 44.* addit, literas prǽhenſionis non tolli anno. vnde vulgò dicitur, *Prinſe de corps ne ſuranne iamais.*[n] i. exacto.[o] Per Authentica, non per exempla reſcriptū probatur. Authentica in multis alijs cauſis requiruntur *l. 8. ff. fam. l. vlt. ff. quemad. teſt. l. 2. ff. de fide inſtrum. l. 48. ff. de actioni. empti:* penes quem eſſe debeat, ſucceſſorem aut hæredem *v. l. 4. l. 5. ff. familiæ:* creditorē *l. 15. ff. de reb. auth. iud.* Quid ſi Authentica aut chirographa pupillorum ſint amiſſa aut exuſta? debitores ex inuentario conueniri poſſunt *l. 57. ff. de adminiſt. tutor.*[p] *l. 6. j. eod. c. dicenti verſi. Sancimus 25. quæſt. 2.*[q] Non valent reſcripta ſine die & conſule *c. dicenti ver. Si quas 25. quæſt. 2.* niſi relata ſint in corpus iuris *conſtitut. de nouo Codice §. 2. & conſtit. de Iuſtinianeo codice confirmando §. 3.* Adde & illud Auguſtini *in collatione tertiæ diei cum Donatiſtis.* Euidentiſſimè legibus definitum eſſe, imperialia conſtituta, etiamſi conſules non legantur, in dubiū non vocari *v. Cuia. hic:* his adde Paponem 3. *Notar. 5. c. de la datte des reſcripts.* Sic dies & cōſul in accuſatione & teſtamento inſeruntur, non in editione *v. quæ not. ad l. 3. ff. de accuſ.*[r] putà tribunatu militari, centurionatu & ſimilibus: q̄ Cicero, Suetonius, & Lampridius vocant beneficia ad ærariū delata: & Hygenus, adſcripta in libris beneficiorū *v. Cuia. hic.*[ſ] i. à nobis cōceſſis.

obuiare[a] beneficijs. Dat Kalen. Febr. Mediolani, Arcadio A. & Bautone Conſſ. 385.

6. Imp. *Leo* A. Hilariano magiſtro officiorum & patricio.

SAcri affatus, quoſcumque noſtræ manſuetudinis in quacumque parte paginarum ſcripſerit auctoritas, nō alio vultu penitus, aut colore[b], niſi purpurea tantum modò inſcriptione luſtrentur: ſcilicet vt cocti muricis, & triti conchylij[c] ardore ſignentur. Eáque tantummodò fas ſit proferri vel dici reſcripta in quibuſcumque iudicijs, quæ in chartis ſiue membranis ſubnotatio noſtræ ſubſcriptionis impreſſerit. Hanc autem ſacri encauſti[d] confectionem nulli ſit licitum aut conceſſum habere, aut quærere, aut à quocunque ſperare: eo videlicet, qui hoc aggreſſus fuerit tyrannico ſpiritu, poſt proſcriptionem bonorum omnium capitali non immeritò pœna plectendo. Datum VI. Kalendas April. Iordane & Seuero Conſſ. 470.

*Non valent reſcripta, niſi appoſita clauſula: Si preces veritate nitantur.*

7. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

VNiuerſa reſcripta: ſiue in perſonam precantium, ſiue ad quemlibet iudicem manauerint: quæ vel adnotatio, vel quæuis pragmatica ſanctio nominentur: ſub ea conditione proferri præcipimus†, *ſi preces veritate nitantur.* Nec aliquem fructum precator oraculi percipiat impetrati, licèt in iudicio adſerat veritatem, niſi quæſtio fidei precum imperiali beneficio monſtretur inſerta. Nam & vir magnificus quæſtor, & viri ſpectabiles magiſtri ſcriniorum, qui ſine præfata adiectione qualecumque diuinum reſponſum dictauerint: & iudices, qui ſuſceperint, reprehenſionem ſubibunt. Et qui illicitè dictata ſcribere auſi fuerint, cuiuſcumque ſcrinij memoriales, ſeu pragmaticarij, vel adiutores primicerij, amiſſione cinguli feriantur. 1 ¶ Pragmaticas præterea ſanctiones non ad ſingulorum preces ſuper priuatis negocijs proferri: ſed ſi quando corpus aut ſchola, vel officium vel curia, vel ciuitas, vel prouincia, vel quædam vniuerſitas hominum ob cauſam publicam fuderit preces, manare decernimus: vt in his etiam veritatis quæſtio reſeruetur. Dat. X. Kal. Ian. Conſtantinopo. poſt conſulatum Baſiliſci II. & Armatij. 47.

*Authentic. ex Nouell. 114. c. 1.*

*GLorioſiſſimi quoque quæſtoris ſubſcriptio eſt neceſſaria: in qua contineatur, & inter quos, ad quem iudicem, & per quem ſacrum dirigatur oraculum. alioquin à nullo iudice ſuſcipiatur: & qui contra fecerit, xx. lib. auri plectatur, & eius officium ſimili pœna percellatur.*

## DE STATVIS[e], ET imaginibus, Tit. XXIIII.

*Iudices non permittent erectionem ſtatuarum, ſine principis indulto ſub pœna hic.*

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Theodoro præfecto prætorio.

SI quis iudicum accepiſſe æneas, vel argenteas vel marmoreas ſtatuas[f], extra imperiale beneficium, in adminiſtratione poſitus, detegetur: emolumenta, quæ accepit in ea poſitus dignitate, quam polluit, cum extortis titulis vel præſumptis in quadruplum fiſco noſtro inferat: ſimúlque nouerit exiſtimationis ſuæ pœnam ſe ſubiturum. Nec eos ſanè à periculo pudoris[g] haberi volumus immunes, qui adulandi ſtudio, aut metu inconſtantis ignauiæ tranſire, quæ ſunt interdicta, tentauerint. Dat. XII. Kal. Ian. Mediolani, Honorio A. IIII. & Eutychiano Conſſ. 398.

2. Impp. *Theod. A. & Valent.* Cæſ. Aetio præfecto prætorio.

SI quando[h] noſtræ ſtatuæ vel imagines eriguntur, ſiue diebus (vt adſolet) feſtis ſiue communibus: adſit iudex ſine adorationis[i] ambitioſo faſtidio: vt ornamentum diei & loco, & noſtræ recordationi ſui probet acceſſiſſe præſentiam. Datum III. No. Maij, Theodo. A. XI. & Valentiniano Cæſare Conſſ. 425.

3. Iidem A. & C. Florentio præfecto prætorio.

IN noſtræ ſerenitatis imaginibus ac ſtatuis erigendis priuatæ collationis[k] iniuriam propulſari præcipimus, ne quid in eis ſuum collator cognoſcat. Dat. III. Nonas Aprilis Theodoſio A. XVII. & Feſto Conſſ. 439.

[a] ſi iudex eas contemnat. [b] & hic color encautū appellatur *j. eo.* Cauteria legimus ad pictoris inſtrumentū pertinere *l. 17. ff. de inſt.* [c] nota formā encauti componendi, Sic Paleolog[9] Imperator Conſtantino. Romæ, in æde ſpirit[9] ſancti, Eccleſiæ Romanæ ſubiectionē iurans ſingraphā cōchilij ſanguine a ſe ſuſcriptā teſtatā relinquit, Epitome Chronicorū Vverueronis Leodiēſis monachi apud Briſſonium. [d] Encauſtri *Hal.* Encauti *Cui.* Encauti fit mentio in lege 4. *Cod. Theod. de extraor. muner. l. 1. §. 1. j. de colleg. l. 9. j. de agricol: Rod. 7. c. 31.* Encautū ἐγκεχαυμένοι: Græci etiā appellāt σεβασμια κεραία & σεβασμιας καὶ θεοειδεῖς κεραίας. † Innocētius vult hāc clauſulā, *Si preces veritate nitātur*, etiā ſubintelligi, q̄uis nō ſit expreſſa *c. 2. extra de reſ. v. An. Gayllū 1. obſ. 14.* [e] *15. C. Theo. 4.* [f] *l. 2. ff. de loco publ. fruendo.* [g] i. infamiæ. [h] *15. C. Theod. 4 l. vn.* [i] Principis ſtatuæ non ſunt adorādæ *Ambroſ. 6. Hexamer.* Hinc Tyberi[9], *auctore Suetonio*, ſtatuas inter ornamenta domorum: non inter ſimulachra deorū, poni voluit. [k] collectionis *Hal.*

4. Idem A. & C. ad Nomum comitem & magiſtrum officiorum.

ET virtutum præmia[a] tribui merentibus conuenit, & aliorum honores alijs[b] damnorum occaſionem fieri non oportet. Idcirco quotiens vel iudicibus noſtris, vel cuilibet alij ſtatua fuerit à quocumque collegio, ſeu officio, vel in hac ſacratiſſima ciuitate, vel in prouincijs poſtulata: nequaquàm ex deſcriptione ſumptus colligi patimur: ſed eius[c], cuius ad honorem petitur, expenſis proprijs ſtatuam collocari præcipimus. Dat. V. Kalen. April. Theod. A. XVIII. & Albino Conſſ. 444.

## DE HIS, QVI AD STATVAS [d] confugiunt, Tit. XXV.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. Cynegio præfecto prætorio.

QVI ad ſtatuas ‖ vel ‖ vitandi metus[e], vel creandæ inuidiæ[f] cauſa confugerint: ſi certas habuerint cauſas, quibus confugere ad imperatoria ſimulachra debuerint: iure ac legibus vindicentur. Sin verò probati fuerint artibus ſuis inuidiam inimicis creare voluiſſe: vltrix in eos ſententia proferatur. Dat. Prid. Non. Iul. Conſtantinop. Honorio N.P. & Euodio Conſſ. 386.

## DE OFFICIO [g] PRAEFECTI [h] PRAEtoriorum [i] Orientis, & Illyrici. Tit. XXVI.

1. Imp. *Alexander* A. Theodoro.

LIBELLVS præfecto prætorio[k] datus, pro litis conteſtatione haberi non poteſt. Datum Prid. Kal. Octobris, Agricola & Clementino Conſſ. 231.

2. Idem A. Reſtituto.

FOrmam[l] à præfecto prætorio datam, etſi generalis ſit, minimè legibus vel conſtitutionibus contraria: ſi nihil poſtea ex auctoritate mea innouatum eſt: ſeruari, æquum eſt. Datum Idib. Auguſt. Seuero & Quintiano Conſſ. 236.

3. Imppp. *Valen. Theod. & Arcad.* AAA. Tatiano præfecto prætorio.

SI quos iudices vel[m] propter aduerſam & longinquam corporis valetudinem, vel propter negligētiam[n], aut furtum, vel ſimile aliquod vitium ſublimitas tua[o] inutiles eſſe repererit: his ab adminiſtratione remotis, & vice eorum alijs ſubrogatis, furibúſque pœnis legitimis ſubactis, ad noſtræ manſuetudinis ſententiam non crimina, ſed vindicta referatur. Dat. V. Idus Decem. Cap. Arcad. & Bautone Conſſ. 385.

4. Iidem AA. Addeo comiti & magiſtro vtriuſque militiæ.

DE ordinario iudice ſemper illuſtris eſt cognitio præfecturæ: licèt militari viro ab eo facta fuerit iniuria. Dat. Prid. Kal. Ian. Conſtantino. Theod. A. III. & Habundantio Conſſ. 393.

5. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Anthemio præfecto prætorio.

SI qui poſthac velut indebitis oneribus grauati, ad preces crediderint conuolandum, ſiue de nauicularijs rationibus, ſiue tranſuectionibus: reſcripta, quæ de omnibus his atque huiuſmodi ordinationibus emitti contigerit, ad ſedē ſublimitatis tuę reſcribantur. Dat. Idibus Decembris, Stilicone II. & Anthemio Conſſ. 405.

*Quidam libri notant hic deſiderari Græcam conſtitutionem. Eius epitomen ex Ecl. Baſilicôn putat Leunclaius hanc eſſe.*

VI.

PRæfectorum[p] prima ſit ante vniuerſos ſedes: poſt eos, ſenatorum.

[a] Præmia benemeritis tribuenda. [b] Honor vnius alterius damno eſſe non debet. [c] ſed ei cuius. [d] 9. *Cod. Theodoſ.* 44. [e] *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui.* [f] *v. l. 8. ff. de varijs & extraord. criminib. l. 28. §. 7. ff. de pœnis.* [g] De origine, officio, potētia & inſignibus Præfectorū Prętorijs vide Petrū Fabrū 1. *ſem.* 1. 2. 3. eorū poteſtas dicitur ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα à Zoſimo. [h] Rolandus à Valle 1. *conſil.* 70. refert *nu.* 16. Præfectis Prætorio exæquari ſenat⁹ & parlamēta. Forcatulus verò Conestabilem *c. 17. Penus iuris ciuilis nu.* 1. Sed Papo confert cum eo quē nunc Cancellarium vocamus 3. *notar.* 7. *fol.* 495. & malè meo iudicio. Galli eos olim appellarūt *Maires du palais*, quorum dignitas magna fuit tempori⁹ Merouingiorum. [i] Duo in vrbe fuerunt tempore Iuſtiniani Præfecti Prætorio Orientis *l. 54. §. de epiſcopis:* & ſub eorum cura diœceſes quinque, Oriens, AEgyptus, Aſiana, Pōtica, Thracia. & cuiuſcumque diœceſeos prouinciæ variæ, quibus præſidentes dabātur. Fuit & alius Præfectus Prætorio Illyrici: & ſub eius diſpoſitione diœceſes duæ Macedonia & Dacia. Fuit etiam quodam tempore ſub Iuſtiniano præfectus Prætorio Italiæ de quo *Nouel. 69. & 70.* [k] Aliud ſi principi *l. 1. §. quando libellus princıpi.* [l] Formas præfectorum prætorio Græci vocant ἐπαρχικὰ de quibus *v. Cuiac. 6. obſ.* 10. *adde l. 16. j. de iudic. l. 27. j. de fideiuſſor.* [m] Ob aduerſam valetudinem, negligentiam vel furtum, iudex remoueri poteſt. [n] *adde l. 14. in f. ff. de off. præſid.* [o] *l. 38. j. de decurionibus.* [p] interpretatio Leunclaij.

## DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETOrio Africæ, & de omni eiuſdem diœceſeos ſtatu, Tit. XXVII.

*In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus, Alamanicus, Gotthicus, Germanicus, Francicus, Anticus, Alanicus, VVandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, ſemper Auguſtus, Archelao præfecto prætorio Africæ.*

QVAS gratias, aut quas laudes Domino Deo noſtro Ieſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens noſtra poteſt concipere, nec lingua proferre. Multas quidem & antea à Deo meruimus largitates, & innumerabilia circa nos eius beneficia confitemur, pro quibus nihil dignum nos egiſſe cognoſcimus, præ omnibus tamen hoc, quod nunc omnipotens Deus per nos pro ſua laude & pro ſuo nomine demonſtrare dignatus eſt, excedit omnia mirabilia opera, quæ in ſeculo contigerunt: vt Africa[a] per nos tam breui tempore reciperet libertatem, antea nonagintaquinque[b] annos à VVandalis captiuata: qui animarum fuerant ſimul hoſtes, & corporum. nam animas quidem diuerſa tormenta atque ſupplicia non ferentes, rebaptizando[c] ad ſuam perfidiam transferebant: corpora verò liberis natalibus clara, iugo barbarico duriſſimè ſubiugabant. Ipſas quoque Dei ſacroſanctas eccleſias ſuis perfidijs maculabant: aliquas verò ex eis ſtabula[d] fecerunt. Vidimus[e] venerabiles viros, qui abſciſſis radicitus linguis pœnas ſuas miſerabiliter loquebantur. Alij verò poſt diuerſa tormenta per diuerſas diſperſi prouincias, vitam in exilio peregerunt. Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum ſeruum ſuum[f], eccleſiæ ſuæ iniurias vindicare dignatus eſt, & tantarum prouinciarum populos à iugo ſeruitutis eripere? quod beneficium Dei anteceſſores noſtri non meruerunt: quibus non ſolùm Africam liberare non licuit. ſed & ipſam[g] Romam viderunt ab eiſdem VVandalis captam, & omnia imperialia ornamenta in Africam exinde tranſlata. Nunc verò Deus per ſuam miſericordiam non ſolùm Africam, & omnes eius prouincias nobis tradidit, ſed & ipſa imperialia ornamenta, quę captâ Româ fuerant ablata, nobis reſtituit. Ergo poſt tanta beneficia, quæ nobis diuinitas contulit, hoc de Domini Dei noſtri miſericordia poſtulamus, vt prouincias, quas nobis reſtituere dignatus eſt, firmas & illæſas cuſtodiat: & faciat nos eas ſecundùm voluntatem ſuam ac placitum gubernare: vt vniuerſa Africa ſentiat ‖ omnipotentis ‖ Dei miſericordiam: & cognoſcant eius habitatores, à quam duriſſima captiuitate & iugo barbarico liberati, in quanta libertate ſub feliciſſimo noſtro imperio degere meruerunt. Hoc etiam deprecantes exoramus ſanctæ & glorioſæ ſemper virginis & Dei genitricis Mariæ precib⁹: vt, quicquid minus eſt reipublicæ noſtrę, per nos vltimos ſeruos ſuos reſtituat in ſuo nomine Deus, & dignos nos faciat ſeruitium eius adimplere. 1 ¶ Deo itaque auxiliante pro felicitate reipublicæ noſtræ per hanc diuinam legem ſancimus, vt omnis Africa, quam nobis Deus præſtitit, per ipſius miſericordiam optimum ſuſcipiat ordinē, & propriam[h] habeat præfecturam: vt ſicut Oriens, atque Illyricum: ita & Africa prætorianâ maximâ poteſtate ſpecialiter à noſtra clementia decoretur. Cuius ſedem iubemus eſſe Carthaginem[i]: & in præfatione publicarū chartarum præfecturis alijs eius nomen adiungi. quam nunc ſe tuam excellentiam gubernare decernimus. 2 ¶ Et ab ea auxiliante Deo ſeptem prouinciæ cum ſuis iudicibus diſ-

[a] Africa de Vandalis recepta à Iuſtiniano. [b] Quot annis à Vandalis Africa fuerit occupata. [c] Vandali Anabaptiſmo polluti. hoc forte didicerant à Donatiſtis. [d] *v. Optatum contra Donatiſtas.* [e] Nota Iuſtinianū vidiſſe Chriſtianos, quibus Vandali linguam exciderant, nec tamē eis loquēdi facultatē ademerāt. Hac ſęuitia Honoric⁹ vſus eſt aduerſus catholicos, cùm ab ijs impetrare non poſſet vt Arrij doctrinam ſequerētur. Legimus quoque mutum quendā ita natū, poſt abſciſſam linguam ſtatim loquutum & refutaſſe Arrianorū hæreſim & de fide Chriſtiana veras voces emiſiſſe, idque vidit Marcellus Comes. Idem ſe vidiſſe in multis refert AEneas Gazeus *in Theophraſto.* Idem viſum fuiſſe Conſtātinop. refert Procopius *lib. de bello Vandalico:* & ex his duos, cū ſe ſcortis miſcuiſſent, loqui deſijſſe. His adde Victorē Vticenſem *lib. de perſecutionib. Africæ:* & Paulum Diaconum *in Odoacri: v. Cuiac. 19. obſ. 6.* Forcatulus *in Cupidine iuriſperito. c. vlt. inf.* & hoc etiam de Argonaui refert ex Valerio Flacco: Venturos inquit, canit errores, canit & Iouis iras Vocibus humanis, ſtellati conſcia cœli. Nam quod de aſina Baleami adfertur *Num. c. 22.* non magis huc pertinet, quā illud Liuij Bouem in Capitolio locutam. [f] Magiſtratus ſeruus Dei. [g] Roma à Vandalis capta. [h] Africa, tempore Iuſtiniani, proprium habuit Præfectum Prętorio. [i] Hæc eſt illa Carthago Romani imperij ęmula *Strabo lib. 17. in f.* cōdita à Didône & colonis Tyrijs *Virg. 1. AEneidos ver. 15. 16. Tertullian. lib. de Monogamia: & Apologetico aduerſus gentes. Strabo lib. 17. in f.* ſeptuaginta duobus annis ante Romam, vt ex Trogo refert Iuſtinus *lib. 18.* aut 112. vt vult Ioſephus 1. *contra Apionem:* euerſa à Scipione 2. *Flor. 5.* reſtaurata ab Auguſto. *Strabo lib. vlt. Pompon. Mela. 1. c. de Africa: Plin. lib. 5. Plutarch. in Iul. Cæſare:* capta à Vandalis *Procop. 1. de bello Vandalico:* recuperata à Beliſario Iuſtiniani præfecto *Procop. ibid.* Princeps olim Africæ *Tertull. lib. de pallio in pr.* hodie vicus mediocris *Leo 5. Afric.*

ponantur: quarum Tingi[a] ‖&,‖ quæ proconſularis antea vocabatur, Carthago, & Byzacium[b] ac Tripolis rectores habeant conſulares: reliquæ verò, id eſt Numidia, & Mauritania, & Sardinia, à præſidibus cum Dei auxilio gubernentur. 3 ¶ Et in officio quidem tuæ magnitudinis, nec non pro tempore viri magnifici præfecti prætorio Africæ, trecentos nonagintaſex viros per diuerſa ſcrinia & officia militare decernimus. In officijs verò conſularium ac præſidum quinquaginta homines per ſingula officia eſſe ſancimus. 4 ¶ Quæ verò emolumenta ſiue magnificentia tua, ſiue conſulares, & præſides, & quod vnuſquiſque ex officio eorum de publico conſequi debeat, notitia ſubter annexa declarat. 5 ¶ Optamus ergo, vt omnes iudices noſtri ſecundùm voluntatem, & timorem Dei, & noſtram electionem atque ordinationem ſic ſuas adminiſtrationes gubernare ſtudeant: vt nullus eorum aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas vel ipſe inferat, vel iudicibus, aut officijs eorum, aut quibuſcumque alijs collatoribus inferre permittat. Licèt enim per omnes prouincias noſtras (Deo iuuante) feſtinemus, vt illæſos habeant collatores: maximè tamen tributarijs diœceſeos Africanæ conſulimus, qui poſt tantorum temporum captiuitatem meruerunt (Deo iuuante) per nos lumen libertatis adſpicere. Ergo iubemus, omnes violentias & omnem auaritiam ceſſare, & iuſtitiam atque veritatem circa omnes noſtros tributarios reſeruari. Sic enim & Deus placabitur. & ipſi poſſunt celeriùs, ſicut collatores alij noſtræ reipublicæ, releuari atque florere. 6 ¶ Sportulas[c] etiam ab officio tam viri magnifici, præfecti ‖ prętorio‖ Africani, quàm reliquorum iudicum ſic exigi iubemus, quomodò in noſtris legibus eſt diſpoſitum: & ab omni republica noſtra cuſtoditur: vt nullus audeat quocumque tempore, vel quocumque modo earum excedere quantitatem. 7 ¶ Hoc etiam præſenti ſanctione credimus ordinandum, vt non multa diſpendia pro completione chartarum, vel codicillorum, vel in noſtro laterculo, vel in ſcrinijs præfecti prætorio per Africam iudices ſuſtinere videantur: quia, ſi ipſi diſpendijs læſi non fuerint, nullam habebunt neceſſitatem eiuſdem noſtræ Africæ tributarios prægrauandi. Iubemus ergo, vt iudices diœceſeos[d] Africanæ tam ciuiles, quàm militares, in noſtro laterculo pro codicillorum atque chartularum promotionis ſuæ conſuetudinibus nihil vltra ſex ſolidos præbeant: at verò in ſcrinio præfectorum non vltra duodecim ſolidos cogantur inferre. quem modum ſi quis exceſſerit: ipſe quidem iudex triginta librarum auri diſpendio ſubiacebit: officium verò eius non ſolùm ſimile diſpendium, ſed & capitale periculum ſuſtinebit. Nam ſi aliquis ex quacumque parte auſus fuerit iuſſiones noſtras excedere, & non feſtinauerit cum Dei timore eas ſeruare: non ſolùm dignitatis aut ſubſtantiæ periculum ſuſtinebit, ſed etiam vltimo ſupplicio ſubiacebit. 8 ¶ Et eſt notitia[e] Deo auxiliante. Pro annonis & capitu[f] pro tempore PP. per totam Africam auri libras centum. Pro annonis Conſularium[g] auri libras 20. Pro annonis Cancellariorum[h] auri libras 7. Item officijs eius ita. In ſcrinio primo hominibus decem pro annonis. 18. pro capit. ſolid. 12. Fiunt ſolid. 148. Item Numerario, pro annonis, ſol. 5. & pro capi. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 46. Secundo pro ann. 3. annuos ſolid. 5. & pro cap. 7. cap. ſolid. 5. & pro cap. 2. cap. ſolid. 4. Fiunt ſol. 16. 3. verò & 4. ad ann. 50. ann. ſolid. 5. & ad cap. 50. cap. ſol. 4. Fiunt 24. Reliquis 3. ad ann. 50. ann. ſolid. 5. & ad cap. 50. ca. ſol. 4. Fiunt ſolid. 28. In ſcrinio ſecundo, vt ſuprà ſcriptum eſt. In ſcrinio tertio, vt ſuprà ſcriptũ eſt. In ſcrinio quarto[i], vt ſuprà ſcriptum eſt. In ſcrinio primiſcrinij, quod eſt ſubadiuuæ[k] hominibus. 10. ann. 14. cap. 12. Fiunt ſol. 116. ſ. Ita primiſcrinio pro ann. 3. ann. ſolid. 5. & pro capitu 2. capitu ſolid. 4. Fiunt ſolidi. 23. Secundo pro ann. 2. ann. ſolidi. vt ſuprà ſcriptum eſt, & pro cap.

[a] Zeugia qua Zeugitana.
[b] à qua Byzacena prouincia l. 2. §. 19. §. 23. j. eod. dux Byzacenę l. 2. j. eo. malè Bizancium: corrupti Hieratiũ, apud Sextum Ruffum.
[c] l. Vlt. j. de annonis.
[d] diœceſis, multarũ prouinciarũ adminiſtratio atq; cõplex⁹.
[e] Notitia, eſt breuis aut libell⁹, in quo deſcriptio ſtatus, adminiſtrationis & diœceſeos alicuius continetur l. 3. l. 5. Co. de aduoca. diuer. l. Vn. j. de excuſa. artif. l. penul. & l. Vlt. j. de diuerſ. off. Hinc de ſtatu imperij ſub Imperatoribus Cõſtantinopolitanis agens liber, *Notitia imperij Romani* inſcribitur: adde & aliam notitiá, q̃ extat in l. 2. §. 9. j. eod. in l. 7. j. de palat. ſacrar. largit. Nou. 8. c. 1. §. 1.
[f] V. j. tit. de annonis & cap.
[g] cõſiliariorũ.
[h] Cãcellarij, iudicũ ſecretarij V. l. 3. l. 5. j. de aſſeſſorib. domeſt. & cancel. iud.
[i] Quatuor hęc erant ſcrinia, memorię, libellorũ, epiſtolarum, diſpoſitionũ l. 20. j. de fide inſtrumentorum: l. Vlt. j. de decurionib. l. 3. j. de off. q. l. 3. 4. 11. j. de proxim. ſacror. ſcrin. l. 2. j. de priuil. eor. quæ in ſacro: Interdũ ſcrinium diſpoſitionum omittitur. l. 5. 6. 10. j. de proxim. ſacror. ſcrin. l. 1. j. de priuil. eor. qui in ſacro. palat Erant & ſcrinia exceptorum, Tabulariorum, Canonum, numerorum, mittendariorum l. Vlt. j. de Veſtibus holobar. l. 7. j. de palatinis ſacra. largit. l. 10. j. de murileg. Fabricarum, barbaricariorum l. 1. j. de præpoſ. agent. in reb. auri ad reſponſum d. l. 7. Hinc ſcriniarij l. Vlt. j. de teſtam. milit. l. Vlt. j. de caſt. pecu. l. 10. j. de numerar. l. Vlt. j. de appar. præfect. prætor. Scrinij magiſter *Lampridius:*
[k] i. adiutoris adiutor l. Vlt. j. de agentib. in reb. cuius munus τῷ βοηθῷ βοηθεῖν *Synesius epiſt. ad Heruntianum. Suidas: l. 3. Cod. Theodoſ. de agentib. in reb.* Ea forma, dicitur ſubcurator l. 30. j. de negotijs. & ſubdoctor ab Auſonio, qui Græcis ὑπόσχολος ordinarij doctoris vicarius, morum κοσμητὴς *Ioſeph. Scalig. lib. 1. lect. Auſonianarum c. 15.*

capit. ſolid. vt ſuprà ſcriptum eſt. & fiunt ſolidi 16. Tertio & quarto pro ann. 1. annona, ſolidorum vt ſuprà ſcriptũ eſt, & pro ca. 1. cap. ſolidorum, vt ſuprà ſcriptum eſt. Fiunt ſolidi 23. Reliquis hominibus 6. ad ann. 1. annona ſolidi. 5. & pro capitu. capit. ſolidi 4. Fiunt ſolidi 58. In ſcrinio commentarienſis[a] hominibus. 12. ann. 17. capitu. 4. Fiunt ſolidi 153. Primo commentarienſi. an. 3. ſol. 5. pro cap. 2. capitu. ſol. 4. Fiunt ſolid. 23. Sequentes homines. 3. ad an. 2. an. ſol. 5. pro cap. 2. ca. ſol. 4. Fiunt ſolidi 48. Reliqui homines 8. ad ann. 1. ann. ſolid. 5. & cap. 1. capit. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 27. In ſcrinio ab actis hominibus. 10. ann. 14. capit. 12. ſolid. 118. Ita primo ann. 3. pro ann. 1. ſolid. 6. capit. 2. capit. ſol. 4. Fiunt ſolid. 23. Secundo & tertio ad ann. 2. an. ſolid. 5. & ad capit. 2. cap. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 32. Reliquis 17. ad ann. 1. ſolid. 5. ad cap. 1. cap. ſolid. 8. Fiunt ſolid. 64. ¶ In ſcrinio libellorum[b] hominibus 7. ann. 6. capit. 6. Fiunt ſolidi 5. pro capit 2. capitu. ſolid. 4. Fiunt ſolidi 16. Secundo 2. pro ann. ſolid. 10. pro cap. 1. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 12. Reliquis hominibus 4. ad an. 1. ann. ſolid. 5. & ad capitu. 1. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 36. ¶ In ſchola exceptorum[c] hominibus 60. ann. 74. ca. 62. ſolid. 618. Ita primo & ſecundo anno 3. pro ann. ſolid. 5. & ad cap. capit. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 46. Alijs hominibus 6. ad ann. 2. an. ſolid. 5. ad cap. 1. cap. ſolid. 4. Fiunt ſol. 116. Reliquis hominibus 10. ad ann. 1. ann. ſolid. 5. & ad cap. 1. cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 115. Reliquis hominibus 44. ad an. 1. ſol. 5. & ad cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 386. ¶ In ſchola ſingularium[d] hominibus 50. an. 3. ca. 1. ſol. 473. Ita 1. ann. 2. an. ſol. 5. ca. 1. cap. ſol. 3. Fiunt ſol. 34. Secundo, tertio & quarto ad an. 5. ann. ſol. 5. & ad cap. 1. ca. ſol 4. Fiunt ſol. 34. S. Reliquis 46. ad an. 1. ſol. 5. & cap. 1. cap. ſol. 4. Fiunt ſolid. 418. ¶ In ſchola mittendatiorum[e] hominibus 50. ann. 52 S.. cap. 50. ſolid. 442. Ita primo anno 2. ann. ſol. 5. & ad cap. 1. cap. ſolid. 4. Fiunt ſolidi 14. Secundo, tertio & quarto ad ann. 1. ann. ſol. 5. & ad cap. 1. cap. ſol. 4. Fiunt ſolid. 34. S. Reliquis hominibus 46. ad ann. 1. ann. ſol. 5. & ad cap. 1. ca. ſolid. 4. Fiunt ſolidi 324. ¶ In ſchola[f] curſorum hominibus 30. ann. 22. S. cap. 30. ſoli. 232. Ita primo anno, ann. ſolid. 5. cap. 1. cap. ſol. 4. Fiunt ſolidi 17. Secundo, tertio & quarto ad ann. 1. S. ann. ſolid. 5. & ad cap. 1. cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 34. S. Reliquis hominibus 26. ad ann. 1. ann. ſol. 5. & ad capitu. 1. cap. ſolid 4. Fiunt ſolidi 234. ¶ In ſchola nomenculatorum[g], hominibus 22. ann. ſol. 5. capitu. 12. ſolid. 4. Fiunt ſolidi 115. Ita, primo ann. ann. ſolid. 5. capit. 1. S. capi. ſolidos 4. Fiunt ſolid. 16. Reliquis hominibus 11. ad ann. 1. an. ſol. 5. & ad capit. 1. capit. ſolid. 4. Fiunt ſol. 99. ¶ In ſchola ſtratorum[h] hominibus 6. ann. 7. capit. 6. ſol. 59. Ita, Primo anno ann. ſol. 5. cap. 1. cap. ſol. 4. Fiunt ſolidi 14. Reliquis hominibus 5. ad ann. 1. ann. ſol. 5. & ad cap. 1. cap. ſolid. 4. Fiunt ſolid. 45. ¶ In ſchola prætorianorum[i] hominibus decem an. 12. cap. 11. ſol. 97. Ita, Primo, annonæ pro ann. 2. ſol. 5. pro cap. ſoli. 4. Fiunt ſol. 16. Reliquis hominibus 9. ad ann. 1. pro ann. ſol. 5. cap. 1. pro capit. ſol. 4. Fiunt ſol. 71. ¶ In ſchola draconariorum[k] hominibus 10. an. 11. ca. 10. S. ſol. 206. Ita, Primo anno, pro ann. ſol. 14. cap. 1. pro ca. 1. ſol. 4. Fiunt ſolid. 16. Reliquis hominibus 9. ad ann. 1. pro ann. ſolid. 5. cap. 1. pro capit. ſol. 4. Fiunt ſolidi 80. ¶ In ſcrinio operum[l] hominibus 20. ann. 24. cap. 21. ſolid. 224. Ita, Primo ann. 3. pro ann. ſol. 5. cap. 2. pro cap. ſol. 8. Fiunt ſol. 24. Reliquis hominibus 3. ad ann. 2. pro ann. ſol. 5. & ad cap. 1. pro cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 62. Reliquis alijs hominib. 6. ad añ. 1. pro añ ſol. 5. & ad cap. 1. pro cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 90. ¶ In ſcrinio arcæ[m], hominibus 20. an. 28. ca. 21. ſol. 224. Ita, Primo ann. 3. pro an. ſol. 5. ca. 2. pro ca. ſol. 4. Fiunt ſol. 23. Reliquis hominibus 4. ad an. 2. pro an. ſol. 5. & ad ca. 1. pro ca. ſol. 4. Fiunt ſol. 42. Reliquis alijs hominibus 6. ad an. 2. ſolid. 5. & ad ca. 1. pro. ca. ſol. 4. Fiunt ſol. 68. Reliquis alijs hominibus 110. ad an. 1. pro ann. ſol. 5. & ad cap. 1. pro cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 90. ¶ In ſchola[n] chartulariorum[o] hominibus 50. an. 58. ca. 2. pro ca. ſol. 4. Fiunt ſol. 24. Ita, Primo ann. 3. pro an. ſol. 5. ca. 2. pro ca. ſol. 4. Fiunt ſol. 23. Reliquis hominibus 3. ad ann. 2. pro an. ſol. 5. & ad cap. 1. pro ca. ſol. 4. Fiunt ſol. 48. Reliquis alijs hominibus 6. ad an. 1. pro añ. ſol. 5. & ad ca. 1. pro cap. ſol. 4. Fiunt ſol. 49. Reliquis hominibus 40. ad ann. 1. pro an. ſol. 5. & ad cap. 1. pro capit. ſolidi 4. Fiunt ſolidi 360. Fiunt homines 396. ann. 499. ſol. 2. 490. cap. 420. Fiunt ſol. 4. 73. 3. 682. Item pro an. & cap. cenſualium ſol. 449. Officiorum eius ſolidi 160. poteſt medi ho-

[a] Commẽtarienſis, cuius manu actus ſubnotantur l. 45. §. 7. ff. de iure fiſci.
[b] nota de ſcrinio libellorum.
[c] l. 5. l. 2. j. de prox. ſacrorum ſcrin. l. 5. l. 7. l. Vlt. j. de pala. ſacrar. largit. l. Vlt. j. de re milit. l. Vlt. j. de caſtr. pec. l. 5. j. de numerarijs.
[d] Singulares ſiue ſingularij, qui ſingulis ſiue ſinglis .i. abreuiaturis ſcribebãt. Sic ſingula, ſingla, ſigla, & tandem vigla. Notæ diſtãt à ſinglis. Sigla, ſunt ſingulares literæ: notæ, non ſunt literæ. A ſiglis ſingularij, vt à notis notarij V. Cuia. 12. obſ. Vlt.
[e] l. 3. l. 7. 8. j. de palat. ſacrar. largit.
[f] Nota de ſchola curſorum.
[g] Alio ſenſu accipitur hîc, quàm in lege 7. §. 5. ff. de oper. libert.
[h] ſtatorum V. j. de ſtratorib.
[i] Prætoriani, milites præfectorum prætorio Græcis δορυφόροι V. Petr. Fabr. 1. ſemeſt. 3.
[k] Ii dracones ferebant ad prælium. Draco ſignũ militare cohortis. Primũ ſignum totius legionis aquila V. Vegetium 2. c. 13.
[l] nota de ſcrinio operum.
[m] hinc arcarij, Præpoſiti his ſuſcipiendis quæ in arcam præfecti prætorio inferuntur V. j. de ſuſceptorib. præpoſ. & arc.
[n] Schola, corpus & collegium militantium. quidam interpretantur, locum in quo militant: meo tamen iudicio malè.
[o] de quibus dicam j. de numerarijs, actuarijs & chartularijs.

minibus 5.an.48.capit.18.ſol.418. Ita, Primo anno pro an. 15.cap.5.ſolid.5. Secundo pro an.10.cap.5.ſol.70. Reliquis hominibus 3.ad an.8.& ad cap.2.ſol.150. 7 ¶ Grammaticis[a] hominibus 2.ad an.10.& ad cap.2.ad ſol.70. ſortitas. 8 ¶ Oratoribus[b] hominibus 2.ad an.10. cap.5.ad ſol. 70. 9 ¶ Hæc igitur, quæ pro diſpendijs, ciuilibus iudicibus Africæ, eorúmque officijs, id eſt tam ſcriniarijs[c] ampliſſimæ eius præfecturæ, quam cohortalibus[d], per hanc diuinam conſtitutionem ſtatuimus: tua magnitudo cognoſcens, ex Kal. Septemb. futuræ tertiæ decimæ indictionis effectui mancipari, obſeruaríque procuret, atque edictis publicis omnibus innoteſcat. His ſcilicet, qui ordinati fuerint à tua ſublimitate ſecundùm præſentem diuinam conſtitutionem, firmitatem ſui ſtatus in perpetuo habituris. Nam Deo iuuante de militaribus iudicibus, & de officijs eorum, & de alio noſtro exercitu per aliam ſanctionem ſtatuemus. Dat. Conſtantin. DN. Iuſtiniano PP.

## 2. Idem A. Beliſario magiſtro militum per Orientem.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad omnia conſilia omnéſque actus ſemper progredimur. per ipſum enim iura imperij ſuſcepimus. per ipſum pacem cum Perſis in æternum confirmauimus. per ipſum acerbiſſimos hoſtes, & fortiſſimos tyrannos deiecimus. per ipſum multas difficultates ſuperauimus. per ipſum Africam defendere, & ſub noſtrum imperium redigere, nobis conceſſum eſt. per ipſum quoque, vt noſtro moderamine rectè gubernetur, & firme cuſtodiatur, confidimus. Vnde per eius gratiam etiam ciuilium adminiſtrationum iudices & officia ſingulis Africanis prouincijs conſtituimus attribuentes quidem emolumentum, quod vnuſquiſque percipere debeat. Ad eius igitur prouidentiam etiamnum animum noſtrum referentes, & armatas militias, & duces militum ordinare diſponimus. 1 ¶ Sancimus itaque, vt dux militum Tripolitanæ[e] prouinciæ in Leptimagnenſi[f] ciuitate ſedes interim habeat. Dux verò Byzacenæ[g] prouinciæ ‖&‖ in Capſa & altera[h] Lepte ciuitatibus interim ſedeat. Dux verò Numidiæ[i] prouinciæ in Conſtantinenſi[k] ciuitate ſedes interim habeat. Dux autem Mauritaniæ[l] prouinciæ in Cæſarienſi[m] ciuitate interim ſedeat.

2 ¶ Iubemus etiam: vt in traiectu: qui eſt contra Hiſpaniam, qui Septa[n] dicitur: quantos prouiderit tua magnitudo, de militibus vnà cum tribuno ſuo homine prudente, & deuotionem ſeruante reipublicæ noſtræ, per omnia conſtituas: qui poſſint & ipſum traiectum ſemper ſeruare, & omnia, quæcumque in partibus Hiſpaniæ vel Galliæ ſeu Francorum[o] aguntur, viro ſpectabili duci denunciare, vt ipſe tuæ magnitudini referat. In quo traiectu etiam dromones[p], quantos prouideris, ordinari facias.

3 ¶ In Sardinia[q] autem iubemus ducem ordinari: & eum iuxta montes, vbi Barbaricæ gentes videntur ſedere, habentem milites pro cuſtodia locorum, quantos & ibi tua magnitudo prouiderit. 4 ¶ Et homines diligenter pro commiſſis ſuę cuſtodiæ prouincijs inuigilent: & ab omni hoſtium incurſione ſubiectos noſtros tueantur illæſos: & feſtinent die noctéque Dei inuocando auxilium, & diligenter laborando, vſque ad illos fines prouincias Africanas extendere, vbi ante inuaſionem VVandalorū & Maurorum reſpublica Romana fines habuerat, & vbi cuſtodes antiqui ſeruabant: ſicut ex clauſuris[a] & burgis[b] oſtenditur. maximè autem ciuitates, quæ prope clauſuras & fines antea tenebantur, cùm eſſent ſub Romano imperio conſtitutæ, auxiliante diuina miſericordia cùm hoſtes per partes expelluntur, feſtinent comprehendere atque munire: & in illis duces & milites per partes accedant, vbi antea fines[c] & clauſuræ prouinciarum erant, quando integræ Africanæ ſeruabantur ſub Romano imperio prouinciæ, quod Deo annuente (cuius auxilio nobis reſtitutæ ſunt) ſperamus citò noſtris prouenire temporibus: & vt in ſecuritate & pace prouinciæ cum antiquis finibus integræ ſeruentur, & vigilijs ac laboribus deuotiſſimorum militum, & cura ſpectabilium pro tempore ducum cuſtodiantur illæſæ: quoniam ita conuenit, vt ſemper cuſtodes fines prouinciæ ſeruent: ne detur hoſtibus licentia incurrendi aut deuaſtandi loca, quę noſtri ſubiecti poſſident. 5 ¶ Quantos autem milites, ſiue pedites, ſiue equites, per vnumquemque limitem collocari oportet ad cuſtodiendas prouincias & ciuitates, tua magnitudo, prout conſiderauerit, ordinet, & nobis referat: vt, ſi præuiderimus ſufficientem eſſe ordinationem, confirmemus eam: ſin autem perſpexerimus & aliquid amplius fieri, vt eam augmentemus. 6 ¶ Quid autem[d] ſtipendiorū nomine pro ſe ſuíſque hominibus, & quid eius officium conſequetur: hoc in ſubdita declaratur notitia. 7 ¶ Sicut ergo prædictum eſt, interim nunc duces ac milites ſecundum noſtram diſpoſitionem in locis ſeu ciuitatibus, in quibus iuſſimus, ſedeant, donec Deo auxiliante nobis ac reipublicæ noſtræ per labores noſtros in illis locis conſtitui poſſint, in quibus vniuſcuiuſque prouinciæ antiquus limes conſtitutus erat, quando florente Romana republica memoratæ prouinciæ integræ tenebantur.

8 ¶ Pro limitaneis verò ordinandis neceſſarium nobis eſſe videtur, vt extra Comitatenſes milites, qui[e] per caſtra ſunt, milites limitanei conſtituantur, qui[f] poſſint & caſtra & ciuitates limitis defendere, & terras colere: & vt alij prouinciales videntes eos per partes[g], ad illa loca ſe conferant. Et exemplum[h] fecimus vnius numeri limitaneorum: vt ſecundùm exemplum, quod nos miſimus, per caſtra & loca, quæ prouiderit tua magnitudo, eos ad ſimilitudinem noſtri exempli ordinet: ſic tamen vt: ſi inueneris de prouincijs idonea corpora aut de illis, quos antea milites habebant: limitaneorum conſtituas numero in vnoquoque limite: vt, ſi aliqua forſitan commotio fuerit, poſſint ipſi limitanei[i] ſine Comitatenſibus militibus vna cum ducibus ſuis adiuuare loca, vbi diſpoſiti fuerint non longè limitem exeuntes, nec ipſi limitanei, nec duces eorum: vt nullum etiam diſpendium à ducibus[k] vel ducianis prædicti limitanei ſuſtineant, nec aliquas[l] ſibi conſuetudines de eorum ſtipendijs per fraudem ad ſuum lucrum conuertant. Hæc autem non ſolùm in limitaneos volumus obſeruari, ſed etiam in Comitatenſes milites. ¶ Et vnumquemque ducem & tribunos eorundem militum iubemus: vt ſemper milites ad exercitationem[m] armorum teneant, & non concedant eos diuagari, vt, ſi quando neceſſitas cōtigerit, poſſint inimicis reſiſtere: & nullum audeant duces aut tribuni commeatalem[n] de ipſis dimittere: ne, dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant prouincias. Nam ſi vſurpauerint memorati duces, vel officia eorum, ſeu tribuni, commeatalem de militibus relinquere, aut aliquod lucrum de eorum emolumentis ſibi acquirere. hoc non ſolum in quadruplum iubemus publico rependere, ſed etiam dignitate eos priuari. Magis enim debent & duces & tribuni ſupra deputata ſibi emolumenta ſecundum labores ſuos de noſtra largitate remunerationem ſperare, & non de commeatis[o] militum aut eorum ſtipendijs lucrum ſibi acqui-

[a] adde l. 2. l. vlt. C. de profeſſorib. [b] d. l. 2. d. l. vlt. [c] σκεινιάειος ὁ χαρτοφύλαξ author etymologici χαρτυλάειος τοῦ ἐπάρχου Suidas, memorialis Præfecti prætorio, magiſtri militū, comitis vtriuſq; ærarij. Procōſul Aſiæ & Caſtrenſis ac Palatij ſuos habere ſcriniarios v. C. de numer. act. char. adiutoribus, ſcriniarijs. [d] cohortales officiales præſidum, cōſularium, correctorum v. C. de cohortalib. [e] quæ Oroſio & Aethico Subuentana & Arzugum, hodie fortè Gare gare, v. Orteliū. Quę hodie Africæ Tripolis nominatur, noua eſt, ab Africanis extructa circa veterem deſtructam à Mauris v. Leon. 5. Africæ. [f] Lepti magnæ. Leptis magna hodie Lebida. [g] v. l. 1. §. 2. C. eo. [h] i. parua, quę hodie Africa nuncupatur. [i] quæ hodie Biledulgerid Ioh. Leo in ſua Africa. [k] Ea fuit à Romanis ædificata, de qua vide Leonē lib. 5. ſuæ Africæ. [l] Mauritaniæ Hal. Mauritania (Hæbræis *Phut*) duplex, Tingitana, quæ & etiam Bogudiana, Mauritania, Sitifenſis, Hiſpania Transfretana, Hiſpania Tingitana, inferior Mauritania. Hodie regnū Marrochi nuncupatur, ſi Antonio Curioni: regnū Fezzæ, ſi Nigro credimus. Altera Cæſarienſis, quæ Maſilia & Maſſæſylia: hodie regnū Tremeſſenum. [m] v. *Procopium lib. 6. de ædificijs Iuſtiniani.* Hic traiectus hodie dicitur, *Eſtroit de Gibraltar & de Marroch.* Theuetus dicit ab Aethiopibus Gebethon, Gebettharat & Zuchat nuncupari. [n] hanc hodie nuncupari Cabo Figato refert Pinetus. [o] Franci tempore Iuſtiniani Gallias occupabant, nec ijs imperabat Iuſtinianus, vt hic liquet: & tamen ſe Francicum appellat multis locis & inſcriptionibus. fortè quòd dux quidam Francorum à Narſete Iuſtinianei exercitus duce, prope Tarentum fuerat ſuperatus: cùm 22. antea annis Franci Theodeberto rege duos inſtructiſſimos exercitus Iuſtiniani & Gothorum (qui in procinctu erant, vt inter ſe dimicarent de Mediolani poſſeſſione) fudiſſent v. *Procop. lib. 1. de bello Gothor.* [p] Dromones, nauigij longioris & ad curſum expediti genus *Iſidor. 19. Etymologiar. 1. Caſſiodor. 5. Variar.* Dromoni contrarius muſculus, curtum nauigij genus *Zonar tom. 3. in Mauricio & Iuſtiniano Rhinotmeto.* A Dromone, Dromonarij *Caſſiodorus 2. & 4. Variar.* [q] §. 3. §. 19. *inf.* C. *eod.*

[a] quæ clauſuræ v. l. 4. C. *de off. magiſt. off.* [b] Hæc vox deducitur à voce Græca πύργος Vegetius *lib. 4.* Caſtellum paruum, burgum vocat. Paulus Oroſius in Valentiniano, crebra per limitē habitacula conſtituta Burgos vulgò appellat. Eadem vox reperitur in lege penultima C. *de fundis rei priuatæ* v. *Cuiac. 3. obſ. 24.* A burgis dictos Burgundiones Paulus, Luitprandus & Iſidorus exiſtimāt v. *Pithœum 1. aduerſ. 14.* [c] Imperatores Romani habuerunt in limitibus τὰ ὀχυρώματα, quæ ipſi cluſuras appellant. id ab Hadriano videtur inſtitutū. Spartianus, Per ea tempora & alia, frequenter in plurimis locis, in quibus Barbari non fluminibus, ſed limitibus diuiduntur, ſtipitibus magnis in modū muralis ſepis funditus iactis atque connexis barbaros ſeparauit. Hæc ille. Harū cluſarum vel cluſorum propugnacula caſtella (vnde caſtellani milites) & burgi. De ea re alibi dicam v. *Pithœum d. loco.* [d] Ducis vocabulum hîc nomen dignitatis. hinc dux militum Tripolitanæ prouinciæ, Byzacenæ, Numidiæ, Mauritaniæ §. 1. C. *eo.* Sardiniæ 13. C. *eo.* [e] nec. n. omnes comitatenſes in caſtris: ſed in aula & comitatu principis *l. 2. C. de priu. cor. qui in ſacr. palat. l. 13. C. de re militar.* [f] Limitanei milites vnde dicti, & corū munus. [g] Per partes, i. interdū: aut diſpoſitos in illis partibus. Partes. n. pro regione vſurpauit ſuperius §. 2. [h] Exemplum poſſis Gallicè interpretari *Vn eſtat.* [i] Limitanei a comitatenſibus differunt. illorum proprium munus eſt, in limite tuendo verſari: horum extra ordinem C. *eo. ibi qui per caſtra ſunt.* A comitatenſibus comitatēſes legiones *l. 7. C. de palat. ſacr. larg.* comitatēſes numeri *l. 14. C. de re militari.* [k] Nota de ducibus vel ducianis limitaneorum militum. [l] aliqua ſibi conſuetudine de eorū &c. [m] v. *Veget. de exercen. tyron. 1. de re milit. 9. & ſeq.* [n] Commeatalis miles, is eſt cui in ſtipendij partem dātur alimenta, ex commeatu ac alimento publico. [o] Alij legunt *commeatib.* Commeatus militum vel commeata, ſunt cibaria & alimēta exercitus.

acquirere:quoniam ideo ordinati ſunt milites, vt per ipſos prouinciæ vindicentur: præcipuè cùm ſufficienter & ipſis ducibus & eorum officijs emolumenta præſtitimus, & ſemper prouidimus vnumquemque ſecundùm labores ſuos ad meliores gradus & ad maiores dignitates perducere. 10 ¶ Poſtquam verò Deo placuerit, & per tuam magnitudinem limes omnis in antiquum ſtatum peruenerit, & benè ordinatus fuerit: tunc, vbicumque neceſſitas emerſerit, viri ſpectabiles duces inuicem ſibi, quando vſus exegerit, auxilium præbeant: vt prouinciæ ſeu limites, eorum vigilijs & laboribus (Deo iuuante) illæſi cuſtodiantur. 11 ¶ Sicut autem iubemus audaces & feroces contra inimicos iudices ac milites noſtros eſſe: ſic volumus eos mites & beneuolos circa collatores [a] noſtros exiſtere, & nullum damnum nullámque læſionem in eos efficere. Sin autem quiſquam de militibus auſus fuerit quamcumque læſionem tributarijs [b] noſtris inferre: periculo viri ſpectabilis ducis ſeu tribuni & principis digna vindicta afficiatur, vt indemnes tributarij noſtri cuſtodiantur 12 ¶ Si verò pro quibuſdam cauſis interpellatio apud noſtros iudices facta fuerit: iubemus, non ampliùs ſportularum nomine, quam noſtris legibus definitum eſt, executores accipere, pœnam eiſdem legibus inſertam ex transgreſſione formidantes. 13 ¶ Cùm autem Deo annuente Africanæ noſtræ prouinciæ per tuam magnitudinem ſecundùm noſtram diſpoſitionem ordinatæ, & limites in antiquum ſtatum reducti: & omnis Africa ſic detenta fuerit, ſicut erat: cum ergo hæc omnia, (Deo iuuante) pręſente tua magnitudine, diſpoſita & perfecta fuerint: &, per labores tuos [c], ‖antiquos‖ fines omnes Africa receperit: & docuerit nos de omni ordinatione totius Africanæ diœceſeos, id eſt, quanti & qui milites in quibus locis vel ciuitatibus conſtituti ſunt, & quanti limitanei, & in quibus locis & militijs collocati ſunt: tunc iubemus tuam magnitudinem ad noſtram clementiam remeare. 14 ¶ Interea verò ſi aliquas ciuitates ſeu caſtella [d] per limites conſtituta prouiderit tua magnitudo nimiæ eſſe magnitudinis, & propter hoc non poſſe benè cuſtodiri: ad talem modum ea conſtrui diſponat, vt poſſint per paucos benè ſeruari. 15 ¶ Cùm autem magnitudo tua, omnibus diſpoſitis, ad nos remeare iuſſa fuerit: tunc duces vniuſcuiuſque limitis: quotiens pro componendis ciuitatibus aut caſtris [e], & pro ſtipendijs ſuis, aut pro annonis aliquod opus habuerint: celeriùs ad virum magnificum præfectum per Africam ſignificent: vt ipſe, quæ neceſſaria fuerint, feſtinet facere, ne aliqua protractio prouincijs noceat. 16 ¶ Ea verò, quæ ipſe fecerit, vel quæ adhuc neceſſariò procuranda ſunt poſtea, & memoratus vir magnificus præfectus ‖ prætorio‖ Africæ, & viri ſpectabiles duces, & de alijs omnibus, quæ ibi aguntur, frequenter ad nos referant: vt benè facta confirmemus: & quæ oportuniùs debent fieri, ex noſtra diſpoſitione peragantur. 17 ¶ Hoc etiam decernimus, vt iudices, qui ordinandi ſunt per Africanos limites, nihil ampliùs in ſacratiſſimo palatio [f] cuilibet perſonæ, aut dignitati, vel in prætorio [g] per Africam præfecturæ & magiſteriæ [h] poteſtati præbeant, niſi quantum ſubter annexa declarat notitia [i]. nam ſi quis amplius, quam in ſubdita notitia taxatum eſt, vſurpauerit ſeu acceperit, triginta libras auri multæ depēdat nomine, cum quo & periculo indignationis noſtræ ‖ſerenitatis‖ ſubiacebit. nulla alia qualibet perſona aut dignitate aut officio accipiente aliquid ab eis, præter illos, quorum nomina in ſubiecta notitia continentur. 18 ¶ Ad hoc iubemus, vt (Deo iuuante) vnuſquiſque dux ſeu eorum officia, [k] ſecundùm quod notitia ſubter annexa continet, emolumenta ſua ex tributis Africanæ prouinciæ ex Kalendis Septembris inſtantis feliciſſimæ tertiæ decimæ indictionis percipiant. 19 ¶ Et hæc notitia [l], Deo volente, debet delegari Ducibus, & eorum officijs in Africa conſtitutis pro annonis & capitu per ſingulos annos præbendis. Ita, Clariſſimo viro duci Tripolitanæ prouinciæ & hominibus eius ſingulis ſol.5.cap.159. ſingulis caput. ſol. 783. Adſeſſori ducis, & officio ac hominibus eius, 40. ann. 96.s.ſing.ann.cap.ſol.6. Simul fiunt pro ann. & cap. ſol. 674. Diuiduntur ſic, Adſeſſori in ann. 8. cap. 4. Primicerio [m] in ann. 8. cap. 2. Ducenarijs 3. ad ann. 6. ſol. fiunt ann. capitis fiunt capitum. cap. Centenarijs [n] 6. ann. 5. ſunt. Fiunt ann. 4. & ad cap. 1. fiunt ann. 16. & ad cap. 3. fiunt cap. 8. Circitoribus [o] 9. ſemis. Alijs 11. ad an. 1. s. fiunt ann. 14. ſunt. & ad cap. 3. fiunt cap. 11. Item viro clariſſimo duci Byzacenæ prouinciæ & hominibus eius ann. 190. ſingulis in an. ſol. 5. cap. 158. ſingulis cap. ſol. 10. Simul fiunt pro ann. cap. ſol. 670. omnes. Diuiduntur ſic, Adſeſſori in ann. 7. cap. 4. Primicerio in ann. 5. cap. 2. Numerario in ann. 6. cap. 3. Ducenario 4. ad ann. 3. fiunt cap. 3. Centenarijs 6. ann. * ann. 15. & cap. 1. fiunt cap. 7. Circitoribus 9. ad ann. * fiunt ann. 13. & ad cap. 3. fiunt cap. 7. Circitoribus 9. ad an. 2. fiunt 18. & ad cap. fiunt ann. * 13. * cap 9. ſemis. Alijs 11. ad ann. 3. * fiunt ann. 13. s. & ad cap. 11. Item viro clariſſimo duci Numidiæ prouinciæ, & hominibus eius ann. 190. ſingul. an. ſol. 8. cap. 158. ſingulis cap. ſol. 9. Simul fiunt pro ann. & cap. ſol. 351. 34. Adſeſſori ducis & officio eius, hominibus 40. ann. & cap. ſol. 5. capit. 49. ſinguli capit. ſol. 5. cap. 47. 2. ſingulis capit. ſol. 3. Simul fiunt pro ann. & capit. ſol. 164. s. Diuiduntur ſic, Adſeſſori in ann. 13. cap. 6. Primicerio * ann. cap. 3. Numerario [a] in annum 4. * Fiunt ad ann. 16. & ad capit. 5. Centenarijs ad ann. 11. s. Fiunt duodecim. & ad cap. capita. 6. Biarchis 8. Circitoribus [b] 9. ad ann. 2. fiunt ann. 127. & ad cap. 3. fiunt cap. 8. ſemis. Alijs 11. ad ann. 2. fiunt ann. 16. ſunt 15. & ad cap. 3. fiunt cap. 11. Item viro clariſſimo duci Mauritaniæ prouinciæ & hominibus eius ann. 190. ſingulis ann. ſolidi 5. cap. ſolidi 200. 160. 35. Adſeſſori ducis & officio eius hominibus 40. ann. 96. s. * 3. s. fiunt ſimul pro an. & cap. ſol. 670. 3. s. Diuiduntur ſic, Adſeſſori in ann. 9. cap. 4. Primicerio in ann. 5. cap. 1. Numerario in an. cap. 3. Ducenarijs 3. ad ann. 3. s. fiunt an. * & ca. 3. fiunt capit. 2. * Centenarijs 9. ad ann. 10. & ad caput 3. fiunt capita 5. Biarchis [c] 8. Circitoribus ad ann. 8. fiunt ann. 18. & ad cap. 3. fiunt cap. 3. fiunt capit. 11. Item viro clariſſimo duci [d] Sardiniæ inſulæ, & hominibus eius an. 190. ſingulis ann. ſolidi 282. Adſeſſori ducis, & officio eius hominibus 40. ann. 96. s. Singulis ann. ſol. * cap. 48. ſingulis cap. ſol. 9. Simul fiunt pro ann. & cap. 150. 186. Diuiduntur ſic. Adſeſſori ann. 9. & cap. 3. Primicerio in ann. 2. cap. 3. Numerario in annum cap. 3. Ducenarijs [e] 4. ann. 3. ſunt ann. 16. & cap. 3. ſunt & cap. 9. Circitoribus 9. ann. 3. Fiunt ann. 29. & cap. 3. fiunt cap. 9. Circitoribus 9. ann. 3. fiunt ann. 4. cap. 9. ſemis. Alijs 11. ad an. 16. ſunt, & ad ca. 3. fiunt ca. 11. 20 ¶ Notitia conſuetudinum, quas in ſacro laterculo, & in prætorio ampliſſimæ præfecturæ per Africam, & in officio magiſtri militū, pro tempore dux præbere debet vniuſcuiuſque limitis, ſic. In ſacro laterculo ſol. 6. In officio magiſteriæ militum poteſtatis pro inſinuandis adminiſtrationis ſuæ diuinis noſtræ ſerenitatis adfatibus ſolid. 12. In officio ampliſſimæ præfecturæ per Africam pro inſinuandis eiuſdem chartis, ſolid. 12 ¶ Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam ſanctionem noſtra ſtatuit æternitas, effectui ea mancipari obſeruaríque præcipiat. 22 ¶ Emiſſa lex Idibus Aprilibus CP. DN. Iuſtiniano PP. A. IIII. & Paulino V.C. Conſſ. [f] 23 ¶ Et hæc notitia, Deo volente, debet delegari iudicibus, & eorum officijs in Africa conſtitutis pro annonis & capitu per ſingulos annos præbendis. Item viro clariſſimo duci Tripolitanæ prouinciæ, & hominibus eius anno * nonageſimo ſingula annona ſolidos quinque cap. centum quinquaginta nouem ſinguli cap. ſolidos ducentos octoginta duos: adſeſſori ducis, & officio ac hominibus eius quadraginta annis nonaginta & ſeptem. Item viro clariſſimo duci Byzacenæ, & hominib. eius ſimiliter. Item viro clariſſimo duci Numidiæ, & hominib. eius ſimiliter. Itē viro clariſſimo duci Mauritaniæ prouinciæ, & hominibus eius ſimiliter. Item duci Sardini & hominibus eius ſimiliter. 24 ¶ Item notitia conſuetudinum, quas in ſacro [g] laterculo, & in prætorio ampliſſimæ præfecturæ per Africam, & in officio magiſtri militum pro tempore dux præbere ſolet vniuſcuiuſque limitis, ſic: In ſacro laterculo ſex ſolidos. In officijs magiſteriæ militum poteſtatis pro inſinuandis diuinis adminiſtrationibus, ſeu diuinæ ſerenitatis affatibus, ſolidos duodecim. pro officio ampliſſimæ præfecturæ per Africam pro inſinuandis eius chartis ſolidos duodecim. 25 ¶ Gloria itaque tua, quæ per hanc pragmaticam ſanctionem noſtram ſtatuuntur, æternitatis effectui mancipari obſeruaríque præcipiat.

Marginal notes (left column):

[a] ij poſtea dicuntur tributarij, cōferentes tributa V. *Nouel. de collatorib.* 128.
[b] qui tributa conferunt.
[c] fuit n. recuperata à Vandalis Africa, duce Beliſario.
[d] V. §. 4. ſ. *eod.*
[e] hîc iunguntur ciuitates & caſtra, vt ſuperius ciuitates & caſtella §. 14. ſ. *eod.*
[f] Scrinio ſacri laterculi, ſiue palatij. Sacro laterculo pro codicillis ſuarum dignitatū inferebant duces, de quib⁹ §. 8. ſ. *eod.*
[g] Scrinijs & officijs Præfecti Prætorio, pro codicillis ſuarum dignitatum, præſides inferebant.
[h] militaris ſc. Duces militares inferebant, pro codicillis ſuarū dignitatum, ſcrinijs magiſtri militum.
[i] Notitia qd ſit, V. §. 8. ſ. *eo.* Galli, *Eſtat.* Idē quod exemplum §. 8. ſ. *eod.*
[k] i. eorum homines.
[l] V. §. 8. ſ. *eod.*
[m] Primiceriū Græci definiunt τὸν πρῶτον τῆς τάξεως V. j. *de primicerio.*
[n] *l.* 1. j. *de lucris aduocat. l.* 4. j. *de agēti. in reb. l.* 1. j. *de exact. tribut.* Olim centuriones dicebantur 2. *Veget.* 13. Centena, ordo & dignitas promotionis *l.* 1. *Cod. Theod. de Cæſarianis: l.* 1. *Cod. Theod. de murilegul. l.* 5. *Cod. Theo. de decurion.*
[o] V. j.

Marginal notes (right column):

[a] Hi tabulariorum munere fungebantur V. j. *de numerarijs.*
[b] ij vigilias circumibāt, & ſi qua emerſiſſet culpa, renunciabāt 3. *Veget.* 8.
[c] officiales ſunt, victui præfecti, quorum meminit Hieronymus *ad Pammachiū,* hinc Biarchia *l.* 1. j. *de off. magiſtri offic.*
[d] de quo §. 3. ſ. *eod.*
[e] qui ducendis ſcholarib. præſunt *l.* 3. j. *de agentib. in reb. l.* 1. j. *de lucro aduocat. l.* 1. j. *de exact. trib. l.* 9. *Cod. Theod. de exact. tribut.* Cyprianus 1. *Epiſt.* 4. Ducenarius poti⁹ q̄ epiſcopus Meminit huius muneris Nicephorus 6. *c.* 30. Ducenarius Vegetio, qui ducē tos homines ducebat 2. *c.* 8. Hinc ducenaria *l.* 1. j. *de off. magiſt. off.*
[f] i. anno Chriſti 534.
[g] de ſacro laterculo alibi dicam.

## DE OFFICIO PRAEFECTI vrbi [h],

### Tit. XXVIII.

*Cura annonæ pertinet ad præfectum Vrbi, licet conſtitutus ſit ſuper ea ſpecialis præfectus.*

1. Impp. *Valentinianus & Valens* AA. ad Voluſianum præfectum vrbis.

STVDENTIBVS nobis ſtatum vrbis, & annonariam rationem aliquando firmare: in animum ſubijt, eiuſdem annonæ curam non omnibus deferri poteſtatibus. Et ne præfectura vrbis abrogatum ſibi aliquid putaret, ſi totum ad offi-

[h] 1. ff. 12. περὶ ἐπάρχου πόλεως 6. *Eclog.* 4. Hic magiſtratus inſtitutus ab Auguſto, teſte Suetonio & Aurelio Victore.

cium [a] annonarium redundaſſet: eidem [b] præfecturæ ſollicitudinis neceſſitatem mandamus: ſed non ita, vt lateat officium annonariæ [c] præfecturæ: ſed vt ambæ poteſtates, inquantum ſibi negotij eſt, tueantur ciuilem annonam: ſitque ſocietas muneris: ita vt inferior gradus meritum ſuperioris agnoſcat, atque ita ſuperior poteſtas ſe exerat, vt ſciat ex ipſo nomine, quid præfecto debeatur annonæ.

*Præfectus Vrbis in prouincijs agentes non euocat niſi duabus ex cauſis.*

2. Iidem AA. ad Ampelium præfectum vrbi.

QVod promulgatis ſanctionibus tua ſynceritas reſcriptum eſſe non neſcit, etiam ex præcepto noſtro competenter obſeruet: nec quaſdam perſonas de prouincia exiſtimet aduocandas, niſi [d] tantummodò ſuos officiales, & homines populares [e] huius almæ vrbis ſeditioni obnoxios.

3. Imppp. *Valens, Gratianus, & Valentin.* AAA. ad Rufinum præfect. vrb.

PRæfectura vrbis [f] cunctis [g], quæ intra vrbem ſunt, antecellat dignitatibus tantum ‖ex omni parte deriuatis,‖ quantum ſine omni iniuria ac detrimento honoris alieni [h] vſurpat. Dat. 6. Kal. Iul. Valente A. V. & Valentiniano Iun. Conſ. 368.

4. Imppp. *Theod. Valentinianus & Arcad.* AAA. Seuerino comiti ſacrarum largitionum.

OMnia corporatorum [i] genera, quæ in Conſtantinopolitana ciuitate verſantur, vniuerſos quoq; ciues ac populares, præfecturæ vrbanę regi moderamine cognoſcas.

5. Imp. *Theod.* A. Conſtantino præfecto vrbis.

PRimicerius [k] adiutor tuæ ſedis officij per biennium, quod in eodem gradu ex conſuetudine priſcæ ordinationis [l] meruit, curam inſuper perſonarum [m], vſurpatione omni atque ambitione ceſſante, ſuſcipiat. hoc etiã adiecto: vt: ſi quis ex memorato ordine vel conditionis humanæ ſine præuentus, vel alia quacumque ratione, militiæ gradum propriæ amiſiſſe monſtrabitur: ſolitæ ambitionis iniuria vacante, locum is, qui iuxta ‖ matriculæ [n] ‖veritatem ſequitur, obtineat.

## DE OFFICIO MAGISTRI militum [o], Tit. XXIX.

1. Imppp. *Valentinianus, Gratian. & Theod.* AAA. ad Enſignium PP.

VIRI illuſtres comites & magiſtri peditum, & equitum, in [p] prouinciales nullam penitus habeant poteſtatem: nec ampliſſima præfectura in militares viros.

2. Impp. *Honorius & Theod.* AA. ad Hypatium magiſtrum militum per Orientem.

APparitores per Orientem ſtatutos officij [q] tui ad aliud iudicium trahi minimè oportebit. Sciat igitur illuſtris magnificentia tua, ſub te, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter appetantur, eos litigare debere.

3. Imp. *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

EOs, qui [r] vltra ſtatutos in officio magiſteriæ per Orientem poteſtatis militant, ciuilium quoque iudicum ſententijs ſuper quolibet negotio ſubiacere ‖præcipimus:‖ ipſis quinetiam ſtatutis in tributarijs collationibus ciuilium quoque iudicum diſpoſitionibus procul dubio parituris.

4. Imp. *Anaſtaſius* A. Ioan. magiſtro militum per Illyricum.

MIlites de locis, in quibus conſiſtunt, ad [ſ] alia loca ſine ſpeciali noſtræ ſerenitatis auctoritate nullatenus transferri, pręcipimus: ne eorum expenſæ in locis, in quibus conſiſtunt, minuantur. Sed ſi fortè quædam vrgens & neceſſaria cauſa emerſerit: vtilitati ac ſecuritati publicæ tam ampliſſimam prætorianam præfecturam, quam tuam ſedem ſine vlla procraſtinatione proſpicere protinus oportet, & ſuggeſtiones ad noſtras aures

[a] i. ad munus præfecti annonæ ℑ. *eod.* [b] *adde l.* 1. §. 11. ff. *eod.* [c] eadem annonaria poteſtas *l.* 22. *Cod. Theodoſ. de piſtorib.* [d] hinc colligunt, Certis caſibus citationem extra territoriũ tolerari ʋ. *quæ notaui ad l.* 33. §. 5. ℑ. *de epiſcopis.* [e] hanc vocem Cuiacius *hic* & §. 8. *obſ.* 28. refert ad factiones agitatorũ quatuor quæ in vrbe erant: Venetam, Praſinã, Albutã, Ruſſatam, quas Græci δήμυς vocant *Nouel.* 13. & 17. & *lib.* 5. *Epigrãmat.* hinc factionarij *l.* 1. *Cod. Theodoſ. de equis cur: adde quæ notaui ad l.* 28. §. 3. ff. *de pœnis.* [f] etiam Conſtantinopolitanæ 6. *Eclog.* 4. *c.* 11. [g] ʋ. *Nouel.* 62. §. 2. Caſſiodorus *in formula præfecturæ Vrbanæ*, Confidens ſupra omnes conſulares, ſententiam primus dicis. [h] ea de cauſa Capitolinus *in Pertinace* dicit, Præfectũ vrbi cum omnibus participaſſe ſermonem. [i] Corporati à corporibus. Corpora σωμάτια 6. *Ecl.* 4. *c.* 12. [k] i. primas, prior, antiquus adiutor. [l] non intelligit legem 7. ℑ. *de aduocat. diuerſ. iud.* quæ ſcripta eſt de aduocatis Præfecturæ prætorianæ non vrbicariæ, ſed aliam quandam ʋ. *Cuiac.* 13. *obſ.* 1. [m] curam epiſtolarum *Cuiac. ibid.* nam hæc cura numeratur inter officia præfecti vrbi. & dicitur à Caſſiodoro, Cura canonicarum epiſtolarum *lib.* 12. [n] alij legunt materculæ. De matricula aliàs dixi. [o] Primus Conſtantinus (auctore Zoſimo) diſciplinam militarem tranſtulit in magiſtros militum à Præfectis Prætorio. [p] ʋ. *l.* 2. ℑ. *de off. milit. iudic.* [q] ʋ. *l.* 72. ff. *de furtis.* [r] *l.* 5. ℑ. *de apparitorib. magiſt. milit.* [ſ] *l.* 15. ℑ. *de re milit.*

deſtinare, indicantes tam loca, de quibus milites transferendi ſunt: quàm ea, ad quæ peruenire eos oportet: nomináque fortiſſimorum numerorum [a], in quibus ijdem milites referuntur: necnon quantitatem annonarum: & ante omnia cauſam, ob quam ijdem milites transferendi ſunt: vt, poſt talem ſuggeſtionem, à noſtra auctoritate competentia procedant.

5. Imp. *Iuſtinianus* A. Zetæ viro illuſtri, mãgiſtro militum per Armeniam, & Pontum Polemoniacum, & ‖ cæteras ‖ gentes.

CVm propitia diuinitate Romanum nobis ſit delatũ imperium: ſollicita cura, cauta diligentia pertractantes perſpeximus oportere etiam partibus Armeniæ [b], & Ponto Polemoniaco [c], & gentibus proprium magiſtrum militum per hanc legem conſtituere: tuámque magnitudinem, quæ nobis ex antè geſtis optimè commendata eſt, idoneam ad talem fore dignitatem confidẽtes elegimus: certáſque prouincias, id eſt magnam Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes, Anzitenam [d] videlicet, Ingilenam, Aſtyanenam [e], Sophenam [f], Sophonenam [g], in qua eſt Martyropolis [h], Belabitenam [i], & primam [k] & ſecundam [l] Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum ſuis ducibus commiſimus, comite Armeniæ penitus ſublato: cunctóſque ſubdimus numeros, non modò quos in præſenti nouos conſtituimus, ſed etiam de præſentalibus [m], & Orientalibus, & alijs agminib. ſegregatos: non tamen eorum quantitatem agminum minuentes: ſed quia plures eis addidimus ſine reipublicæ grauamine, & ſine augmento ſumptuũ, aliquantos ſubtraximus: ita tamen, vt poſt hanc ſubtractionem ampliores remanſerint, quam vſque ad noſtra felicia fuerant tempora.

## DE OFFICIO QVÆSTORIS [n], Tit. XXX.

1. Imp. *Theodoſius* A. Saluſtio quæſtori.

TOTIVS minoris [o] laterculi [p] curam ſcias ad tuæ ſublimitatis ſollicitudinem pertinere, ita vt tuo arbitratu, & [q] ſcrinio memoriæ totius minoris laterculi, dignitates, hoc [r] eſt præfecturæ, omnes tribunatus, & præpoſituræ caſtrorum, iuxta conſuetudinem priſcam clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Dat. 6. Kal. Maij. Conſtantinop. Caſtino & Victore Conſſ. 424.

2. Idem A. Helioni comiti & magiſtro officiorum.

OMnes minoris laterculi dignitates, quæ ſub cura quidẽ ac ſollicitudine viri illuſtris quæſtoris eſſe antea videbantur, poſtea [ſ] verò vel vniuerſæ, vel medię ad magiſtrorum militum poteſtatem diſpoſitionem-

[a] virorũ. quidã ita legunt: nõ rectè meo iudicio. nec enim milites referuntur in viris, ſed in numeris: intellige ergo numeros militares. Numerus eſt catalogus militũ ſeu breuiculũ, quo nomina militũ continentur *l.* 4. *l.* 39. *l.* 43. ff. *de teſtam. milit. l.* 16. *C. de teſtam. milit.* Numeri fortiſſimi, *Vieilles bandes.* [b] v. Nouellã 31. de deſcriptione quatuor præſidũ Armeniæ. [c] *de quo* ʋ. *Nouel.* 28. [d] Anzethenã *Nouel.* 31. *c.* 1. [e] Aſtezænam *d. c.* 1. [f] Ophenam *d. c.* 1. [g] σοφανίνη *Arrian.* [h] *d. c.* 1. [i] Balabithenam *d. c.* 1. [k] eáque minor. Leucoſyria Græcis: Hebræis Arat. hodie Anaduole, ſi credimus Gytauæ. Pegian, ſi fides adhibenda Caſtaldo. [l] eáque maior, Hebræis, Arã teſte Aria Montano. hodie Turcomania dicitur Mercatori & Gyrauæ. Theuetus ſcribit, à Meſopotamijs & Perſis Thoura Aremnoe. i. montes Armeniæ: & a Neſtorianis Zelbicdibes. i. montes à lupis habitati. [m] Præſentales militum magiſtri, qui in præſenti erant, *en quartier ou ſeruice:* hoc eſt, comitatui principis iuncti *l. vlt.* ℑ. *de re milit: l.* 4. ℑ. *de apparitorib. magiſt. milit.* Sic præſentales domeſtici *l.* 6. ℑ. *de aduocat. diuerſ. iud. l. vlt.* ℑ. *de domeſt. & protectorib.* i. obſequio principis diurno deputati *l.* 13. ℑ. *de re milit.* Sic præſentales milites, præſentales numeri *l.* 18. *l. vlt. inf.* ℑ. *de re milit.* & præſentes ordines apud Nicephorũ 17. *Hiſtor.* 1. & præſentalis curioſus curpublici, in notitia imperij Romani: & ϛρατηγὸς τῶν πρεσεντάλιων *in edicto* 14. *Iuſtiniani.* ʋ. *Briſſonium.* [n] ℑ. *libro* 12. *tit.* 6. *l.* ff. 13. *Nou.* 80. 6. *Ecl.* 6. *adde Nou.* 41. [o] in eo continebatur notitia minorũ dignitatũ: in maiori, maiorũ. Illi, quæſtor: huic, primicerius notariorũ & tribunorũ præerat. Per quęſtorẽ igitur principes largiebãtur minores dignitates. Per eundẽ tribunũ etiam interdũ princeps pecunias ſuas largiebatur & maiores dignitates *Caſſiodorus in formulis.* Quemadmodũ & Quæſtori nõ hoc tantũ munus fuit. per eum etiam in Senatu orationes, epiſtolæ & libelli principis recitabãtur. & quia ſæpe ex plebe (aliorũ literatorũ penuria) aſſumebatur, honor & titulus Quęſtoris ei deferebatur vt ingredi ſenatũ poſſet. lapſu tẽporis cõſilijs principũ quęſtores adfuerũt & ad preces reſpõderunt, leges dictarũt: vnde à Symmacho quæſtor dicitur precũ arbiter: & legum cõditor & à Caſſiodoro 12. principis imago, vox & cuſtos legũ: & in Nou. Valent. *de homicid. caſu factis,* Iuſtitia & legum cuſtos, theſaurus famæ publicæ, armarium legum. Idem poſtea μέγας λογοθέτης. nouiſſimè Cancellarius, *Nicetas* 7. *Annal.* Quæſtor ipſe à Caſſiodoro, dignitas literarum dicitur, quòd literatis tantum deferretur ʋ. *Cuiac. hic:* de cancellario ʋ. *Lucium* 3. *placit.* 7. *Papon.* 3. *Notar.* 5. *fol.* 523. & *ſequentib.* & 4. *Arreſt.* 8. [p] ita dicitur ducto nomine à quadrata figura: quaſi πλίνθις Galli *le petit roule:* ʋ. *Cuia. hic.* [q] exque ſcrinio. [r] nota dignitates ad curam minoris laterculi pertinentes. [ſ] Minus laterculum, aliquando commiſſum fuit magiſtro militum: hodie, quæſtori.

que

que transſierant: placuit nunc clemētiæ meæ, vetuſti temporis more reuocato, ad priſca deinceps iura reuocare. Dat. 3. Kalen. Maij, ſupraſcriptis Conſſ. 424.

3. Imp. *Anaſtaſius* A. Euſebio magiſtro officiorum.

OFficia, & conditiones, quæ pertinent ad viros deuotos, in ſacro ſcrinio memoriæ militantes, nemini liceat ſub quacunq; occaſione ſine vlla diuinæ ſubſcriptionis liberalitate peragere, eo, quicunque in hoc fuerit poſtea facinore conuictus, publicatione bonorum ſuorum multando: officio quoque rectoris prouinciæ, in qua non allegato ſuper gerenda ſollicitudine ſacro reſcripto aliquis auſus fuerit eandem curam ſibimet vſurpare, trium librarum auri diſpendio feriendo. Dat. Kalen. Mart. Conſtantinop. Anaſtaſio A. & Rufino Conſſ. 492.

## DE OFFICIO MAGISTRI officiorum [a],

### Tit. XXXI.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Agentes in rebus.

PRIVILEGIIS dudum ſcholæ veſtræ indultis, ‖ &‖ integris reſeruatis, ad ducenariam [b], centenariam [c], & biarchiam [d] nemo ſuffragio, ſed labore vnuſquiſque perueniat: principatum verò adipiſcatur matricula [e] decurrente: ita vt ad curas agendas & curſum illi exeant, quos ordo militię vocat & eius laborum adiutor. Præterea in [f] quo totius ſcholæ ſtatus, & magiſtri ſecuritas conſtituta eſt, idoneus [g] probitate morum ac bonis artibus præditus, noſtris per magiſtrum obtutibus offeratur, vt noſtro ordinetur arbitrio.

2. Imppp. *Valent. Theodoſ. & Arcad.* AAA. ad Patricium magiſtrum officiorum.

NEmo agentium in rebus ordinem [h] militiæ atque ſtipendia preuertat, etiam ſi noſtri numinis per obreptionem detulerit indultum. ac ſi quis formam admiſſi iſtiuſmodi docebitur obtuliſſe: in locum, ex quo indecenter emerſerat, reuertatur: vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire. PP. Hadrumeti.

3. Impp. *Theodoſ. & Valent.* AA. Pleitio comiti & magiſtro officiorum.

SCholarium noſtrorum deuotio probata à noſtris parentibus, circa maximæ ſerenitatis noſtræ affectionē enituit. vnde quicquid ad fouenda ſeruandaque eorum priuilegia poſtulatur, ſtatim credidimus admittendum. Ideoque ſuggeſtionem tui culminis approbantes, viris ſpectabilibus comitibus ſcholarum verberandi degradandive [i] ſenatores & ducenarios licentiam denegamus. Ea namque, quæ tali commotione digna ſunt, ad tuæ ſublimitatis volumus referri notitiam.

4. Iidem AA. Nomo [k] magiſtro officiorum.

CVræ tui ‖ perpetui ‖ culminis credimus iniungendū: vt ſuper omni limite ſub tua iuriſdictione conſtituto, quemadmodum ſe militum numerus habeat, caſtrorumq; ac clauſurarum [l] cura procedat, quotannis ſignificare nobis propria ſuggeſtione procuret. Datum 2. Id. Septemb. Conſtantinop. Maximo II. & Paterio Conſſ. 443.

5. Impp. *Iuſtin. & Iuſtinian.* AA. Tatiano magiſtro officiorum.

IVbemus, eum ad militiam deuotiſſimorum ſcholarium de cætero peruenire, qui noſtrum meruit iudicium: nec licere pro tempore tui culminis adminiſtrationem habenti, ſine huiuſmodi probatoria [a] aliquem inter eoſdem viros deuotos ſcholares [b] ſuis referre præceptionibus. ſed ſciatis, qui ſine ſacro reſcripto ad eandem peruenire militiam auſus fuerit, non ſolùm ea ſe priuari, verum etiam pœnæ viginti librarū auri ſubijci. 1 ¶ Illud etiam obſeruari de cætero volumus, vt: ſi quis locus ſtatúsve ſcholarium in quacumque ſchola vacauerit: ille ſubrogetur, quem noſtra pietas per ſacrum reſcriptum vacantem ſubire locum præceperit. 2 ¶ Ad hæc quadrimenſtruos [c] breues eorundem ſcholarium, cura tuæ ſublimitatis & pro tempore viri excellentiſſimi magiſtri officiorum conſcribi volumus, & eos ſacro ſcrinio laterculi præſtari, ibi deponendos: vt ſemper notitia eorundē ſcholarium certa ſit, neque publico damnum aliquod infligatur. Datum 10. Kalend. Maij, Conſtantinop. Mauortio V.C. Coſſ. 525.

## DE OFFICIO COMITIS [d] ſacrarum largitionum [e],

### Tit. XXXII.

1. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Limenio comiti.

PALATINIS hæc cura debet eſſe præcipua, vt, periculo proprio notarijs deſtinatis, ſuper negligentia iudicum (ſi ita res exegit) conquerantur, eorum ſit impunita deſidia. 1 ¶ Iudices quoq; de eorum nominibus referre conuenit, quos commodis proprijs, magis quàm vtilitatibus publicis ſtudere prouiderint: breues etiam quadrimenſtruos [f] ad officium palatinum nouerint dirigendos: aurumque exactum, ad ſacras [g] largitiones ſine vlla dilatione eſſe mittendum. Datum 3. Kalen. Maij, Honorio VII. & Theodoſio II. AA. Conſſ. 407.

## DE OFFICIO COMITIS rerum priuatarum [h],

### Tit. XXXIII.

1. Impp. *Valent. & Valens* AA. ad Honoratum conſularem Byzacij.

SI quid negotiorum actitatum fuerit, in quibus aliquid commodi fiſcalis appareat, ad officium rei priuatæ tua grauitas acta tranſmittat: vt inſtructione percepta: quid ſibimet iuris auxilio debeatur, agnoſcat. Datum 6. Kalend. Ianuar. Valenti. & Valente AA. II. Conſſ. 368.

II.

NEque [i] comes priuati patrimonij, neque quiuis alius eorum magiſtratuum, qui vel in vrbe Conſtantinopolitana, vel in prouincijs ſunt, eum, qui ſuper [k] theſauro aliquem defert, admittat. 1 ¶ Sed ſi ſuper alio fiſcali iure nunciationem quis faciat ſub fideiuſſione mox non minùs quinque librarum [auri] id fiat. 2 ¶ Et ne quod ſigillum, vel deſcriptio, vel alia vlla innouatio interueniat ſuper rebus nunciatis ante ſententiam ex ſcripto latam.

## [DE OFFICIO COMITIS ſacri palatij [l],]

### Tit. XXXIIII.

[a] *l. 2. l. 3. j̃. Vbi ſenat. l. 38. j̃. de appellatio. l. 2. Verſ. fin antē. j̃. de temporib. appell. l. Vlt. j̃. de his qui per metū. l. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 14. in Epigraphe j̃. de proxim. ſacro. ſcrin. l. 1. 2. 3. 4. in epigraphe j̃. de agentib. l. 1. 2. in epigraphe j̃. de præpoſi. agen. l. 4. 6. in epigraphe j̃. de princip. agent. l. Vlt. in epigraphe j̃. de curioſis. l. 3. l. 4. in epigraphe j̃. de caſtrenſianis: Ammian. 20. Ambroſ. 7. epiſt. 53. Niceph. 10. & alijs infinitis locis:* aulicorū ſc. τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων Suidas in Theodoſio: ἡγέμων τῶν βασιλείων *Theodore.* i. miniſtrorū principis, quorū moribus præerat. miniſtri principis, miniſteriani, cubicularij, ſilētiarij, decani: & breuiter, diſciplina morum ad eū in palatio pertinebat. Senatores etiā in conſiſtorium principis inducebat. vnde à Caſſiodoro, donator aulici cōſiſtorij, quaſi alter lucifer appellabatur. Curam præterea gerebat curſus publici, *l. 9. j̃. de curſu publico.* & fabricæ armorum, fabricenſium limitis, limitaneorum militum, militū ſupernumerariorum, V. *Cuia. hic.* V. *Petr. Fabrum* 1. *ſemeſt.* 5. ſi ita eſt, is ſolus pluriū Gallicorum magiſtratuum munus ſuſtinebat. [b] V. *l. 1. j̃. de exact. tribut.* [c] V. *l. 2. §. 19. ſ. de off. præf. prætor. Afr.* [d] *d. §. 19.* [e] matercula *Hal. l. Vlt. in f. ſ. de off. præf. Vrb.* [f] Securitas ſcholæ in probis ſcholaribus conſiſtit, [g] *l. 6. j̃. repetund. Nouel.* 8. *Verſ. quapropter. Nou.* 161. *c.* 1. [h] V. *l. 7. j̃. de proxim. ſacror. ſcrin.* [i] regradandi *Hala. l. 1. j̃. de priuileg. ſchol.* [k] Nonio *Cuiac.* 3. *obſ.* 24. [l] Ex hoc verbo Cuiac. 3. *obſ.* 24. emendat leg. 4. *j̃. de off. iud. milit. l. Vlt. j̃. de off. magiſt. milit.* clauſuræ, cliſuriæ, cluſuriæ, κλεισοῦραι, ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων Suidas: Procopius 3. *de ædif. Iuſt.* Anna imperatoris Alexij *lib.* 10. Caſſiodor. 2. *Variar.* Vopiſcus *in Bonoſo.* Clauſæ, cluſæ, interpoſitiones Luitprandus 1. *c.* 2. 5. *c.* Ado, Sigebertus τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν *Herodian.* Burgi, caſtra caſtella *l. 2. §. ſ. de off. præfect. prætor. Afr.* Vallū *Caſſiod. in chronico.* Prętenturæ *Ammian.* 14. his adfines luſoriæ naues prohibendis barbarorū incurſionib. idoneæ. *C. Theo. de luſorijs Danubij* V. *Petr. Pithœū* 1. *aderſ.* 14.

[a] De probatoria dicam *ad l. 9. j̃. de diuerſ. off.* [b] De ſcholaribus dicam j̃. *de priuileg. ſcholarum.* [c] *de quibus* V. *l. 1. j̃. de Apochis.* [d] Olim præfectus ęrario dicebatur. Sed vox Comitis omnib. magiſtratib' data, q principis comitatum obſeruarent, & tandē ad omnes præpoſitos. [e] Theſaurorū principis. Largitionū dicitur, quod ex ijs quiſq; liberalitatē principis expectet, quod ad exercendā liberalitatē deſtinati eſſe debeāt. Huic comiti ſuberant ſpeciales comites largitionum diffuſi per prouincias, comites metallorum, rationales ſummarum, præpoſiti theſaurorum, procuratores monetarū, procuratores Gynæceorum, i. textrinorū ſacrorū & ſimi. V. *Cuia. hic.* [f] V. *l. 1. j̃. de apochis.* [g] V. *l. 1. j̃. de canone largitionalium titul.* [h] additur in editione Haloandri, ſacri palatij, ſacrique patrimonij. Sacri patrimonij fit mentio in lege 13. j̃. *de Vectigalib.* Res priuatę principis, ſuntne ſeparatæ εἰς τὰς ἰδίας χεῖρας τοῦ βασιλέως, vt volunt interpretes Græci lib. 6. βασιλικῶν. Suntne ἀδέσποτοι & vacantes, vt vult Strabo? Suntne res omnes? quando ita eſt omnes dici principis *l. 3. j̃. de quadriennij præſcript.* Rem ita quidam explicant. Tres fuiſſe principis περιουσίας, Proprias & priuatas principis V *t hic:* quaſi proprias, vt fiſcales, (quibus præerat Comes, cuius facta eſt mentio titulo ſuperiore, fiſcales tamen pertinent ad hunc titulum *l. 1. j̃. eod.*) deſtinatas ad epulas aulicas. hinc comes ſacri patrimonij. Puto id adumbrari poſſe, ſi dicamus, Comitem, quo de hîc agitur, à Gallis appellari *Threſorier & receueur du domaine,* eum quo de agitur titulo ſuperiori, *Threſorier de l'Eſpargne:* eum verò cuius fit mentio j̃. titulo proximo, *Threſorier de la maiſon du Roy.* [i] lex reſtituta à Cuiacio *lib. 60. Baſili. 6. Ecl. 1. c. 117.* [k] *l. 7. j̃. de delatorib.* in editione Haloandri non diſtinguitur hic titulus à titulo ſuperiori. Cuiacius legit de officio comitis ſacri patrimonij. Ait tamen hūc titulum nullam habere legem Latinam, Græcam quidem habuiſſe, ſed quæ deſideratur.

2. Impp. *Arcad. & Honor.* AA. Mineruio comi. rerum priua.

AD palatinorum curam, & rationalium officia, omnium rerum noſtrarum, & totius perpetuarij, hoc eſt, emphyteuticarij, iuris exactio reuertatur. Dat. Kalendis Ianuarij, Mediolani, Cæſario & Attico Conſſ.

2. Iidem AA. Vrſatio comiti rer. pri.

SI quis iudicum vir illuſtris, vel præfectus vrbi, cognitionem comitiuæ rerum priuatarum examini debitam, ſibimet vindicandam cenſuerit, vel tuitionem contra eiuſdem ſtatuta ſedis præſtiterit: ad quinquaginta librarum auri illationem pœnæ nomine officium eius teneatur, quam decet in articulo [a] exigi, manſuetudinis noſtræ ærario ſociandam. Dat. 6. Id. Aug. Rauennæ, Conſtantio & Conſtantino Conſſ. 397.

## DE OFFICIO [b] PROCONSVLIS [c], & legati [d],

### Tit. XXXV.

1. Imp. *Conſtan.* A. Æliano proconſuli Africæ.

LEGATI non ſolùm ciuiles, ſed [e] etiam criminales cauſas audiant: ita vt, ſi ſententiam in reos ferẽdam prouiderint, ad proconſules eos tranſmittere non morentur.

## [DE OFFICIO COMITIS SAcri patrimonij [f],]

*

1. Impp. *Honor. & Theodoſ.* AA. Simplicio proconſuli Aſiæ.

OFFICIVM Helleſponti conſularis æternæ recordationis patrem ſerenitatis noſtrę adijt: & expoſitis ſuis incommodis, quibus a Vicarianis [g] apparitoribus vrgebatur, orauit ſub tuæ ſublimitatis agere poteſtate, cuius allegationes humanæ procliuiùs pium principem commouerunt: quod & nos obtinere cenſemus.

## DE OFFICIO COMITIS orientis [h],

### Tit. XXXVI.

1. Imp. *Leo* A. Vſeo [i] P. P.

TITVLOS, qui Alytarchiæ [k] & Syriarchiæ [l] muneribus in prima Syria deputati ſunt, per officia tam viri ſpectabilis comitis Orientis, quam viri clariſſimi rectoris prouinciæ flagitari præcipimus. Alytarchiæ quidem ludi, cura viri ſpectabilis comitis Orientis, & eius officio: Syriarchiæ verò ſollicitudine viri clariſſimi moderantis prouinciam [m] eiuſque apparitoris exerceantur. nulliq́ue penitus curialium, nec ſi voluerint, idem munus vel honorem ſubeundi licentia permittatur.

## DE [n] OFFICIO PRÆFECTI [o] Auguſtalis [p],

### Tit. XXXVII.

1. Imppp. *Valent. Theodoſ. & Arcad.* AAA. Florentio præfec. Auguſtali.

[a] v. quæ notaui ad *l.* 127. *ff. de reg. iur.* [b] 1. *ff.* 16. 6. *Eclog.* 2. *adde Nou.* 30. 103. Poſt illuſtres de quibus ſuperius egit, ad ſpectabiles deſcẽdit. [c] Procõſules mittebantur in prouincias cum imperio cõſulari. *Salnian.* 7. Proconſul, quantũ ad nomẽ, proconſul: quantum ad potentiam, conſul. [d] habetnẽ is propriam iuriſdictionẽ? Cuiacius ait 7. *obſ.* 21. [e] idq́; ex ordinatione Augusti *Suetonius, Strabo.* [f] Hic titulus deeſt in editione Haloãdri: improbatur etiam à Cuiacio. [g] Vicarianus à Vicario. Vicarij prouinciarum, vices prefectorum prætorio in diœceſib. gerebant. In Oriente tres erant Aſianæ, Ponticæ (de quo hîc) & Thraciæ. Potuerũt eſſe & alij in Occidente varijs temporib. vt Romæ, Africæ, & Hiſpaniarum. qua de re alibi dicam *in edicto de Vicario Põtica: adde & ȷ. de off. vicarij. l. vlt. ȷ. de diuerſ. off.*

OMNIA tributa per Ægyptiacam diœceſim, [a] cura & prouidentia claritatis tuæ [b] à moderatoribus prouinciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex poſſeſſoribus: ſiue militaribus, ſiue non militaribus: ad inferenda, quæ debentur, audaces extiterint: eos per militare etiam auxilium (ſi opus exegerit) ad ſolutionem compelli ſancimus.

2. Imppp. *Theodoſ. Arcad. & Honor.* AAA. Rufino præfect. prætorio.

PRæfectus [c] prætorio Auguſtali ordinariorum ſub ſe iudicum examinandi flagitia, & ſuper his referendi, non [d] amouendi vel puniendi habeat poteſtatem.

## DE OFFICIO VICARII [e],

### Tit. XXXVIII.

1. Imppp. *Valent. Valens & Gratian.* AAA. Antonio præfect. prætorio.

IN ciuilibus cauſis vicarios comitibus militum conuenit anteferri: in militaribus negotijs, comites vicarijs anteponi. quotiens ſocietas in iudicando contigerit: priore loco vicarius ponetur, comes adiunctus accedat. Siquidem præfecturæ meritum cæteris dignitatibus antiſtet: & vicaria dignitas ipſo nomine eius ſe trahere iudicet [f] portionem, & ſacræ [g] cognitionis habeat poteſtatem, & iudicationis noſtræ ſoleat repræſentare reuerentiam.

2. Iidem AAA. ad Heſperium præfectum prætorio.

RElationes vicariorum, ſi quando vſus attulerit, ad noſtram manſuetudinem referantur. Relationes enim iudicum libenter audimus: ne adminiſtratorum decreſcere videatur auctoritas, ſi eorum conſulta veluti profanorum preces a noſtris adytis repellamus.

## DE OFFICIO PRÆTORVM [h],

### Tit. XXXIX.

1. Imp. *Conſtantinus* A. ad Senatum.

PRAETORI defertur hæc iuriſdictio, ſancientibus nobis, vt liberale negotium ipſe diſceptator examinet. Sanè [i] interponi ab eo decreta [k] conuenit: vt ſiue in integrum reſtitutio referenda eſt, probatis dumtaxat cauſis, ab eodem ‖ etiam ‖ interponatur decretum: ‖ ſeu ‖ tutoris dandi, ſeu ordinandi curatoris, impleatur ab eo interpoſitio decretorum, quippe cùm apud [l] eum quoque adipiſci debeat patronorum iudicio ſedula ſeruitus libertatem. Nec ſanè debita filiorum votis patrum vota ceſſabunt, vt patenti [m] copia liberos ſuos exuant poteſtate, magis proprijs obſequijs mancipatos: cùm ſe intelligant his obſequij plus debere, ‖ a ‖ quibus ſeſe meminerint ſacris vinculis exutos. Datum 6. Kalen. Ian. Euſebio & Hypatio Conſſ. 359.

2. Impp. *Valentin. & Martianus* AA. Tatiano PP.

TRes [n] tantummodò prætores electæ opinionis in hac vrbe [o] per ſingulos annos iudicio ſenatus† præcipimus ordinari: qui competentes cauſas, & debitos actus integrè diſceptare atque tractare debebunt: vt hi tantùm tres ex his, qui proprium larem in [p] hac alma vrbe habeant, nõ ex prouincijs eligantur. Nec ſi quis fortè propter alias cauſas ad hanc vrbem de prouincijs venerit ad præturæ munus efferatur: ſed hi tantummodò (vt dictum eſt) qui hîc domicilium fouent: ita tamen,

[a] Sub curà Auguſtalis p̃fecti fuerunt ſex prouinciæ: Libyæ duæ, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Auguſtamnica. [b] v. *l.* 6. *inf.* ȷ. *de exact. trib.* [c] Præfectus Auguſtalis ordinariorũ, &c. *Cuiac.* 8. *obſ.* 21. [d] Suidas tamen de hoc p̃tore tradit, habuiſſe eũ τὴν τοῦ βασιλέως τάξιν: Tacitus regis loco fuiſſe, *adde Ammian.* 22. & *l.* 59. ȷ. *de decurionib.* [e] Is pro præfecto prætorio mittebatur in tractũ vel diœceſim aliquã aliquot in ſe prouincias cõtinentẽ. Diœceſis Thraciæ 6. Põtica 11. vel 12. Aſiana 11. (teſte Theodoreto 5. ſed tñ notitia imperij octo tãtũ adſcribit) Fuit etiã Macedonię, Romæ, Italiæ (ſub eo erant 10. prouinciæ) Aſiæ, Britanniæ (ſingulis ſuberãt quinque prouinciæ) Galliæ Hiſpaniarũ (ſingulis ſuberant ſeptem prouinciæ) Reliqua vide apud Cuiaciũ *hoc titu.* His adde q̃ ſcripſi *ad l. vn.* s̃. *de off. com. ſacri. patrim.* [f] iudicat *Hal.*

[h] ſub eo erant 15. prouinciæ, Palæſtinæ tres, Syriæ duæ, (Optatus tres facit) Ciliciæ duæ, Phœniciæ duæ, Cyprus, Euphratenſis, Oſrœna, Meſopotamia, Iſauria, Arabia, *Nouell.* 8. [i] Vrſeo *Hal.* Puſeõ *Cuiac.* 2. *obſ.* 23. [k] Liminarchiæ *Cotta in memorabilibus in voce Limenarcha.* Liciarchiæ *Hal.* & male. quia Lycia (vt ex notitia cõſtat) non Orientis, ſed Aſianæ erat diœceſeos. Porrò Alytarcha fuit ſacerdos Antiochiæ in Syria: ita dictus, quòd in ludis (qui in honorem deorum fiebant, ȷ. *eo.*) τοῖς ἀλυταῖς i. maſtigophoris præeſſet v. *Cuia.* 2. *obſ.* 13. Alytarchæ fit mẽtio *l. vlt.* ȷ. *de cupreſſis. l.* 12. *C. Theod. de iure fiſci. l. vlt. C. Theod. de expenſ. ludor.* [l] *l.* 1. ȷ. *de naturalib. lib. l.* 6. *§.* 14. *ff. de excuſa. tut.* [m] Syrię ſalutaris ſc. Alytarchia ad Syrię primę præſidẽ, cuius metropolis Antiochia, Theopolis poſtea vocata à Iuſtiniano *Nou.* 7. 109. 124. Syriarchia, ad Salutarem. v. *Cuiac.* 8. *obſ.* 21. *adde eundem ad Nou.* 8. [n] 1. ff. 17. [o] ne dicas proconſulis. Trebellius. n. Pollio refert, Faſces conſulares Alexandriã (ea fuit ſedes præfecti Auguſtalis) ingredi non licuiſſe. [p] i. ab Auguſto primũ conſtituti in Ægypto, prouincia facta *l.* 1. ȷ. *de poſtulando. l.* 35. *ff. ex quib. cau. maio. Tacit.* 12. *Dion.* 52. *Arrian.* 3. *de expedit. Alexan.* Ægyptij annos etiã numerabãt ex ſuo Auguſtali, vt ex Chronicis Alexandrinis Cuiacius probat *hoc tit.*

[g] Vice ſacra vicarij iudices dicuntur *vt hic:* & tamen ab his appellatur, non appellatur à Præfectis prætorio v. Cuiacium 16. *obſ.* 2. vbi probat ab his qui vice ſacra iudicant appellari poſſe. [h] 12. *lib.* 2. ȷ. *eod.* 1. *ff.* 14. Cuiacius legit, *prætoris. adde Nouell.* 13. 25. 27. 29. 104. Cuiacius putat hîc initium duci magiſtratuum clariſſimorum. [i] *l.* 4. ȷ. *de vindicta.* [k] obſerua cauſas, de quibus olim prætor cognoſcebat. [l] Decretorum interpoſitio propriè pertinet ad Conſtantinianũ prætorem, de quo v. quę dicam ȷ. *adde Cuia.* 7. *obſ.* 23. [m] patente. [n] *l. tres tantummodo* 3. s̃. *de epiſcopis.* Flauialis, Conſtãtinianus, triumphalis. interdum habuit quatuor, interdũ quinque, interdum octo, Conſtantinianũ, Conſtantianũ, Theodoſiũ, Arcadiũ, Triumphalẽ, Auguſtalẽ, Romanũ, Laureatũ, v. *Cuia. d. loco.* In antiqua Roma primis temporib. fuerũt 18. [o] Conſtantinopolitana ſc. †Olim Prætoris deſignatio & nominatio cenſualib. erat conceſſa, *l.* 13. 26. 27. *C. Theod. eod.* ſed hanc legem abrogauit Leo *Nou.* 47. [p] Extranei ad dignitates nõ ſunt promouendi, v. tñ quæ dicam ȷ. vt nulli patriæ ſuæ.

vt nec ipſi ſumptus [a] quoſdam inferre cogantur inuiti [b], ſed habeant ſpontaneum liberalitatis arbitrium. Dat.15. Kal.Ian.Conſtantin.Valentiniano 7.& Auieno Coſſ.450.

## DE OFFICIO RECTORIS prouinciæ [c],

### Tit. X L.

1. Imp. *Alexand.* A.Iuliano.

POTEST de falſo [d] cauſam cognoſcens præſes prouinciæ, incidentem [e] proprietatis quęſtionem dirimere. Dat.6.Kalend.April.Maximo 2. & Vrbano Conſſ.225.

2. Imp. *Conſtan.* A. ad Maximianum præſi. pro.

PRæſides prouinciarum oportet: ſi quis potentiorum extiterit inſolentior, & ipſi vindicare non [f] poſſunt, aut examinare, aut pronunciare nequeunt: de eius nomine ad nos, aut certè ad prætorianæ præfecturæ ſcientiam referre: quò prouideatur, qualiter publicæ diſciplinæ, & læſis tenuioribus conſulatur. Dat.5.Kalen.Maij, Probiano & Iuliano Coſſ.322.

3. Idem A. ad prouinciales.

IVſtiſſimos & vigilantiſſimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus poteſtatem, vt honoris eis auctiores proferamus proceſſus [g]: & è contrario iniuſtos, & maleficos, querelarum vocibus accuſandi, vt cenſuræ noſtræ vigor eos abſumat. Nam ſi veræ voces ſint, nec ad libidinem per clientelas effuſæ, diligenter inueſtigabimus: præfectis prætorio, & comitibus, qui per prouincias cõſtituti ſunt, prouincialium noſtrorum voces ad noſtram ſcientiam referentibus. Dat. Kal. Nouemb. Conſtantinop. Baſſo & Ablauio Conſſ.331.

4. Idem A. ad Periclem præſidem.

IN officiales præfectorum, curſum [h] publicum lanian-tes, vel praua contra vtilitatem publicam molientes, vindicandi tibi dedimus poteſtatem: ita vt præfectos de eorum culpa facias certiores. Dat.10.Kalend.Nouem. Nicopoli, Conſtantio & Albino Conſſ.335.

5. Impp. *Valent.* & *Valens* AA. ad Apronianum præfect. vrbi.

POtioris gradus iudicibus ab inferioribus competens reuerentia [i] tribuatur. Sed vbi publica tractatur vtilitas: etſi [k] minor iudex veritatem inueſtigauerit, nulla maiori irrogatur iniuria. Sanè qui inſignia dignitatis ad hoc exercet, vt indignis iniurijs exiſtimet adficiendos eos, qui officia cum poteſtate moderantur: nõ declinabit noſtræ indignationis aculeos. Dat.5.Kalen.Iun. Arintheo & Modeſto Conſſ.372.

6. Imppp. *Valent. Gratian.* & *Theodoſ.* AAA. Cynegio P.P.

CIuitas Phodiorum [l] iniuriam ſuam non tam decenter, quàm ſerò conqueſta eſt. Vnde inuiolabili obſeruatione ſancimus: vt, quoniam tempore hyemis [m] nauigatio ſæpè periculoſa eſt, ‖&‖ ſemper incerta, in illis quinque [n] vrbibus, quæ [o] potiores eſſe cęteris aſſeruntur, viciſſim hyemandum ſibi iudices recognoſcant. Quòd ſi cuiquam tale exiſtat ingenium, vt præcepta noſtra contemnat: quinquaginta ab eo argenti libræ, centum ab eius officio, ſi aliter factum fuerit, fiſci noſtri iuribus inferantur.

7. Imppp. *Valent. Theodoſ.* & *Arcad.* AAA. Cynegio P.P.

QVi ordinariam [a] geſſerit dignitatem: quicquid ex venturæ delegationis titulis profligauerit, cum diſpendio pudoris atque fortunæ de proprijs facultatibus intra prouinciarum poſitus inferre debebit. Dat.7. Kalen. Iun. Conſtantinop. Honorio nobiliſ. puero & Euodio Conſſ.386.

8. Iidem AAA. Cynegio præfecto prætorio.

NE quis iudicum in prouincia ſua præfectianũ [b] vel palatinum, vel militem, vel ex his etiam omnibus, qui antea in huiuſmodi officijs fuerint commorati, interceſſorem [c], id eſt executorem, cuiuſquam litigatoris petitione in quolibet ſeu priuato ſeu publico negotio putet eſſe tribuendum. Nam peccantem contra conſulta cæleſtia, cum officio ſuo non ſolùm detrimentum famæ, ſed etiam patrimoniorum damna comitentur. Datum Non. Aug. Conſtantinop. Honorio N.P. & Euodio Conſſ.386.

9. Iidem AAA. Polemio præfecto prætorio Illyrici.

NVllus prouinciæ moderator auguſtiſſimam vrbem [d] ſine iuſſione noſtra adire audeat. Nam ſi patuerit quem cõtra decreti noſtri præcepta veniſſe: is congrua condemnatione plectetur. Dat. Kalen. Ianuarij Mediolani, poſt conſulatum Timaſij & Promoti.390.

10. Impp. *Arcad.* & *Honor.* AA. Limenio Comiti ſacrarum largitionum.

NVllum palatinis tibi obſecundantibus cum prouincialibus volumus eſſe commercium. ſed iudices ſcire debent, hoc ſibi præcipuè eſſe commiſſum, vt ipſi à prouincialibus exigant, & conſueta depoſcant. palatinum verò poſſeſſor non horreat: qui [e] non ſibi, ſed iudicibus atque officijs præceptus eſt imminere. Datum 6.Kal.April*.

11. Imppp. ‖*Arca.*‖ *Honor.* & *Theod.* AAA. Theodoro præfecto prætorio.

MOderatores prouinciarum curá gerere iubemus, ne quid potentum [f] procuratores perperam iniuſtéque committant. Dat.6.Kal.Decemb.Rau.Baſſo & Philippo Conſſ. 408.

12. Impp. *Honor.* & *Theodoſ.* AA. Monachio PP.

OMnes prouinciarum apparitores pro inueterata auctoritate iuxta motum [g] iudicis nudatos, verberibus (ſi ita res tulerit) ſubiacere præcipimus: vt & facilis executio rerum publicarum ſit, & officiorum inſolentia comprimatur, & iudicum ſeueritati competẽs reddatur auctoritas. Dat.6.Kal.Ian.Honor.9.& Theodoſio 5.AA.Conſſ.412.

13. Imp. *Leo* A. Conſtantino PP.

SI quis cohortalibus [h] adhuc obſequijs obligatus, regimen prouinciæ, vel cingulum cuiuſlibet militię dignitatiſve quoquo modo meruerit: contra licitum vſurpatis impetratiſve careat, etiam ſi vltroneè à noſtra liberalitate ius regendæ prouinciæ vel militiæ ſeu dignitatis cuiuſpiam ſibi iactauerit delatum fuiſſe. Dat.7. Id. Auguſt. Leone A.4.& Probiano Conſſ.471.

14. Idem A. eidem præfecto prætorio.

NVlli iudicum, qui prouincias regunt, in ciuitatibus, in quibus ſacra palatia aut prætoria [i] ſunt, liceat, his relictis, priuatorum [k] ſibi domos ad habitandum veluti prætoria vindicare: ſed ſacratiſſima modis omnibus inhabitare palatia ſeu prætoria ‖ cogantur‖ vt hac neceſſitate compellantur eorum reparationi prouidere. Vbi autem & palatium eſt, & prætoriũ: palatium quidem habitationi præſidis, prætorium autem vel ſuſcipiendis [l] conſeruandiſque ſpeciebus publicis horreorum vice, vel alij neceſſarię rei deputetur. Quod ſi quis aliquando diſſimulare tentauerit: protinus eum atq; officium eius quinquaginta librarum auri multam ad reparandum ſacrum, quod neglexerit, palatium ſoluere ſancimus. Dat.7.Id.Febr. Clementino & Probo Coſſ.*

[a] *l.1. j̄. de prætoribus.* Olim prætores cogebantur ad certos ſumptus faciendos, vel in vrbis fabricas, vel in populi voluptatem, *l.5.§.10.ff. cõmodati. Plutarchus in Bruto: adde Lipſium libro de gladiatorib. cap.9.*

[b] ad hoc olim etiam coacti quæſtores. Lampridius *in Alex. Seuero,* Quæſtores candidatos ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, V. *Lipſium d. loco fol.35.*

[c] *1. C. Thod. 6. 1. ff. 18. adde Nouell.* 24.25.29.104.111. Rectores vnius prouinciæ erant, vel præſides, vel correctores, vel conſulares erant ſub cura eorũ, quibus plures ꝓuincię demandabantur, vt ꝓconſulis, Comitis orientis, Præfecti Auguſtalis. Ordinarij & publici iudices etiam appellantur, & à Græcis ἐμ-ϐαθμοὶ *Nouel.*20. & 112. & fratres interdũ ab imperatoribus, in ſubſcriptionibus conſtitutionum ad eos directarum, V. *Cuiac. hic.*

[d] puta inſtrumento. [e] *l.1. j̄. de ordine iud. l.26. j̄. de adulter.* [f] interdum iudicis vires, ſeditioſis non ſunt pares. exemplum v. apud Amianum *lib.26.* [g] Prodeuntibus rectoribus prouinciarum licuit acclamare. [h] V. *j̄. de curſu publico.* [i] V. *l.2.3. j̄. de off. diuerſ. iud.* [k] Maioribus iudicibus officio ſuo non fungentibus, minores partib. eorum poſſunt ſe immiſcere. [l] Rhodiorum *Hal.* Is error natus eſt ex litera, P accepta pro Latina P. vt in illo Lucilij verſu apud Terentium Scaurum, Apes apes Græci vt faciũt. Martialis loquẽs de Græcis & quos ἄρες ἄρες decet ſonare, V. *Cuia.16.obſ.6.* [m] De mẽſe Ianuario ita præcepit Aratus. μὴ κείνῳ ἐνὶ μήνη περικλύζοιο θαλάσσης Πεπταμένῳ πελάγει κεχρημένος. & Cicero, Hoc caue te Ponto ſtudeas committere menſe. & Feſtus Auienus, Non tum mihi longa phaſelis Aequora tententur, non tum freta turbida ponti Quis petat. [n] Cuiacius *d. loco* hoc refert ad quinque metropoles quinque prouinciarum, quibus præerat quæſtor exercitus. vt ſit ſenſus, Quæſtores exercitus vno anno hybernare in Rhodo, ibiq; audire cauſas appellationum, alio in Cypro, & ſic deinceps in alijs. quod tamen aliter definitur Nouella 41. *adde Nouell.50.* [o] *l.1. j̄. vt omnes iudices, tam ciuiles.* i. quæ ſunt metropoles. Vrbium enim nomine, metropoles ſignificantur, *l.4.§.9.ff. de damno.*

[a] puta præſidis, conſularis, correctoris.

[b] Præfectianus, Præfecti prætorio apparitor, V. *l.2. l.3. j̄. de apparitorib. pref. prætor.*

[c] miles interceſſoris, i. executoris, munere fugi nõ poteſt, *l.5. j̄. de iuriſd. om.*

[d] Conſtantinopolim *6. Eclog. 1. c. 60.*

[e] Palatinus, domeſticus principis *Conan.4. cap.15. nu.4.* & malè. Pertinet .n. ad comitem ſacrarum largitionũ, vel rerum priuatarũ, V. *hic.* Eius partes erant vrgere, inſtare, monere, ne quid aduers⁹ chartularios attẽtaretur, *Cuia. ad l.2. l.3. j̄. de canone largitional. tit.*

[f] potentium *C. Theo. 1. tit. 6. l.5.*

[g] i. indignationem V. *l.14. j̄. de teſtib. l.20. ff. comm. diuid.* V. *Cuia.13.obſ.29.*

[h] *l.12. 13. 14. j̄. de cohortalib.*

[i] Prętoria, nõ ſunt villæ, vt putat Rhenanus apud Tertullianum libro *ad Scapulam,* ſed domus magnificæ Præſidũ, iudicũmve cauſa in vrbibus extructę, *l.31. j̄. de epiſcopis. l.3. j̄. de operib. public. l.3. j̄. de metat. l. vlt. Cod. Theod. de off. omn. iud.* Vopiſcus in Aureliano, Forũ nominis ſui in Oſtieſi ad mare fundare cœpit, in quo poſtea prætoriũ publicũ conſtitutum. Prætorium etiam veteres appellarunt partem villæ latiùs ędificatam, & patrifamilias habitationi relictam, *l.12. ff. de vſu. l.2. ff. de ſeruit. ruſtic. Vide l.198. ff. de verborum ſignificat.* [k] *l.3. j̄. de metat.* [l] V. *j̄. de conditis in publ. horr.*

## VT NVLLI[a] PATRIÆ SVÆ ADMIniſtratio[b] ſine[c] ſpeciali permiſſu principis permittatur[d],

### Tit. XLI.

** Græca conſtitutio Anaſtaſij[e] Imper. Vt ſcribit Iac. Cuiacius ad Paul. lib. 5. ſent. tit. 12. qui tamen putat eſſe conſti. Vlt. tit. De officio rectoris prouinciæ. at nos aliter ſentimus, moti & auctoritate librorum veterum, qui nouam Rubricam minio ſcriptam poſt illum titu. deſcriptam habent & Græcorum interpretum conſenſu, qui ad l. Vlt. j. de crim. ſacrileg. hunc titulum numerant 41. lib. 1. Cod. in eadẽ eſt etiã nobiſcum ſentẽtia præſtantiſsimus Ant. Aug. Cæterùm crediderim idem hac conſtitutione fuiſſe cautum, quod ſupradicta Vlt. cõſtitutione tit. de crim. ſacrileg. continetur. Cont.*

## DE QVADRIMENSTRVIS[f] BREVIBVS[g],

### Tit. XLII.

** Græca conſtitutio deeſt.*

*Hunc titulum diſertè ita ſcriptum in veteribus libris, & à nemine adhuc recentiorum animaduerſum intrepidè reſtitui, vt qui & hoc loco opportunè ſit inſertus. Putat quidem Iacobus Cuiacius vir doctiſsimus, eum fuiſſe additum tit. De apochis lib. 10. quia & quadrimẽſtruorum breuium l. 1. illius titu. mentio fit, ſed idcirco non fuit additus, quia hic iã proprio fuerat loco collocatus. extat ſimilis titu. lib. 11. C. Theodoſiani tit. 25. De quadrimenſt. breuib. & ſub eo conſtitutio ſingul. Theodoſij, Arcadij, & Honorij AAA. Cont.*

## DE OFFICIO PRÆFECTI vigilum[h],

### Tit. XLIII.

1. Impp. *Theodoſ. & Arcad.* AA. Nephtidio præfecto vrbis.

PRAEFECTI vigilum huius vrbis nihil de capitalibus cauſis[i] ſua auctoritate ſtatuere debent: ſed ſi quid huiuſmodi euenerit, culmini tuæ poteſtatis referre: vt de memoratis cauſis celſiore ſententia iudicetur.

## DE OFFICIO PRÆFECTI[k] ANNONÆ[l],

### Tit. XLIIII.

*Græca conſtitutio ſub hoc titu. miniato deeſſe notatur in manuſcriptis. Hoc igitur pacto reſtitutis quinq; titulis in hoc primo lib. Cod. qui antea deerant, (id eſt, tit. De offi. comitis ſacri patrimon. tit. De offic. vicarij qui in omnibus manuſcriptis extat, tit. Vt nulli patriæ ſuæ adminiſtratio, &c. tit. De quadrimenſt. breuib. & tit. De offi. præf. anno.) perpulchrè numerus tit. huius lib. per omnia conuenit cum numero Græcorum. quos duos numeros cõciliare anxiè ſtuduit Ant. Aug. nec tamen præſtare potuit. Cont.*

## DE OFFICIO CIVILIVM[m] iudicum,

### Tit. XLV.

1. Imppp. *Arcad. Theod. & Honor.* AAA. Curtio præfecto prætorio.

HONORATI, qui litem habere noſcũtur, his horis ‖ vel tẽporibus[a], quibus ‖ cauſarum vel merita vel fata[b] panduntur[c] reſidendi[d] cum iudicibus non habeant facultatem. Dat. 3. Non. Feb. Rauennę, Baſſo & Philip. Coſſ. 408.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Anthemio præfecto prætorio.

SI quis pro publicis functionibus, quæ flagitantur, aliquo ſe defendere tentet munimine: adeat iudicem, & promat, q̃ duxerit adſerenda. Quem ſi iudex (quod nõ[e] arbitramur) minùs audire maluerit: ipſe quidem adminiſtrator triginta librarum auri, apparitor verò eius quinquaginta feriatur diſpendio. Dat. 13. Kal. Aug. Conſtantinop. Honorio VIII. & Theodoſio 3. AA. Coſſ. 409.

## DE OFFICIO MILITARIVM iudicum[f],

### Tit. XLVI.

1. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* AAA. magiſtris & comitibus vtriuſque[g] militiæ.

NVMQVAM omnino in[h] negotijs priuatorũ vel tuitio militaris, vel executio tribuatur. Dat. Prid. Id. Feb. Conſtantinop. Theodoſio A. 3. & Habundantio Coſſ. 393.

2. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Monachio PP.

PRæcipimus, ne[i] quando curiales[k] vel priuatæ conditionis homines ad militare exhibeantur iudiciũ[l], vel contra ſe agentium actiones excipiant, vel litigare in eo cogãtur. Interminationem autem quinquaginta librarum auri aduerſus comitianum[m] officium proponi decernimus, ſi quid contra hoc aliquando tentauerit. Datum 6. Kalend. Septembr. Theodoſio A. 7. & Palladio Coſſ. 416.

3. Impp. *Theodoſ. & Valent.* A A. Anatolio magiſtro militum.

NEmo de his, qui in virorum ſpectabilium ducum officijs militauerit, ſcholæ agentium in rebus quacumque ſubreptione poſt completam militiam ſocietur, nec agendi vices viri clariſſimi principis accipiat facultatem. Si quis autem aduerſus hæc noſtræ perennitatis decreta venire conetur: militia ſpoliatus, proſcriptionis pœna pro parte bonorum tertia conſtringatur. Dat. 5. Kalend. Februar. Conſtantinop. Maximo 2. & Paterio Coſſ. 443.

4. Iidem AA. Nomo[n] magiſtro officiorum.

DVces militum, & præcipuè quibus gentes, quæ maximè cauendæ ſunt, appropinquant[o], in ipſis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum imminentibus magiſterijs poteſtatibus, diuturniſque eorum exercitationibus inhærere pręcipimus. Caſtrorum quinetiam refectionis ‖ luſtrationiſque[p] ‖ curam habeant. Quibus cum principibus caſtrorumque præpoſitis, pro laborum viciſſitudine, limitaneorum militum duodecimam annonarum partem, diſtribuendam videlicet inter eos magiſteriæ[q] poteſtatis arbitrio, deputamus. Datum 2. Id. Septemb. Conſtantinop. Maximo 2. & Paterio Coſſ. 443.

[a] *l. Vlt. j. de crimine ſacrile.* [b] etiam fiſcalis & adſeſſoria, *l. 10. j. de adſeſſorib. l. 1. C. Theod. eod. l. 3. j. de diuer. off. adde l. 3. ff. de off. adſeſſo.* [c] *l. 38. ff. ex quibus cauſ. maior.* ſic legimus Caſſiodorũ, patriæ ſuæ Lucaniæ & Brutiorum correctorem fuiſſe. *Caſsiodor. 1. Variar.* [d] ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur *Paulus 5. ſent.* 12. §. 5. Idem cõſtitutum fuerat à Philippo Pulchro anno 1302. & Carolo quinto ann. 1366. Gallorum regib⁹: adeo vt vi eorũ conſtitutionis, multi priuarétur ſenatorio munere, qđ Pariſienſes eſſent, V. *Papon. 3. nota. 8. c. des prouiſions d'offices fol. 604.* Id tamen hodie non obſeruatur, idq; videtur niti lege 17. §. 4. *ff. ad municipal.* q vult in dignitatibus conferendis originariũ præferri. At extrane⁹ dignitatis non eſt capax, *l. Vlt. s. de offic. præt.* Hoc ita eſt, ſi modo omnino extraneus: quales nõ ſunt q eidẽ principi ſubiecti ſunt. [e] Ante Anaſtaſiũ vetuſtiſſima lex reperitur Antonini apud Xiphilinũ *μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖον ἐστὶν ἄρχειν.* [f] *l. 1. j. de apochis. V. l. 1. s. de off. com. ſacrar. largit. l. pen. C. de canone largit. titulorum:* Quadrimenſtrui dicuntur, quòd quarto quoq; menſe cõficiuntur. Tribus enim penſionibus anni cuiuſq; indictiones ſoluerentur, *l. Vlt. j. de annonis. l. 15. l. 16. C. Theod. eo. tit.* Caſſiodorus, vt trina illatione deuotus poſſeſſor ſuam compleat functionem. Idem 12. *Variar.* Expenſarum fidelem notitiam quatuor menſib. comprehenſam. Hi breues à chartularijs conficiebantur, & ad officia palatini, aut præfecti prætorio tranſmittebantur, V. *Cuia. j. de apochis.* [g] Breues, brebia, *βρέβια*, breuicula *Zonaras in cõcilio Carthaginenſi:* Anna *Alexan. 6. Iulianus epiſt. ad commun. Iudæorum. l. Vlt. j. de conueniẽdis fiſci debitorib. l. 1. j. de apochis.* ſunt chartulæ breues. [h] i. *ff. 15. περὶ τῶν πραιτώρων τοῦ δήμου ἤτοι νυκτεπάρχων Nou. 13. περὶ νυκτεπάρχου ἤτοι πραίτωρος δήμου 6. Eclog. 5.* Ideo dicitur obſcurus iudex, arbiter ſilentioſus, incendiariorum & furum indagator. Eleganter Caſſiodorus de præfecto vigilum, Furta eum facere in furib. dum illos noctu circũuenit. [i] grauiorib. ſc. & in liberos V. *Nou. 13.* [k] extraordinariè pro tẽpore & neceſſitate exigente conſtituebãtur. [l] Is inter cætera per officinas piſtorum diſcurrebat, penſumq; & mũditiam panis exigebat. *Caſsiodorus.* Cognoſcebat etiã criminaliter de his quæ ad annonam pertinebant, V. *Cuia. in hunc tit.* [m] Hi opponuntur militaribus, de quibus *j. tit. prox. adde 1. C. Theo. 7.*

[a] nec enim omnibus temporibus iudices adiri poterant; puta meridianis horis *l. Vn. C. Theod. eo.* Idẽ autẽ cõſtituerant Valẽs, Gratianus, & Valentinianus, ibi, Ne quis domum iudicis ordinarij poſtmeridiano tempore ex occaſione ſecreti ingredi familiariter affectet. Huiuſmodi leges iudiciarias Auguſtus tulit, quas edicta Macrobius vocat *1. Saturn. 10.* in ijs inter cætera cautum erat, ne reus vel accuſator domum iudicis ingrederetur. Idẽ obſeruatum fuiſſe in actore Cuiacius exiſtimat *6. obſ. 34.* vbi tractat de legibus iudiciarijs. [b] facta V. *Cuiac. 16. obſ. 9.* [c] v. quæ dicã *ad l. 3. ibi.* Sedendi quoq; in aliqua ſecretarij parte *j. Vbi ſenatores.* [d] penduntur *l. Vn. C. Theodoſ. eod.* [e] Præſumitur p iudicis fide: de qua p̃ſumptione V. *Alci. 3. præſ. 9.* [f] *1. C. Theo. 8.* opponuntur ciuilibus, de quibus dictũ eſt titulo ſuperiore. [g] *l. Vn. C. Theodoſ. eod.* videtur intelligere comites militum Orientis: quorum vnus in Ægypto, alter per Iſauriam *l. 1. s. de offic. Vicar. l. 6. j. de adſeſſorib. & titulis proximis j. eod. ne rei militaris comitib.* [h] *l. 2. j. eodem. l. 8. s. de offi. rector. prouinc. 1. Harmenop. 4.* [i] i. ne vnquam omnino. *l. Vn. Cod. Theodoſ. eod.* [k] id eſt, adſcripti curijs ciuitatum. [l] id eſt, forum, vt ſit ſenſus, Paganum non cogi in foro militari litigare, *l. 1. s. eod. l. 1. s. de offi. magiſt. milit. l. 42. j. de decurionib. Nouell.* 145. [m] Comitianum officium hîc, id eſt, comites militum, de quibus dixi in epigraphe legis 1. *s. eodem.* officiales. [n] Nonio *vide l. 4. s. de offi. magiſt. off.* [o] vt Sophanenæ, Balbitenæ, & aliæ, de quibus *vide leg. Vlt. j. de offi. magiſt. milit.* [p] quidam legunt, luſtriarum: alij, luxuriarum. Cuiacius verò *3. obſeruat. 24.* cluſuriarum ex lege *4. s. de off. magiſt. off.* [q] *l. 6. j. de iuriſdict. l. Vlt. j. Vbi de curiali. l. 3. j. Vbi ſenatores. l. Vlt. j. de fide inſtrumento. l. 33. j. de appellationib.* magiſterium militare. *l. 25. j. de procurat.* Suidas *μαγιστερίαν ἀρχήν.*

## NE REI MILITARIS COMITIbus [a] vel tribunis lauacra præſtentur,

### Tit. XLVII.

1. Imppp. *Arcad. Honor. & Theodoſ.* AAA. Anthemio P. P.

OMNEM inquietudinem à curijs & ciuitatibus præcipimus prohiberi: nec vlla priuata ab his ſuccendi balnea ad tribunorum, vel ducum, aliorúmve [b] militarium comitum vſus: nec ad ærationem aliquam pro hac cauſa profligari. illuſtribus enim tantummodò viris comitibus, ac magiſtris militum (ſi tamen id voluerint) hoc miniſterium indulgemus. dupli pœna violatoribus huius ſanctionis imminente. Dat. V. Kalend. Decembr. Arcadio A. VI. & Probo Coſſ. 406.

## DE OFFICIO DIVERSORVM [c] iudicum,

### Tit. XLVIII.

1. Imperator *Conſtantinus* A. ad Domitium Celſum vicarium.

NEMO [d] iudex ‖ aliquem ‖ officialem ad eam domum, in qua materfamilias [e] degit, cum aliquo præcepto exiſtimet eſſe mittendum, vt eandem in publicum protrahat: cùm certum ſit, debita eius, quæ intra domum conſiderato ſexu ſemet contineat, domus eius vel cuiuſcunque rei habita diſtractione, publicis [f] neceſſitatibus poſſe ſeruari. Quòd ſi quis in publicū matremfamilias poſthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra vllam indulgentiam capitali pœna plectetur. Dat. IIII. Id. Aug. Sabino & Rufino Coſſ. 316.

*Authentica ex Nouell. 134. c. 9.*

*SEd hodie nouo iure pro fiſcalibus vel priuatis debitis nulla mulier debet includi: ſed ad iudicem veniet per ſe, vel per procuratorem ſuum: vel mittat vnum vel alterum, quatenus negotium legitimè exequantur. Si contrà factum fuerit, maiores iudices viginti libris auri, minores decem puniantur. Obedientes autem eis, cingulo ſpoliabuntur, & pœnis ſubiacebunt corporalibus, & in exilium damnabuntur.*

2. Imppp. *Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius* AAA. ad Principium P. V.

SInguli quique iudices ſciant, celſioribus viris, & his, quorum nonnūnquam iudicio prouehuntur, honorificentiam [g] debitam eſſe præſtandam: nec in proſcriptionibus [h] ſuis fratres audeant nominare: apparitione multanda, cuius hæc eſt cura. Dat. Idib. Feb. Richomere & Clearcho Coſſ. 384.

3. Iidem AAA. Conſtantio P. P. Galliarum.

SCiant principes, & cornicularij [i], & primates officiorum, & iudices etiam, ternas libras auri à ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis viris (quibus etiam conſiſtorium [k] noſtrum ingrediendi facultas præbetur) ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus, aut reuerentia [l] non fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum iudice ſocietas denegata. Datum V. Id. Nouemb. Tyberiade, Timaſio & Promoto Coſſ. 389.

[a] dixi ad epigraphen legis 1. ſ. *tit. de off. milit. iud.*
[b] aliorúmve comitū, &c. *l. 2. Cod. Theodoſ. eodem.* vide *Cuiac. hic.*
[c] id eſt, & ciuilium & militarium omnium 1. *Cod. Theodoſ. 9.*
[d] *l. 1. Codice Theodoſ. eod.*
[e] Mares carcerem patiūtur, Mulieres inuitæ, ab apparitore domo abſtrahi, & in publicū educi nō poſſunt. In cauſa criminali fideiuſſoribus committuntur, vel iuratoriç cautioni: vel ſi graue crimē intentetur, cuſtodiæ mulierum vide *Nouell. 134. et ibi Cuiaciū.* Ad hæc, è ſua patria non trahendæ in ſacrū comitatum vide *l. vn. j. quando imperator.* Hoc hodie deſuetum.
[f] Quid ſi fiſco debeat? vide Authenticam proximam j.
[g] *l. 3. j. eodem. l. 5. ſ de offic. rect. prouinc.*
[h] ſuperſcriptionibus.
[i] Græcis hypaſpiſtæ 6. *Ecloga 1. cap.* 115. officiales qui adſunt cornibus ſecretarij vide *l. 2. j. de prox. ſacror. ſcrin.*
[k] Honorati cōſiſtorium principis ingrediuntur. Porrò conſiſtorium ad συνέδριον principis refertur, ab eo conſiſtoriani, *l. 1. j. de comitibus* Conſiſtoriani, id eſt, comites conſiſtorij.
[l] vide *l. 2. ſ. eodem.*
[m] ἐν τῷ θέματι. Euſtathius *lib. de temporibus.* Prouinciam igitur θέμα vocat: & ita Zonaras *in Heraclio*, ἐκ τῶν θεμάτων, id eſt, ex prouincijs. Theodotus Hermopolites *6. c. 1.* εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤγουν εἰς τὰ θέματα: & alio loco δικαιοδοσίαν ἔχει ἐν τοῖς θέμασι. Inde apud Harmenopulum 1. *tit. 4.* θεματικοὺς κριτὰς καὶ θεματικοὺς ἄρχοντας, oportuit vertere iudices prouinciales, non pedaneos, aut delegatos, v. *Cuiac. c. 18. de præſcriptio.*

## VT OMNES IVDICES TAM CIVIles quàm militares poſt adminiſtrationem depoſitam quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis [m] permaneant,

### Tit. XLIX.

1. Imperator *Zeno* A. Sebaſtiano præfecto prætorio.

NEMO ex viris clariſſimis præſidibus prouinciarum, vel conſularibus, aut correctoribus, vel qui adminiſtrationis maioris infulas [a] meruerint, id eſt, viri ſpectabiles [b] proconſules, aut præfectus auguſtalis, aut comes Orientis, aut cuiuſlibet tractus vicarius, aut quicunque dux, vel comes cuiuſlibet [c] militis, vel diuinarum [d] comes domorum, poſtquam ſibi ſucceſſum fuerit, audeat excedere de locis, quos rexiſſe noſcitur, antequam quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur. Sed per id tempus præſides quidem & conſulares, necnon correctores [e] in metropoli, ſpectabiles verò iudices tam ciuiles quàm militares in ciuitatibus adminiſtratæ diœceſeos illuſtrioribus [f], publicè, non domi, vel intra ſacroſanctos terminos, vel regiones, aut potentes domos latitantes, ſed in celeberrimis locis ante omnium, quos nuper gubernauerant, ora verſentur: vt pateat omnibus facultas libera ſuper furtis, aut criminibus querimoniam commouendi: ita, vt ab omni defenſus iniuria prouiſione poſt eum adminiſtrantis, ac periculo officij, nec minùs curialium, & defenſoris ciuitatis, iuratoriæ tantùm cautioni commiſſus, poſtquàm fuerit in querimoniam deuocatus, pulſare volentibus (vt dictum eſt) pro legum ratione reſpondeat. Nec vllam antę præfinitum tempus de prouincia diſcedendi excuſationem ei tribuat vel diuinæ [g] vocis copia, vel codicilli alterius adminiſtrationis oblati, vel præceptum ampliſſimæ tuæ ſedis, vt alterius prouinciæ moderatoris vices obtineat, aut præceptum præfatæ, vel alterius ciuilis vel militaris cuiuſcumque poteſtatis, vt quamcunque ſollicitudinem publicam gerat, aut exhibeatur, vel deducatur, aut poſtremò cuiuſlibet artis aſtutia, cuiuſcumque occaſionis excogitata calliditas excludatur: vt modis omnibus, quæ pro vniuerſarum prouinciarum ſalute ſancimus, ſortiantur effectum. Quòd ſi quis temeritate punienda ſaluberrimam legem circumſcribendam vel violandam crediderit, licet & maieſtatis reus non immeritò iudicetur, attamen quinquaginta librarum auri multam publicis calculis inferre cogetur: ſimili pœna plectendo ‖ eo, ‖ qui poſt eum adminiſtratione ſuſcepta minimè eum curauerit honeſtè retinendum, aut ſuper eius fuga protinus referendum. 1 ¶ Adminiſtrationem autem deponere non volumus deceſſorem, antequam [h] ſucceſſor ad prouinciæ fines peruenerit, licet literis ad eum, ſeu programmate, vel edicto ad officium & prouinciales vſus fuerit. 2 ¶ Ipſe autem, qui præſentem fugiens non obſeruauerit legem, vbicunque repertus fuerit, licet in hac florentiſſima ciuitate, ad prouinciam ſine vllo penitus obſtaculo, præceptione tui culminis, cura etiam viri clariſſimi rectoris prouinciæ, in qua repertus fuerit, deducetur, per ſex [i] menſium curricula ibidem moraturus: quatenus intereą minimè poſſint crimina vel furta celari. Officium etiam, quod eum, debito tamen honore ſeruato, non prohibuerit contra legis tenorem diſcedere, triginta librarum auri diſpendio feriatur. 3 ¶ Quòd ſi intra quinquaginta dierum numerum fuerit fortè pulſatus, & præfato tempore elapſo necdum finita lis fuerit: ciuiliter quidem ſuper furtorum ſceleribus pulſatus, dato procuratore inſtructo, poſt quinquaginta dies protinus habeat licentiam diſcedendi: accuſatione verò ſuper criminibus facta, per inſcriptionum laqueos irretitus, vſque ad terminum cauſæ ibidem neceſſariò perdurabit. 4 ¶ Sciant autem vniuerſi iudices, apud quos vel adminiſtrationis iure, vel ex præcepto ampliſſimæ tuæ ſedis, huiuſmodi controuerſiæ ciuiliter vel criminaliter ventilantur, intra viginti dierum ſpatium debere ſe præfata litigia, poſtquam orta fuerint, terminare. Nam ſi ſuperſederint: ipſos quidem decem librarum auri condemnationem ſubire cenſemus: accuſationem verò ſeu ciuilem intentionem ſemel in iudicium deductam præfato modo legitimè terminari. Datum V. Id. Octobr. Conſtantinop. Zenone A. II. Coſ. 479.

[a] infulas *Hal.* & malè.
[b] nota q ſint ſpectabiles.
[c] cuiuſlibet limitis.
[d] nota de comite diuinarum domorum.
[e] quibus pars prouinciarū demandata *l. 10. ff. de offic. præf.*
[f] Ciuitates illuſtriores, metropoles v. *l. 6. ſ. de off. recto. prouin.*
[g] diuina, reuocatoria, vel codicillis alteri⁹ adminiſtrationis, &c. *Hal.* quā lectionē probat Cuiacius *Nouell. 8.*
[h] *l. 10. ff. de off. proconſulis: l. vn. ff. de offic. præfecti Auguſt. l. 2. ff. ad l. Iul. maieſta. Nouell. 95. c. 1. inf.*
[i] de ſex menſibus vide Cuiacium *ca. 18. de præſcriptionibus.*

*Authent. ex Nouell. 8. cap. 9.*

*SI verò, antequam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur: detineatur à prouincialibus: & omne, quod datum fuit, ex occaſione, furti actione*

*exigatur: præſente tamen Deo amabili epiſcopo, & cauſam ex non ſcripto examinante.*

## DE OFFICIO EIVS, QVI VICEM alicuius iudicis vel præſidis obtinet[a],

Tit. L.

1. Imperator *Gordianus* A. Domitio præfecto prætorio.

IN cauſa, quæ ſpectat ad vtilitatem reipublicæ, eum, qui vice præſidis prouinciam adminiſtrat, potuiſſe cognoſcere, in dubium non venit. Sanè ſi in aliquo captum eſt ius reipublicæ: iuxta ſcita diuorum principum defenſores reipub. ſi modo adeſſe fiduciam negotio putãt, reſtitutionis auxilium poſſunt flagitare. Datum III. Non. Nouemb. Sabino II. & Venuſto Coſſ. 241.

2. Mandata Imperatorum *Theod. & Valent.* AA. miſſa Antiocho, cæteriſq; præfect. prætorio per referendarium[b], quæ ſic habent.

SVggerente magnificentia veſtra, docta imperialis æternitas debere eos, qui præceptione principali[c] ſeu veſtræ ſedis ampliſſimæ tueri locum rectorum prouinciarum noſcuntur, auctoritatẽ habere tutores ſeu curatores petentibus dare, decretum etiam interponere[d] ad alienandas minorum ſimiliumq; eis perſonarum ſeu curialium[e] facultates, & emancipationes quoque legibus[f] celebrare, & omnia, quę ad iuriſdictionem rectoris prouinciæ pertinent, actitare: præcipere dignata eſt pro diſpoſitione veſtræ celſitudinis præfatas huiuſmodi ſollicitudines peragendi habere licentiam. Datum prid. Idus Octobr. Conſtantinopol. Hierio & Ardaburio Coſſ. 427.

## DE[g] ADSESSORIBVS[h], ‖ET‖ DOmeſticis, & cancellarijs[i] iudicum[k],

Tit. LI.

2. Imperatores *Diocletianus, & Maximianus* AA. Paulino.

STVDIORVM[l] labor meretur, vt hi, qui in publicis adminiſtrationibus conſtituti ſociari ſibi conſiliorum[m] participes cupiunt, ſpe præmiorum atque honorificentia ſua prouocent eos, quorum prudentiam ſibi putant eſſe neceſſariam, non metu terribili, & neceſſitate incõgrua libertati. Datum prid. Id. Iul.

2. Imperator *Conſtantinus* ad Baſſum P.V.

PRæſides non[a] per adſeſſores, ſed per ſe[b] ſubſcribant libellis. Quòd ſi quis adſeſſori ſubſcriptionem inconſultis nobis permiſerit: mox adſeſſor, qui ſubſcripſit, exilio puniatur: præſidis verò nomen ad nos referri iubemus, vt in eum ſeuerius vindicetur. Dat. XV. Kalend. Septembr. Conſtantino A. VI. & Conſtantino Cæſare Coſſ. 329.

3. Impp. *Arcadius & Honorius* AA. Meſſalæ P.P.

COnſiliarios iudicum, & cancellarios, & eos, qui domeſticorum[c] funguntur officio, poſt depoſitam adminiſtrationem quinquaginta dies in prouincijs reſidere præcipimus. Pro confeſſo autem tenebitur, qui accuſatus huiuſmodi perſonam ſubtraxerit: eaque in quadruplum reſtitui[d] iubemus, quæ docebuntur ablata: vt duplum ſpoliatus accipiat, &[e] duplum noſter fiſcus adquirat. Dat. VI. Kalend. Ianuar. Mediolani, Theodoſio & Rumoridio Coſſ. 403.

4 Iidem & *Theod.* AAA. ad Cæcilianum vicarium.

DOmeſticus[f] iudicis à publicis actibus arceatur. Quòd ſi neceſſitatibus publicis ſeſe conuictus fuerit miſcuiſſe: ſtatim eum ad maioris poteſtatis examen deduci oportet, vt competens in eum vindicta promatur. Dat. VI. Id. April. Honorio A. VI. & Ariſteneto Coſſ. 404.

5. Imperatores *Honorius & Theodoſius* AA. Seleuco præfecto prætorio.

NEmo in prouincijs, qui ſemel domeſtici vel cancellarij[g] miniſterium geſſerit, ad[h] eandem obſeruationem aliqua ambitione iterum remeare concedatur. Dat. III. Id. Decemb. Rauen. AA. X. & VI. Coſſ.

6. Iidem AA. Vitaliano duci Libyæ.

NEmo de domeſticis[i] ducum vel comitum militarium, officijs eorum connumeratus, poſt completum ſui temporis actum ad[k] eandem rurſum ſollicitudinem audeat adſpirare: decem librarum auri condemnatione propoſita, ſi quis hanc violare voluerit ſanctionem: eadem pœna officio quoque eius coercendo, ſi per ambitionem, vel auaritiam ex his aliquid temerariè conſenſerit. Datum VIII. Kalend. Nouemb. Honorio A. XI. & Conſtantio II. Coſſ. 417.

7. Iidem AA. Euſtachio præfecto prætorio.

VElut[l] caſtrenſe peculium filijfamilias adſeſſores etiam poſt patris obitum vindicẽt, qui conſilijs proprijs adminiſtratores iuuare conſueuerunt, ſi quid licitis honeſtiſq; lucris coadunare potuerint. Dat. Kal. April. Cõſtantinop. Hono. XIII. & Theod. X. AA. Coſſ. 422.

8. Iidem AA. Aſclepiodoto præfecto prætorio.

NVllus[m] iudicum ad prouinciam ſibi commiſſam quemquam ſecum ducere audeat, cui domeſtici vel cancellarij[n] nomen imponat: nec profectum ad ſe vndecùnq; ſuſcipiat, ne famæ nota cum bonorum publicatione plectatur. Periculo enim primatum officij cancellarios ſub fide geſtorum ex eodem officio electos iudicibus applicari iubemus. ita vt poſt depoſitã adminiſtrationem nec militiam deſerant, & prouincialibus præſentiam ſui exhibeant, quò volentibus ſit accuſandi eos facultas. Si enim idonea cauſa exegerit: ad detegenda iudicis flagitia & quæſtioni eos ſubdi oportet. Dat. prid. Kal. Iul. Aſclepiodoto & Mariniano Coſſ. 423.

9. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. ad Taurum.

SI, poſt depoſitam adminiſtrationem iudicum, præſentiam vel exhibitionem domeſticorum[o], querimonia prouincialium aut curialium vel aliqua publica neceſſitas poſtulauerit: per eoſdem adminiſtratores, quorũ domeſtici fuerint, iudicio legibuſq; tradantur. Datum V. Non. Iul. Conſtantinopoli Theodoſio A. XIIII. & Maximo Coſſ. 433.

10. Iidem AA. Florentio præfecto prætorio.

[a] ad tempus ſc. Idque, iudice vel p̃ſide defuncto: vel quia ad tempus ei prouincia cõmiſſa eſt: quo munere nõnunquam fungebãtur procuratores Cęſaris, *l.1. j. de pedaneis. l.3. j. Vbi cauſæ fiſcales. l.2. j. de pœnis*. Sic Põtius Pilatus procurator Cæſaris, erat in Syria vice præſidis, *Cuiacius hic, & 19. obſ. 15.* qđ à Roberto nõ probatur *1. animaduer. 21. in fin.* probatur verò ab Antonio Mercatore *1. Notar. 21.* Cuiacius *ad Nouellam 8.* putat derogatũ huic titulo, vetito præſide τοποτηρητὰς, ſeu vicarios in ciuitatibus (ſe abſente) conſtituere: vtpote eo munere ad defenſionem ciuitatis tranſlato. Paucis ſic ſentio, Eum de quo hîc agitur vicem iudicis vel pręſidis obtinuiſſe *Vt hic:* vice præſidis prouinciæ adminiſtraſſe, *l. 1. j. eod.* locũ rectoris prouinciarum tuitum, iuſſu principis vel ipſius præſidis, *l.2. j. eodem.* Vnde cõſtat, huic vicario, defuncto tantũ præſide, locũ non fuiſſe *l.2. j. eod.* τοποτηρηταὶ *Nouell. 8. ca. 4.* videntur fuiſſe locorum quorundam defenſores, non integræ prouinciæ: vt res eo redeat, à Præſidibus mãdari potuiſſe integræ prouinciæ adminiſtrationem, ſed & iuriſdictionẽ, at non potuiſſe certis locis ac ciuitatibus defenſores dari, *l.1. ff. de tutoribus datis*: eſtque diuerſus à vicario (de quo s̃. *titul. 38.*) legato, eove cui mandata eſt a præſide iuriſdictio. [b] Referendarius, qui recitat principi ſupplicum deſideria, & mandata Principis iudicibus inſinuat, *Nouell. 10. Nouell. 113. Nouell. 124. Procop. de bello Perſico: Ammon. 4. cap. 41.* [c] *l.1. s̃. de mandatis princip. l. 1. §. 4. ff. de legat. 3.* [d] Imò, eam facultatem mandare præſes poteſt *l.2. in f. ff. de eo qui mandata.* [e] hinc & ex verbo, *Decretum s̃. eod.* colligunt, Non valere venditionem prædiorum curialium, niſi fiat cauſa probata apud acta præſidis. *Vide Cuiac. ad l. 1. j. de præd. curial*: poterat etiam dici apud acta vicarij, de quo hîc agitur. [f] hinc colligunt, Vicarios conſtitui, vt ea quæ legibus ſpecialiter Præſidibus data ſunt exequantur *Vide Cuiacium ad Nouellam 8.* [g] *1. ff. 22. 7. Ecloga prima.* [h] *Vide l. primam j. eodem.* adſenſores etiam vocantur *1. Cod. Theodoſ. 11.* [i] *Vide l. tertiam j. eodem. Vide l. 8. j. eodem.* [k] omnium iudicum *l. 6. 11. 12. j. eodem.* [l] Iuriſprudentia requiritur in adſeſſore, *Vt hic: & l. 1. ff. eodem.* At non in eo cui is adſidet. ideoque illi imputatur imprudentia, non magiſtratui, *l. 2. ff. quod quiſque.* [m] Ij ſunt iuriſprudentes ἀρχόντων σύμπονοι *7. Ecloga 1. cap. 1.* βοηθοὶ, *Macarius Homil. 15.* conſiliarij *l. 3. 7. 11. 12. 13. j. eodem.* adſenſores *Cod. Theodoſ. eodem.* vbi quidam legunt adſertores. Vt differant à iudicibus, vide legem 2. & 13. j. eodem.

[a] Adſeſſores non ſunt iudices: nec enim poſſunt libellis ſubſcribere *Nouell. 60.* [b] non per adſeſſorem. An cum adſeſſore poteſt? *l. 13. j. eod.* [c] Nota qui ſint domeſtici iudicũ: De domeſtico adde *l. 4. 5. 6. 8. j. eod.* adde *l. 1. j. ad legem Iul. repet.* [d] *l. 1. l. 4. j. ad legem Iuliam repet.* [e] ſenſus eſt; Quadruplũ hic diuiditur inter fiſcum, & ſpoliatum. [f] *Vide l. 3. s̃. eodem.* [g] *Vide l. 8. j. eod.* [h] *Vide l. 6. j. eodem.* [i] *Vide l. 3. s̃. eodem.* [k] *l. 5. s̃. eod. l. vn. j. ad l. Iul. de ambitu. l. 1. in fine, j. de caſtrenſianis: l. 18. ff. ad munićip. l. 14. in fine. ff. de munerib.* [l] Quod ex lucro legitimo adſeſſionis filiusfamilias adquiſiuit, caſtrenſis peculij priuilegijs donatur, *l. 1. Cod. Theo. eodem. l. 4. j. de aduoca. diuerſ. iud. l. 1. §. 16. ff. de collationib.* [m] *l. 2. Codice Theodoſ. eod.* [n] *l. 3. l. 5. s̃. eod. l. 2. §. 18. s̃. de offic. præfect. præt. Afr.* Cãcellarij, à ſecretis iudicũ. dabant operã ſcribendis & expediendis epiſtolis, iuſſionibus, edictis, relationib', reſponſis, & ſententijs, in loco quodã vt cõſiſtorio proximo, reticulis ſiue cancellis clauſo, vt fit etiam hodie in Curijs. Per eoſdem fiebat ad iudices admiſſio. dictos ait Agathias libro 1. ἐκ τῶν κιγκλίδων. videtur etiam vocati viri epiſtolares *lege quinta. §. 2. j. de temporibus appella.* & hoc erant iudicibus, quod principibus tribuni & notarij. [o] *Vide leg. tert. ſuprà eodem.*

In conſilia-

IN conſiliarijs obſeruari cenſemus, vt in eum, qui in ſua prouincia vltra [a] quatuor menſes moderatoribus adſederit aduerſus leges antiquas, & diuorum retrò principum ſcita, proſcriptio bonorum, & accuſatio publici criminis immineat, niſi per cœleſte oraculum, vel ampliſſimæ tuæ ſedis præceptionem ſeſe defendat. Dat. XIII. Kal. Febr. Theodoſ. VII. & Feſto Coſſ. 439.

11. Iidem AA. Zoilo præfecto prætorio Orientis.

NOn minùs adſeſſoribus maiorum magiſtratuum, quàm ipſis iudicibus noſtræ beneuolentiæ liberalitas tribuenda eſt. Ideoq; conſiliarios virorum illuſtrium præfectorum tam prætoriorum, quàm huius inclytæ vrbis, eminentiſſimorumq; magiſtrorum militum, necnon etiam viri illuſtris magiſtri officiorum, ſiue prædicto officio iam functi ſunt, ſeu fungentur in poſterum, poſt depoſitum etiam officium ab [b] omni indictionis onere ſeu ciuilium ſeu militarium iudicum prorſus immunes eſſe præcipimus: vt nec ab ampliſſima quidem ſede tui culminis eis vlla moleſtia ſuper ſuſcipiendo quolibet grauamine penitus iniungatur: quinquaginta librarum auri officio tui culminis condemnatione multando, ſi quid aduerſus ſtatuta clementiæ noſtræ innouari conceſſerit. Dat. V. Kalend. Mart. Theodoſio A. XVIII. & Albino Coſſ. 444.

12. Impp. *Valent. & Mart.* AA. Palladio P.P.

LIceat omnibus iudicibus illuſtri præditis poteſtate conſiliarios ſibi eoſdem ſecundò, ac tertiò, & ſępius adiungere: quia qui ſemel [c] rectè cognitus eſt, non debet ob hoc ſolum, quòd iam probatus eſt, improbari. Dat. Val. A. ***

XIII. [d]

NVmquam [e] ſine [f] iudicibus conſiliarij, eorum nomina ponentes, ius dicant.

14. Imperator *Iuſtinianus* A. Demoſtheni præfecto prętorio.

NEmo ex his, qui aduocati cauſarum conſtituti ſunt vel fuerint etiam in hac regia vrbe, in quocumque iudicio deputati, & in alijs omnib. prouincijs noſtro ſubiectis imperio, audeat in vno [g] eodemq; tempore tam aduocatione vti, quàm conſiliarij cuiuſcumque magiſtratibus, quibus reſpublica gerenda committitur, curam arripere: cùm ſatis abundeq; ſufficiat, vel per aduocationem cauſis perfectiſſimè patrocinari, vel adſeſſoris officio fungi: ne, cùm ad vtrumque feſtinat, neutrũ bene peragat: ſed ſiue aduocatus eſſe maluerit, hoc cum debita ſolertia implere poſſit: vel, ſi adſeſſionem elegerit, in ea videlicet permaneat. ita tamen, vt, poſt conſiliarij ſollicitudinem depoſitam, liceat ei ad munus aduocationis reuerti. 1 ¶ Nec ſit conceſſum cuiquam duobus magiſtratibus adſidere, & vtriusque iudicij curam peragere: (neque enim facilè credendum eſt etiam duabus [h] neceſſarijs rebus vnum ſufficere. nam, cùm vni iudicio adfuerit, alteri abſtrahi neceſſe eſt: ſicque nulli eorum idoneum in totum inueniri) ſed altera adſeſſione penitus ſemota, vnius magiſtratus eſſe contentum iudicio. 2 ¶ Nec callidis machinationibus huiuſmodi legem putet quis eſſe circumſcribendam, etſi non conſiliarij ſignum, quod ſolitum eſt, chartis imponat [i], ſed alias quaſdam literas excogitatas adſimulauerit, exiſtimans ei licere fungi quidem memorato officio, ſub huiuſmodi tamen vmbra latère: cùm in legem committant ‖ & ‖ hi, qui vigorem eius ſcrupuloſis & excogitatis artibus eludere feſtinant. Neque ſibi blandiri quemquam oportet, quòd præſentis ‖ etiam ‖ legis aculeos poſſit euadere, quemadmodum & anteriores leges ſuper hac re poſitas deludebat. Si quis etenim in tali commiſſo fuerit inuentus, ſciat ſe de matriculis aduocatorum penitus eſſe delendum, & decem [k] librarum auri multam noſtris priuatis largitionibus illaturum, per virum illuſtrem comitem rerum priuatarum exigendam: & aliam maiorem regalis culminis ſubiturum offenſam: cùm nec ipſe iudex, qui hoc fieri paſſus eſt, & ſciens prudenſque hoc commiſerit, ſine imperiali commotione remanebit. Eidem pœnæ quidem ſubijciendo etiam eo, vel eis, qui in his cauſis, quarum patrocinium adepti ſunt, quibusque aduocationem ſuam præſtiterunt, adſeſſiones cuiuſcumque magiſtratus colore audeat vel audeant vindicare: ne affectionis ſuæ ‖ vel ‖ aduocationis memor, incorrupti iudicis non poſſit nomen perferre. Datum V. Kalend. Octobris, Chalcedone, Decio V. C. Coſ. 529.

[a] *l. 37. ff. ex quibus cauſis maior.* De quatuor mēſibus v. *Cuia. c.16. de præſcr.*

[b] Immunitas eorũ qui adſident maioribus magiſtratibus.

[c] Semel bene probata non ſunt improbanda.

[d] Hæc lex ſumpta eſt ex 7. *Eclog.* 1. *c.* 1.

[e] Leunclaij interpetatio.

[f] poſſunt ergo cum iudicibus v. *l.* 2. *C. Nouel.* 60.

[g] *l. 5. ff. eod.*

[h] *l. vlt. C. de adſeſſorib. l. 9. ff. de pactis.*

[i] Adſeſſores chartis iudicũ ſigna ſua imponunt.

[k] 7. *Eclog.* 1. *cap.* 1.

DE ANNONIS [a], ET CAPITATIONE [b] adminiſtrantium, & eorum adſeſſorum, aliorúmve publicas ſollicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquas conſecuti ſunt dignitates,

Tit. LII.

1. Impp. *Theod. & Valent.* AA. Florentio præfecto prætorio.

OMNIBVS tam viris ſpectabilibus, quàm viris clariſſimis iudicibus, qui per prouincias ſiue militarem ſiue ciuilem adminiſtrationem gerunt, necnõ comiti commerciorum [c], magiſtro æris, ſiue priuatæ rei rationali per Ponticam atque Aſianam diœceſim, item & adſeſſoribus iudicum ſingulorum in præbendis ſolatijs annonarum hic fixus ac ſtabilis ſeruabitur modus, vt ea pro annonis & capite dignitatis ſuæ debitis pretia conſequantur, quæ particularibus delegationibus [d] ſolent contineri. Datum III. Kalend. Iun. Conſtantinopol. Theodoſio XVII. & Feſto Coſſ. 439.

DE † CONTRACTIBVS IVDICVM [e], vel eorum, qui ſunt circa eos [f]: & inhibendis donationibus in eos faciendis: & ne adminiſtrationis tempore proprias ædes ædificent ‖ ſine ſanctione pragmatica: ‖

Tit. LIII.

*Pratores & prouinciarum rectores non poſſunt per ſe vel per alios contrahere in loco ſibi commiſſo, niſi pro neceſſitate victus & veſtitus Salyc.*

1. Imp. *Iuſtin.* A. Mennæ P.P.

QVICVNQVE adminiſtrationem in [g] hac florentiſſima vrbe gerunt, emere [h] quidem mobiles res vel immobiles, vel domos extruere non aliter poſſunt, niſi [i] ſpecialem noſtri numinis hoc eis permittentem diuinam reſcriptionem meruerint. 1 ¶ Donationes [k] verò omnimodo recuſent, ſcientes non eſſe validas eas in quibuſcunque rebus, & quacunq; æſtimatione, niſi poſt adminiſtrationem depoſitam, vel ſpecialiter in ſcriptis donator eandem donationem ratam habuerit, vel tempus quinquénale prętererit, in quo nulla querela ſuper iiſdem donationibus vel ab ipſo donatore vel ab eius ſucceſſoribus facta ſit. 2 ¶ Prouincias [l] verò moderantibus, non ſolùm donationes, ſed [m] etiam emptiones quarumcunq; mobilium vel immobilium rerum (præter eas, quæ ad alimoniam, vel veſtes pertinent) & ædificationes, licet [n] ſacri apices aliquid eorum permiſerint, penitus interdicimus. Nec ratum ſit, quod his donatione vel venditione datum eſt, licet [o] quinquennale tempus poſt depoſitam adminiſtrationem exceſſerit, vel [p] conſenſus donatoris vel venditoris poſt eandem adminiſtrationem adiectus ſit. 3 ¶ Hæc autem etiam ad domeſticos [q] & conſiliarios [r] eorum trahi neceſſarium duximus: illud etiam adijcientes, vt nec per [s] interpoſitam perſonam aliquid eorum ſine periculo poſſit perpetrari. 4 ¶ ‖ Quæ etiam ad pręterita [t] negotia referri ſancimus, niſi tranſactionibus vel iudicationibus ſopita ſint. ‖ Dat. V. Id. Decembr. Conſtantinop. D. N. Iuſtiniano A. II. Coſ.*

[a] Annonæ ſunt, quibus vitam noſtrã toleramus.

[b] & capitu, *Hal. l.* 1. §. 8. *C. de off. præf. prat. Afr.* Capita ſunt pabula equorũ & iumentorum. Heſychius κάπητον παράσχημα ἀλόγων pabula iumẽtorum, quæ vulgò dictitant capita, *Ammianus* 22. ad equos capitũ definitum, *Caſsiodor.* 7.

[c] cui curæ eſt, ne commercia illicita exerceantur, cuiq; ſoli à barbaris comparandi ſerici, in vſum principis ius poteſtasque eſt: & ſine quo cum barbaris vltra fines conſtitutos negotiari non licet *l. 2. C. quæ res vendi.*

[d] quæ & delegatoriæ. Notitię ſunt quæ ſingulis adminiſtratorib⁹ & officijs delegantur: quibus annonæ eis debitæ taxãtur, & capita & precia eorum quæ ſumunt vel ex tributis, vel ex publicis horreis. Sunt & aliæ delegationes his contrariæ: quarum meminit lex 1. 2. *C. de indictionibus*: & Nouella 128. *c.* 3. † v. in hunc titulum Cuiacium 16. *obſeru.* 13. Hic titulus non obſeruatur in Gallia: ſed nec apud eas gentes, apud quas perpetui ſunt magiſtratus, *Guido Pap. deciſ.* 195. Quin Leonis Nouella 82. permittit vrbanis iudicibus negotiari, ædificare & munera capere. vetantur tñ ab eo præſides *Nouella* 23. in prouincijs domeſtica ſponſalia contrahere. [e] & vrbanorum & prouincialium. [f] v. *l. 1. §. 3. C. eod. l. 33. ff. de reb. credit.* [g] *6. Ecloga 1. fol. 45.* [h] v. *Cuiac. 16. obſ. 13.* [i] Melior eſt vrbanorum in eo conditio, quàm prouincialiũ §. 2. *C. eod.* Quid ſi paterna eorum bona à fiſco diſtrahantur? vtiq; emere poſſunt *l. 62. ff. de reb. cred.* [k] etiam ex teſtamẽto. extranei tñ, vt ex Theophilo refert Anaſtaſius bibliothecarius v. *Cuiac. hoc tit.* [l] *l. 46. ff. de contrahen. empt. l. 8. ff. ad leg. Iul. repet. l. 46. §. 2. ff. de iure fiſci.* [m] *d. l. 8. §. 1.* [n] In eo durius agitur cũ prouincialib. quàm cum vrbanis §. 1. *C. eod.* & meritò. Maior eſt enim in prouincijs graſſandi copia. [o] abrogatur lex 5. 6. *Cod. Theod. de his adminiſt. vel off. publ.* [p] Cur ita? collige ex lege 29. *ff. de reg. iur.* [q] ſunt enim iudicum ſuppoſitæ perſonæ *l. 3. C. ſi certum: l. vn. C. ſi rector. prouinc.* [r] quos Græci συμβούλους, παρέδρους, συνέδρους, συγκαθέδρους, συμβόλους. Latini, conſiliatores, *Lactant.* 2. Plinius 4. *epiſt.* conſiliantes *l. 12. Cod. Theod. de legatis:* participes *l. vn. C. ſi rector prouinc:* conſiliares *l. 5. ff. de off. adſeſſor. adde Cuiac. Nouell.* 119. [s] *l. 13. ff. de re milit. l. 3. C. de reb. credit.* [t] Leges trahuntur etiam ad præterita, ſi hoc nominatim ſit expreſſum *l. 7. C. de legib. l. vlt. C. de pactis pignor. Nouell. 13. Nouell. 66. Nouell. 115. cap. 1.*

## DE [a] MODO [b] MVLTARVM, quæ à iudicibus [c] infliguntur, Tit. LIIII.

1. Impp. *Seuerus & Anton.* A A. Firmo.

MVLTA damnum famæ [d] non irrogat. Datum V. Idus Aprilis, Antonino A. & Geta vtriſque II. Coſſ. 206.

2. Imp. *Alexan.* A. Decimio præfecto prætorio.

PRocuratores meos vel [e] rationales, multæ indicendæ ius non habere [f], ſæpe reſcriptum eſt. Datum XIIII. Kalend. Septemb. Modeſto & Probo Coſſ. 229.

3. Imp. *Gord.* A. Celeri P.P.

CVrator [g] reipublicæ (qui Græco vocabulo logiſta [h] nuncupatur) multandi ius non habet. Dat. Idib. Septembris, Gordiano A. & Auiola Coſſ. 240.

4. Imppp. *Gratian. Valentinian. & Theodoſius* A A A. Eutropio P P.

ILluſtres viros præfectos prætorijs vſque ad quinquaginta [i] librarum auri multam, cùm peccatum grauiſſimum erit, peruenire ſinimus. Datum VIII. Id. Ianuar. Gratiano V. & Theodoſ. A A. Coſſ. 380.

5. Imperatores *Valentin. Theodoſ. & Arcad.* AAA. ad Prætextatum præfectum prætorio.

MVltarum ſeuera compendia ærario noſtro protinus eſſe quærenda nullus ignoret: niſi [k] ipſe iudex id, quod ad pœnam admiſſi facinoris exculpitur, vel publicis operibus, vel curſui publico, vel alijs neceſſarijs cauſis ſpecialiter deputauerit. Datum V. Id. Septemb. Aquileiæ, Richomere & Clearcho Coſſ. 384.

*Secundum varietatem iudicum maior & minor multa poteſt imponi.*

6. Impp. *Arcad. & Honor.* A A. Meſſalæ P P.

EOs, qui ordinario [l] prouincias iure moderantur, erga eorum perſonas, quos culpa reddit obnoxios, vltra duarum vnciarum auri ſummam condemnare non patimur. 1 ¶ Proconſularem verò poteſtatem, ſi multandi neceſſitas imminebit, ſenarum vnciarum auri ſumma cohibebit. in qua [m] forma etiam comes Orientis, atque præfectus Auguſtalis erit. 2 ¶ Cæteri verò ſpectabiles iudices, & qui vice [n] noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperint, vltra tres auri vncias ſibi intelligãt licentiam denegatam. 3 ¶ Id quoque obſeruandum à moderatore eſſe cenſemus, vt in vnius correptione perſonæ (ſi ad id continuatio peccati impulerit) trinę [o] tantummodo in anno [p] condemnationis ſub præſtitutâ ſummâ ſeueritas exerceatur. 4 ¶ Quòd ſi quis prædictum modum [q] exceſſerit: huius auctor admiſſi condemnato [r] ad dupli reſtitutionem: fiſco verò noſtro ad inferendam eam quantitatem, quam multæ nomine inflixerit, tenebitur. 5 ¶ Nec [a] tamen ad huius legis moderationem pertinere ſe credant, qui in peculatibus, aut manubijs, id eſt deprædationibus, aut concuſſionibus, furtis, alijſque flagitijs, quæ coerceri ſeueriùs conuenit, fuerint deprehenſi: ſcilicet vt ſcripta [b] per iudices memoratos, in cuiuslibet fuerit dirigenda diſpendium, ſententia proferatur. 6 ¶ Nec putent factu facile eſſe [c], vt aut præcipiti perſuaſione condemnent, quem culpa non ingrauet: aut erubeſcenda [d] varietate iudicij pro arbitrio proprio immutandum eſſe, quod iuſſerint: niſi [e] paupertas condemnati hoc perſuaſerit. Datum XII. Kalend. Septembr. Theodoſio A. II. & Cynegio Coſſ. 388.

[a] περὶ προστίμων, &c. 43. *Ecloga 7.* [b] nec enim licet in infinitum *l. Vlt. j. eo. l.5. j. quando prouoc.* [c] de quibus ſuperioribus titulis dictũ eſt, exceptis procuratore Cæſaris & curatore Reip. *l.2. l.3. j. eod.* & defenſore plebis *l.5. j. ti. prox.* [d] Multa damnum pecuniæ irrogat, non famæ. vt differat à pœna V. *l. 31. §. 1. ff. de Verbor. ſignific.* [e] meos, i. rationales. quidã ita legũt. [f] cur ita? V. *l. 2. inf. ff. de iudicijs.* [g] de quo *l. Vlt. ff. de off. adſeſſor: l. 37. ff. de pact: adde l. 46. § 1. ff. de admi. tut.* [h] i. cenſor rerũ ad ciuitatem pertinẽtium. Idem κριτὴς δοκιμαςῆς. prædia publica & vectigalia locat, pecuniam publicã tractat, opera & loca publica curat *l. 46. ff. de damno: l. 3. § 4. l. 5. § 4. § 10. ff. quod Vi: l. 2. l. 3. ff. de admin. rer.* cauſas reipublicę agit, ex decurionib. legebatur. Idẽ pater ciuitatis etiam appellabatur *l. Vlt. j. publicæ lætitiæ: V. Cuiac. ad l. 3. Cod. de his qui ſponte munera:* curator operum, curator ciuitatis, ἀςυνόμος V. *Cuiac. 12. obſeru. 30. inf.* curator emendi frumenti *l. 46. § 6. ff. de adminiſt. tut:* vt crearentur V. *l. Vlt. j. Vt nemini liceat in coemp:* Collectæ tributorum pecuniæ ad eum deferebantur *l. Vlt. inf. Cod. publicæ lætitiæ. Nouell.* 128. [i] 44. *Ecl. 7. c. 3.* Ea ſuprema multa eſt Præfecto prætorio conceſſa. Caſſiodorus, Magna quantitate multas errantes. [k] 44. *Ecl. 7.* c. 3. Omnis multa plerumque accedit fiſco: poteſt tñ à iudice ſpecialiter deputari publicis operibus, vel curſui publico, vel alijs neceſſarijs cauſis *Vt hic: & l. 2. inf. j. de aleat.* vel pauperibus *l. 2. s. de epiſc. aud. l. 20. C. Theod. quorum appell. non recip. Caßiod.* 8. idque parlamenta Galliæ ſæpius vſurpaut. [l] Præſides intelligit: & eos quidem qui ſunt in actu, ἐμπράκτους, Græci *Eclog. d. loco: adde l. 33. s. de epiſcop. l. 2. j. de prox. ſacror. ſcrin: Nouell.* 20. 31. 103. & 112: quaſi infimi ordinis. Sic ordinarij milites, gregales, & manipularij. ἐμβαθμοὶ etiam dicuntur V. *Cuiac. ad l. 4. j. de annonis: & ad tit. de off. rector. prouinc. s. eodem.* [m] *Ecloga d. loco.* [n] καὶ οἱ ἐν τάξει τῶν ὑπάρχων ὄντες *Ecloga d. loco,* i. & qui vicem præfectorum gerunt. [o] *Ecloga d. loco c. 4.* [p] κατὰ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν, i. in eodem anno *Ecloga ibid.* [q] Multarum iudicialium modus certus eſſe debet, *Vt hic:* quid in ſtipulationibus & pactis? poſſumúsne pœnam infinitam ſtipulari? v. Cuiacium 16. *obſ.* 34. Hæc interea regula notanda eſt, Neminem poſſe pœnam ſtipulari, vltra legitimam vſuræ quantitatem *l. 15. j. de Vſuris: 44. Ecloga 7. ex lib. 23. tit. 3. c. 58.* [r] condemnatæ. quidam ita legunt. Græci ita rem totam expreſſerunt τὸ δὲ διπλάσιον ἀναδόσει τῷ προστεθέντι: vel, vt ibidem alter legit, προστιμηθέντι vt ſit ſenſus, Eum qui modum in indicenda multa exceſſerit, teneri duabus pœnis: & ipſi condemnato ad dupli reſtitutionem, & fiſco ad parem multam, quam indixit.

[a] *l. 1. j. de ſententijs ex periculo.* [b] ſibi ſcilicet. Nã ſuperior iudex pœnã poteſt remittere. [c] ſenſus eſt, Modum multarũ, de quo hoc titulo agitur, nõ pertinere ad ſacrilegos, fures & huiuſmodi grauiorum delictorum reos 43. *Eclog. 7. c. 4.* [d] Varietas in iudice erubeſcenda V. *l. 14 ff. de re iudic. l. 15. j. de pœn.* [e] Iudex, contrario iudicio multam moderari & remittere poteſt: non omnino, ſed iuſta tantum de cauſa. verbi gratia propter inopiã rei *l. 6. inf. ff. de off. præſid.* Plinius 4. *Epiſt.* Prætor ſenatori multã dixit, egit ille in ſenatu cauſam ſuam ſic, vt deprecaretur. remiſſa eſt multa. Interdum pœna pecuniaria mutatur in corporalẽ *l. 4. Verſ. quod ſi, j. de ſeruis fugit. l. 1. inf. j. de pœnis: 2. Fend. 55. §. qui Verò.*

## DE DEFENSORIBVS [a] ciuitatum [f], Tit. LV.

1. Impp. *Valent. & Valens* A A. Senecæ defenſori.

SI QVIS de tenuioribus [g] ac minuſcularijs [h] rebus interpellandum te eſſe crediderit: in minoribus cauſis, id eſt, vſque ad quinquaginta † ſolidorum ſummam, acta iudicialia conficiat. ſcilicet vt, ſi quando quis vel debitum iuſtum, vel ſeruum, qui per fugam [i] fuerat elapſus, vel quod vltra delegationem dederat, poſtulauerit, vel quodlibet huiuſmodi, tua diſceptatione reſtituas. Cæteras verò, quæ dignæ forenſi magnitudine videbuntur, ordinario inſinuato rectori. Datum XV. Kalend. Ianuar. Terici, Valentiniano & Valente A A. Coſſ. 365.

2. Iidem AA. ad Probum præfectum prætorio.

DEfenſores ciuitatum, non ex decurionum ſeu cohortalium [k] corpore, ſed alijs idoneis [l] perſonis huic officio deputentur. Datum III Nonas Nouemb. ijſdem Conſſ. 365.

3. Iidem & *Gratianus* A A A. ad Senatum.

VTili ratione perſpectum eſt, vt innocens [m] & quieta ruſticitas, peculiaris patrocinij, id eſt defenſoris locorum beneficio, perfruatur, & apud eum in pecuniarijs cauſis litigandi habeat facultatem. Dat. IIII. Id. Aug. Hierapoli, Valentiniano & Valente AA. vtriſq; II. Coſſ. 368.

4. Imppp. *Grat. Valent. & Theod.* A A A. Theodoro defenſori.

IN defenſoribus [n] vniuerſarum prouinciarum erit adminiſtrationis hæc forma, & tempus quinquennij † ſpatij metiendum: ſcilicet vt in primis parentis vicem plebi exhibeas: deſcriptionibus ruſticos vrbanosq; non patiaris adfligi: officialium inſolentiæ, & iudicum procacitati (ſalua reuerentia pudoris) occurras: ingrediendi, cùm voles, ad iudicem liberam habeas facultatem: ſuperexigendi damna, vel ſpolia plus petentium ab his, quos liberorum loco tueri debes, excludas: nec patiaris quicquam vltra delegationem ſolitam ab his exigi, quos certum eſt niſi tali remedio non poſſe reparari. Datum XI. Nonas Ianuar. Conſtantinop. Arcadio & Bautone Conſſ. 385.

5. Imppp. *Valent. Theod. & Arcad.* A A A. Potamio præfecto Auguſtali.

DEfenſores nihil ſibi inſolenter, nihil indebitum vindicantes, nominis [o] ſui tantùm fungantur officio. Nullas infligant multas. Sæuiores non exerceant quæſtiones [p]. Plebem vel decuriones ab omni improborum inſolentia & temeritate tueantur: vt id tantùm, quod eſſe dicuntur, eſſe nõ deſinant. Dat. III. Non. Mart. Conſtantinop. Arcadio A. II. & Rufino Coſſ. 392.

[a] *1. C. Theod. 10. Nouell. 15.* περὶ τῶν ἐκδίκων. [f] ſingularum ſcil. ſimiles erant tribunis plebis vrbis Romæ. Iidẽ locorũ defenſores *l. 3. j. eodem:* parẽtes plebis *l. 4.* defenſores plebis *l. Vn. inf. j. de off. iuridici.* defenſores diſciplinæ *l. 6. j. eod.* V. *l. 4. 5. j. de defenſorib. adde Alciat. 3. diſpunct. 5.* [g] maiores .n. remittuntur ad Præſidem *l. 7. j. eod.* [h] munuſcularijs *Hal.* † hæc ſumma paupertatis definitur in lege 10. *ff. de accuſat.* Hodie eſt 300. ex Nouella 18. *cap. 3. in fine.* [i] *l. 5. j. de fugit.* [k] id eſt, ex plebe. [l] quin, ne quidem illuſtres & milites hoc munus declinare poſſunt, *Nouell. 15. cap.* 1. [m] Ruſticitas innocens & quieta patrocinio indiget. [n] defenſoribus ſingularum ciuitatum. quidam ita legunt & rectè. † hodie biennij *Nouell.* 15. [o] Laus eſt magiſtratum nomini ſuo reſpondere, *Vt hic & l. 2. Cod. Theodoſ. eodem.* [p] Ius etiam præhenſionis habuerunt, ſicuti tribuni plebis *l. 22. ſuprà de epiſcop. audien. Nouell.* 15. quæ illis denegata erat *l. 5. Cod. Theodoſ. de exhibend. reis: Vide Cuiacium 9. de præſcriptionibus.*

6 Iidem

6. Iidem AAA. Tatiano PP.

PEr omnes regiones, in quibus fera & periculi ſui neſcia [a] latronum feruet inſania, probatiſſimi quique & diſtrictiſſimi defenſores adſint diſciplinæ, & quotidianis actibus præſint, qui non ſinant crimina impunita [b] coaleſcere [c], remoueant † patrocinia, quæ, fauorem reis, & auxilium ſceleroſis impartiendo, maturari ſcelera fecerunt. Datum 5. Id. Aprilis, Arcadio A. 2. & Rufino Coſſ. 392.

7. Imppp. *Arcad. Honor. & Theod.* AAA. Cæciliano P. P.

DEfenſores ciuitatum oblatos ſibi reos in ipſo latrocinio [d] vel congreſſu violentiæ, aut perpetrato homicidio, aut ſtupro, vel raptu, vel adulterio deprehenſos & actis [e] publicis ſibi traditos, expreſſo crimine cum his, à quibus fuerint accuſati, mox ſub idonea perſecutione [f] ad iudicium dirigant. Dat. Prid. Kal. Ian. Mediolani, Stilichone 2. & Anthemio Conſſ. 405.

8. Impp. *Honor. & Theod.* AA. Cæcilio P. P.

DEfenſores ita præcipimus ordinari, vt ſacris [g] orthodoxæ religionis imbuti myſterijs, reuerendiſſimorum epiſcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, ac poſſeſſorum, & curialium [h] decreto conſtituantur. de quorum ordinatione referendum eſt ad illuſtriſſimam prætorianam poteſtatem: vt literis [i] eiuſdem magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas.

1 ¶ Quod ſi quid à qualibet perſona contra publicam diſciplinam in læſionem poſſeſſorum fieri cognouerint defenſores, referendi habeant poteſtatem ad illuſtres & magnificos viros præfectos prætorijs, & illuſtres viros magiſtros equitum & peditum, magiſtros etiam officiorum, & comites tam ſacrarum largitionum quàm rerum priuatarum. Dat. 15. Kalend. Feb. Rauennæ, Honorio 8. & Theod. 3. AA. Conſſ. 409.

9. Iidem AA. Cæcilio PP.

IVbemus [k] cura ac ſolertia defenſorum minimè poſſeſſores maioribus menſuris [l] & ponderibus à ſuſceptoribus prægrauari: ſed eos deprehenſos, ad iudicium dirigi cum ipſo commiſſæ fraudis indicio [m].

1 ¶ Illud etiam fieri permittimus: vt, ſi prouincialibus noſtris conteſtari iniurias ſeu læſiones ſuas cupientur.

[a] Latronum vita, periculi ſui neſcia *Vt hic: & l. 3. C. Theodoſ. titu.* 10.

[b] impunitate *l. 3. C. Theod. eod.*

[c] id eſt, conualeſcere. vel vt quidam legunt, coaleſcere.

† hinc colligunt, Ob delictum hęreticis denegari delinquẽtibus aduocatum. Quidã negant hoc in Gallia ſeruari. Rebuff. *in proœm. conſtit. gloſ. 5. nu.* 46. negare videtur. nec enim in Gallia moris eſt, vt delinquenti detur aduocatus, cũ cogatur ore proprio reſpondere. quandoquidem omnia criminalia apud Gallos extraordinariè expediuntur.

[d] *l. 6. s. eod: l. 8. j. eodem. Nouell. 15. c. 9.* [e] Apud defenſores acta edebantur, etiam aduerſus potentiores *l. 9. j. eod.* qua de cauſa & archiuum habent, ſiue ſcrinium & ſcriniarium vnum, & exceptorem & officiales duos. Apud eos nemo emancipabatur, aut manumittebatur: hæc enim iudices exigunt, apud quos ſit legis actio. Ideoq; de his acta non conficiebant. *Vide Cuiacium ad Nouell.* 15. *in fine.* [f] proſecutione. & rectè. Inde proſecutores *l. 7. ff. de cuſtod.* idonea proſecutione mittere, *Faire conduire le criminel. auec bonne & ſeure garde.* [g] *Vide l. 18. s. de Iudæis: adde Nouell.* 15. *c. 1: l. 19. s. de epiſcop. aud: l. 9. j. de diuerſ. off.* [h] *l. 19. in fi. s. de epiſcop. aud.* [i] De literis prætoriæ ſedis, vide Cuiacium *ad Nouell.* 8. [k] *l. Vlt. C. Theodoſ. 11. tit. 8.* [l] *V. l. 9. j. de ſuſceptorib.* [m] id eſt, cum ipſis ponderibus & menſuris.

tibus [a], actorum [b] confectio à defenſoribus denegetur, licentia eis tribuatur querelæ propriæ libellum conſcriptum, eo tempore, quo fuerat conteſtandum, in frequentioribus [c] ciuitatum locis proponendi [d], conueniendiq; ſcribas, tabularios, & cætera officia publica commonẽdi, per quę libellũ colligi oportebit, atq; inuitis ſuprà memoratis perſonis ſub actorum confectione ingerendi, quorum quæſtione fides poſſit inquiri. qua probata. in eos quos geſtorum petitam confectionem negaſſe conſtiterit, vigor iudiciarius exeratur [e]. Dat. 12. Kalend. Februar. Rauennæ, Honorio 9. & Theodoſio 3. AA. Coſſ. 409.

*Non poteſt aliquis renunciare officio defenſoris ciuitatis, niſi cum auctoritate principis.*

10. Impp. *Theod. & Valentin.* AA. Cyro præfecto prætorio.

NVlli defenſorum licere decernimus, ſi de publica [f] ſollicitudine ſe voluerit liberare, niſi diuinos affatus intimauerit tuæ ſublimitatis iudicio: triginta librarum auri pœnam tam moderatoribus prouinciarum, quàm cæteris iudicibus: vel temeratoribus ſacri noſtri oraculi ſubituris, ſi neglecta fuerit auctoritas principalis. Dat. 15. Kal. Sept. Conſtant. Cyro 5. C. Conſſ. 441.

## DE MAGISTRATIBVS municipalibus [g],

Tit. LVI.

1. *Conſtantinus* A. ad Florentium PP.

DECVRIONES ad magiſtratum, vel exactionem annonarum, ante [h] tres menſes, vel ampliùs, nominari debent: vt, ſi querimonia eorum iuſta videatur, ſine impedimento in abſoluendi locum alius ſubrogetur. Dat. Id. Apr. Conſtantinop. Seuero & Rufino Coſſ. 323.

2. Impp. *Valentinian. & Valens* AA. ad Germanianum.

MAgiſtratus [i] conficiendorum actorum habeant poteſtatem. Dat. 13. Kal. Ian. Gratiano N. P. & Dagalaipho Coſſ. 366.

## DE OFFICIO IVRIDICI [k] Alexandriæ,

Tit. LVII.

1. Impp. *Leo & Anthemius* AA. Alexandro duci & præfect. Auguſtali.

IVBEMVS, apud Alexandrinæ dumtaxat clariſſimæ ciuitatis iuridicum, licitum & conceſſum eſſe, ſingulis quibuſcumque volentibus donationis conſcriptæ ſolemniter inſtrumenta referare. eiſdemque robur adijciat geſtorum ſeries apud eundem confecta, tanquam ſi apud virum clariſſimum moderatorem [l] prouinciæ, vel magiſtratus [m], vel defenſores [n] plebis, habita fuiſſe dicerentur.

[a] *Nou. 35. c. 3.*

[b] v. quæ notaui *ad l. 8. s. eo. adde l. 30. j. de donat.*

[c] Proſcriptio fit de futura auctione, propoſitis libellis in celeberrimis locis. *Cicer. pro Quint:* Theophilus ἐν τοῖς περιφανέσι τῆς πόλεως μέρεσι *l. Vlt. j. de delator.*

[d] adfigendi *l. Vlt. C. Theod. 11. tit. 8.*

[e] exerceatur.

[f] Defenſor ciuitatis abdicare publicã ſollicitudinẽ nõ poteſt ſine imperiali permiſſione: *adde l. 20. ff. de off. præſid.*

[g] Ii vt plurimum erant. Duumviri ſimiles duob[9] conſulib. populi Romani. Sumebãtur duumviri ex ordine decurionum.

[h] *l. 8. C. Theodoſ. 12. tit. 1.*

[i] municipales ſc. quibuſcũ hoc commune habẽt etiam defenſores ciuitatum *l. 9. §. 1. s. tit. prox.*

[k] *1. ff. 20.*

[l] .i. rectorem prouinciæ *l. 30. j. de dona.*

[m] *l. Vlt. s. tit. drox.* [n] *l. 9. §. 1. s. de defenſorib. ciuit.*